THEODORI SCHOLASTICI BREVIARIUM NOVELLARUM, COLLECTIO...

Car. Ed Zachariae

<36612028280012

ΑΝΕΚΔΟΤΑ.

THEODORI SCHOLASTICI BREVIARIUM NOVELLARUM,

COLLECTIO REGULARUM IURIS EX INSTITUTIONIBUS,

FRAGMENTA BREVIARII CODICIS A STEPHANO ANTECESSORE COMPOSITI,

APPENDIX ECLOGAE,

FRAGMENTA EPITOMAE NOVELLARUM GRAECAE AB ANONYMO SIVE IULIANO CONFECTAE,

FRAGMENTA NOVELLARUM EX VARIORUM COMMENTARIIS,

EDICTA PRAEFECTORUM PRAETORIO.

EX BIBLIOTHECIS MONTIS ATHO,

NEC NON

BIENERIANA, BODLEIANA, LAURENTIANA, MARCIANA, PARISIENSI REGIA, VATICANA ET CAESAREA VINDOBONENSI

EDIDIT,

PROLEGOMENIS, VERSIONE LATINA ET ADNOTATIONIBUS ILLUSTRAVIT,

INDICIBUS INSTRUXIT

CAROLUS EDUARDUS ZACHARIAE,

IURIS UTRIUSQUE DOCTOR, PROFESSOR PUBLICUS EXTRAORDINARIUS IN UNIVERSITATE RUPERTO-CAROLINA, COLLEGII IURISCONSULTORUM HEIDELBERGENSIUM ASSESSOR, INSTITUTI ARCHAEOLOGICI ROMANI SOCIUS.

LIPSIAE MDCCCXLIII.

SUMPTIBUS IOANNIS AMBROSII BARTH.

PRAEFATIO.

Ab antiquioribus editoribus opuscula iuris Graeco-Romani passim in lucem protracta sunt, quae si in bibliothecarum latebris adhuc delitescerent, vix quisquam conquesturus esset: alia autem, editione longe digniora, fato quodam ad nostra usque tempora profunda nocte immersa iacuerunt. Nostro demum saeculo extiterunt, qui aequiorum iudicum partes agere studerent. Inter quos ego quoque, bibliothecas Occidentis nec non Orientis perlustrans, pretiosiores iuris Graeco-Romani reliquias conquisivi ac descripsi. Nonnulla ex his pridem edidi. Alia, ut fidem olim datam solverem, nunc edenda selegi, ea nimirum, quae ad interpretationem iuris Iustinianei inprimis utilia essent. Reliqua, veluti Eclogam Leonis et Constantini, Epanagogen Basilii, Leonis et Alexandri, Basilicorum lib. XV—XVIII cum scholiis, (de quibus videas dissertationem, quam nuper publici iuris feci hoc titulo: *Ἀνέκδοτον. Lib. XVIII tit. 1 Basilicorum cum scholiis antiquis. Specimen Codicis palimpsesti Constantinopolitani Bibliothecae S. Sepulcri, qui solus libb. XV—XVIII Basilicorum integros cum scholiis continet. Heidelbergae 1842. 4,*) Epitomen legum de anno 920, Practicam sive Doctrinam ex actis Eustathii Romani, Synopsin minorem sive *το μικρὸν κατὰ στοιχεῖον*, alia ex variis Codicibus MSS diligenter inter se collatis eruta, nec non commentarios ICtorum Iustinianeorum, quantum fieri potest, in integrum restitutos, haec omnia alio tempore, si modo virorum doctorum favor mihi non defuerit, edenda curabo.

Sunt enim non pauci, qui, si vel libris iuris Graeco-Romani ad interpretationem iuris Iustinianei uti neutiquam dedignentur, tamen editores illorum philologos magis quam iuris peritos esse existiment. Quodsi libro singulari de actione in factum adversus eum, qui locupletior factus est, somniaveris, vel longum ac taediosum tractatum de mora eiusque effectibus spisso volumine

compilaveris, cuncti te laudare properant, arreptaque manu in gremium Iureconsultorum recipiunt. Sin recondita exquiras, semina spargas, ex quibus laeta messis sperari potest, — segetem tuam teque ipsum pauci sunt, qui colant!

Igitur reliquias iuris Graeco-Romani, quas supra dixi, aliquanto longius sepultas iacere sinam. Tractatum molior, qui me non tantum linguae graecae, sed etiam iuris quodammodo peritum esse ostendere possit. Interim tamen cohorticulae illi virorum doctorum, quibus haec curae cordique sunt, Ἀνέκδοτα mea commendo, eaque ut benevole excipere velint, omni, qua par est, observantia rogo.

Scribebam Heidelbergae Dominica Exaudi anno MDCCCXLII.

QUAE HOC VOLUMINE *ΑΝΕΚΔΟΤΩΝ* CONTINENTUR, HAEC SUNT:

A. Breviarium Novellarum Theodori Scholastici Thebani Hermopolitani.

PROLEGOMENA.

Introductio. De libris MSS. ad ius Graeco-Romanum spectantibus, qui in bibliothecis monasteriorum montis Atho asservantur, et in specie de Codice MS. monasterii S. Laurae, qui Theodori Hermopolitani Breviarium Novellarum continet.

Caput primum. De natura atque indole Breviarii Novellarum, quod Theodovum Scholasticum, Thebanum Hermopolitanum, auctorem habet.

Caput secundum. De Breviario Codicis, quod Theodorum Scholasticum Hermopolitanum auctorem habet.

Caput tertium. De scriptis, quae Theodoro Hermopolitano perperam tribuuntur.

Caput quartum. Historia Theodori Scholastici, Thebani Hermopolitani.

Caput quintum. De Theodori Breviario Novellarum edendo, et de utilitate, quam criticae et exegesi iuris Iustinianei praebeat.

B. Regulae Institutionum ex Cod. Paris. Reg. Gr. 1366.

PROLEGOMENA.

C. Codicis per Stephanum Antecessorem κατ' ἐπιτομὴν graece conversi fragmenta ex Cod. Bodleiano 3399. Accedit Appendix Eclogae ex Cod. Paris. gr. 1384.

D. Fragmenta Epitomae graecae Novellarum, quae ab Anonymo i. e. Iuliano confecta esse videtur.

E. Edicta Praefectorum Praetorio ex Codd. MSS. Bodleianis, Laurentianis, Marcianis, Vindobonensibus nunc primum edita.

PROLEGOMENA.

Caput I. Historia Praefectorum Praetorio.

Caput II. De iure edicendi Praefectorum Praetorio et edictis eorum in genere.

Caput III. De edictis Praefectorum Praetorio, quae supersunt.

BREVIARIUM

NOVELLARUM

THEODORI SCHOLASTICI THEBANI HERMOPOLITANI.

PROLEGOMENA.

Introductio.

De libris MSS ad ius Graeco-Romanum spectantibus, qui in bibliothecis monasteriorum montis Atho asservantur, et in specie de CodiceMS. monasterii S. Laurae, qui Theodori Hermopolitani Breviarium Novellarum continet.

§. I. *Mons Atho.*

Ex infima Macedonia in Aegaeum mare tres peninsulae prominent, populosas olim civitates complexae hodie autem a monachis Graecis possessae et habitatae. Ii in prima et secunda, si ab Occidente incipias, peninsula *μετόχια* sua habent, h. e. praedia rustica, villas, agros et pascua; in tertia autem, quae Orientem spectat, ipsi in monasteriis, cellis, speluncis et antris degunt. Haec enim pergrata statio est. Ab isthmo, ubi Macedoniae iuncta est, leniter per colles assurgit; deinde per saltus densis umbrosisque nemoribus tectos atque uberibus aquis fecundos meridiem versus porrigitur; tandem desinit in montem Atho, qui omni ex parte praeruptissimus in altitudinem quinque millium pedum erigitur —

Purus ab arboribus, spectabilis undique,[1]) —

et unde late patet prospectus ad litora vicina et in mare variis insulis, veluti Thaso, Samothrace, Imbro, Lemno, Scyatho et aliis distinctum. Ut breviter dicam:

Ille terrarum mihi praeter omnes
Angulus ridet; ubi non Hymetto
Mella decedunt, viridique certat
Bacca Venafro;
Ver ubi longum tepidasque praebet
Jupiter brumas, et amicus Aulon
Fertili Baccho minimum Falernis
Invidet uvis.[2])

§. II. *Monasteria montis Atho.*

In hac peninsula, — Graecis audit *τὸ ἅγιον ὄρος*, vel *τὸ ἁγιώνυμον ὄρος τοῦ Ἄθωνος*, — sita sunt monasteria (*μοναστήρια, μοναί, λαῦραι*) viginti, insuper asceteria (*ἀσκητήρια, σκῆται*) nonnulla, et cellae (*κελλία*) paene trecentae. Monasteria in latere orientali sita haec sunt: *Χελανταρίου, Ἐσφιγμένου, Βατοπαιδίου, Παντοκράτορος, Σταυρονικήτου, Κουτλουμούση, Ἰβήρων, Φιλοθέου, Καρακάλλου, Λαῦρα.* In occidentali latere haec sunt: *Παύλου, Διονυσίου, Γρηγορίου, Σίμωνος πέτρα, Ξηροποτάμου, Ρωσσῶν, Ξενοφῶντος, Δοχειαρίου, Κώνσταντος, Ζωγράφου.* In medio sancto monte est pagus *Καρυαῖς*, in quo sita est ecclesia principalis *τοῦ Πρωτάτου.* Inter asceteria potissimum nominanda sunt: *τὰ Καυσοκαλύβια* et *ἡ Ἁγία Ἄννη*, utrumque ad monasterium S. Laurae pertinens.

Monasteria illa saeculo IX et sequentibus condita sunt. Fuerunt sane etiam ante haec tempora, qui in monte sancto vitam solitariam agerent, imo monasteria hic iam olim Constantini M. et quae ea sequebantur temporibus extitisse fama est; sed ex his, quae hodie in monte sancto exstructa reperiuntur, ne unum quidem tantae antiquitatis esse videtur.

---

1) *Ovid.* Metamorph. vs. 709.

2) *Horat.* Od. II, 6.

Inter antiquissima monasteria praecellit monasterium S. Athanasii Athonitae, vulgariter S. Laura dictum, splendidissimum illud et multis privilegiis ornatum. Quod conditum fuit imperantibus Nicephoro Phoca et Joanne Tzymisce (963—975).[1])

§. III. *Bibliothecae montis Atho.*

Monachi montis Atho hoc tempore *σπουδάζουσι μόνον τὰς ἀρετάς*, quemadmodum ipsi loquuntur; h. e. preces fundunt, litanias peragunt, vigilias celebrant, nonnulli etiam agris vel hortis colendis operam dant. Verumenimvero antiquioribus temporibus (saec. IX sqq.) monachi *ἁγιορεῖται*, quos vocant, non solum vitae sanctitate sed etiam literarum, theologiae inprimis, studio excelluerunt. Hinc monasteria etiamnum libris tam manu exaratis quam impressis referta sunt, et modo ditiores modo pauperiores bibliothecas habent. Quae quidem ex liturgicis potissimum libris, bibliis, patrum ecclesiasticorum operibus, homiliis aliisque id genus libris constant. Sed continent etiam classicorum, quos vocant, auctorum, (Graecorum nimirum,) Codices aliquot MSS haud indignos, qui diligentius examinentur; continent praeterea multa medicorum Graecorum volumina, ac denique, quod magis huc facit, legum et canonum varias collectiones.

Hos thesauros anno MDCCCXXXVIII, dum iter per Orientem facerem, accuratius inspicere vel certe perlustrare mihi contigit. Et generaliter quidem de bibliothecis montis Atho egi in libro nuper a me edito, cui titulus est: „*Reise in den Orient, in den Jahren 1837 und 1838 etc. Mit einer Charte des Berges Athos. Heidelberg* 1840. 8.“; ibique (p. 212—271) etiam de Codicibus MSS. notatu dignioribus breviter tractavi, exceptis iis, qui ad ius sive civile sive canonicum pertinerent. Hos enim huic tractatui describendos reservavi, nisi quod nonnullos in „Historiae Iuris Graeco-Romani Delineatione cum appendice Ineditorum. Heidelbergae 1839. 8.“ a me edita laudaverim, de alio in „*Wiener Jahrbücher der Literatur. Bd. LXXXVI S. 192 ff.*“ exposuerim, denique aliorum ex schedis meis E. Heimbachius in *Ἀνεκδότων* To. II p. XLIII sq. fecerit mentionem.

Igitur in sequentibus brevem catalogum Codicum MSS. in bibliothecis montis sancti extantium, qui ad ius civile vel canonicum pertinent, dabo. Non autem omnes monasteriorum bibliothecae eiusmodi Codices exhibent, sed eae tantum, quas singulis §§ et alphabetico ordine deinceps nominabo. Caeterum eos tantum Codices vidi atque examinavi, qui in ipsis bibliothecis repositi essent: eos enim, qui pro tempore in manibus monachorum extra bibliothecas versarentur, puta theologicos libros et *κανονάρια*, colligere et inspicere non potui.

§. IIII. *Ἁγία Ἄννη.*

Huius asceterii bibliotheca in armario intra ecclesiam reposita est. Non est magni facienda. Continet *Κανονάριον* aliquod, i. e. librum poenitentialem, in usum confessorum confectum, quod habetur in Codice chartaceo, formae octavae, saec. XVIII exarato.

§. V. *Βατοπαίδι.*

Bibliothecam habet ditissimam, non tam impressis quam potius manuscriptis libris refertam. Ex quibus ad ius civile et canonicum spectant, qui sequuntur:

1. Codex membranaceus, saec. XII exeunte exaratus, in folio. Mutilus est tam initio quam fine. — Eo continentur: a) Exceptiones e canonibus et S. Patribus; aliae de rebus theologicis; de synodis tractatus. b) Catalogus regum; de gradibus cognationis ex lib. III Inst.; Ecloga legis Mosaicae; *περὶ ὅρων καὶ ὁροθεσιῶν* etc. fragmenta. c) Ecloga Leonis et Constantini. Titulus est: *Ἐκλογὴ τῶν νόμων ἐν συντόμῳ γενομένη παρὰ λέοντος καὶ κωνσταντίνου τῶν σοφῶν καὶ φιλευσεβῶν βασιλέων ἡμῶν ἀπὸ ἰνστιτούτων τῶν διγέστων τοῦ κώδικος τῶν νεαρῶν τοῦ μεγάλου ἰουστινιανοῦ διατάξεων καὶ ἐπιδιόρθωσις εἰς τὸ φιλανθρωπότερον ἐκδοθεῖσα ἐν μηνὶ μαρτίῳ ἰνδ. θ' ἀπὸ κτίσεως κόσμου ,ςσμη'.* Sequitur index titulorum 18 et capitum, quibus constat. Deinde est praefatio *Ὁ δεσπότης*, cum

---

1) Vide *Joannis Comneni* descript. montis Atho, ad calcem *Montefalconii* Palaeogr. Graec. p. 452. — *Leo Diacon.* ed. *Hase* (Bonnae) p. 426.

inscriptione: *Ἐν ὀνόματι πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος λέων καὶ κωνσταντῖνος πιστοὶ βασιλεῖς.* (Nomina eorum, qui Eclogam confecerunt imperatoris jussu, in praefatione non sunt expressa.) Denique sequitur Ecloga ipsa, in qua tit. 17 Codex mutilus desinit.

2. Codex membranaceus in folio, saec. XIII. Initio mutilus est. — Continet: Photii nomocanonem cum scholiis Balsamonis. — In fine librariorum notae reperiuntur duae, prior literis arcanis, altera literis vulgaribus exarata. Illa sic audit: *Ἐτελειώθη ἡ βίβλος αὕτη μηνὶ νοεμβρίῳ εἰκοστῇ ὀγδόῃ ἔτους ἑξακισχιλιοστοῦ ἑξακοσιοστοῦ δωδεκάτου γραφεῖσα χειρὶ ἰωάννου μοναχοῦ. τέλος σὺν θεῷ τοῦ νομοκανόνου.* Altera sic audit: *Τέλος δεδωκὼς τῷ παρόντι βιβλίῳ — τῷ συντελεστῇ χριστέ σοι χάριν νέμω. — ἐτελειώθη διὰ χειρὸς κωνσταντίνου ἁμαρτωλοῦ τοῦ τοῦ χοινῶν* (sic.)

3. Codex chartac. in folio, saec. XIV. — Continet: a) Collectionem canonum cum commentariis Zonarae. b) Photii *ἀποδείξεις*, de synodis tractatum. c) Photii Nomocanonem.

4. Codex chartac. in 12.mo, saec. XV. — Continet: a) Symeonis epitomen canonum. b) Exceptiones ex theologicis libris.

5. Codex chartac. in folio, saec. XV. — Continet: a) Matthaei Blastaris syntagma alphabeticum cum appendice vulgari. b) Collectanea quaedam canonica et theologica.

6. Codex chartac. in folio, saec. XV. — Continet: a) De nuptiis tractatum. b) Blastaris syntagma cum appendice. c) Collectanea theologica.

7. Codex chartac. in folio, saec. XV. — Continet: a) Blastaris syntagma cum appendice. b) Collectionem canonum in epitomen contractam.

8. Codex chartac. in 8vo, saec. XVI. — Continet: Blastaris syntagma a Cunali Critopulo in linguam vulgarem conversum.

9. Codex chartac. in 4to, de anno 1631. — Continet: Manuelis Malaxi nomocanonem lingua vulgari scriptum, capp. 378 constantem. Praefatio deest.

10. Codex chartac. in 4to, saec. XVII. — Continet: Manuelis Malaxi nomocanonem cum praefatione, capp. 207 absolutum. Accedunt varia collectanea.

11. Codex chartac. in 4to, de anno 1731. — Continet: Malaxi nomocanonem sine praefatione in capp. 245. Accedunt varia capitula canonica suis numeris distincta.

12. Codex chartac. in 4to, saec. XVIII. — Continet: Malaxi nomocanonem cum praef. in capp. 500.

13. Codex chartac. in 4to, saec. XVIII. — Continet: Malaxi nomocanonem sine praef. in capp. 530.

14. Codex chartac. in 4to, saec. XVIII. — Continet: Malaxi nomocanonem cum praef. in capp. 524.

15. Codex chartac. in 4to, saec. XVII. — Hic codex varia *κανονάρια* vel *νομοκανόνους*, quos vocant, continet. In fine est tractatus de nuptiis, et notitia de strage *τῶν ἁγιορειτῶν* tempore Michaelis Palaeologi facta.

16. Codex chartac. in 4to, de anno 1699. — Continet compendium iuris canonici in capp. 633.

17. Codex chartac. in 4to, initio saec. XVIII exaratus. — Continet compendium iuris canonici in capp. 544, quod nomocanoni Manuelis Malaxi cognatum est.

18. Codices duo chartacei in 12mo, saec. XVIII. — Continent *κανονάρια*.

§. VI. *Διονυσίου.*

Habet copiam librorum manuscriptorum, qui satis bene per pluteos dispositi atque etiam catalogo descripti sunt. Ad ius pertinent:

1. Codex chartac. in folio, saec. XIV. — Eo continetur: a) Photii nomocanon cum commentario Balsamonis. b) Syntagma canonum cum commentariis Balsamonis et Zonarae. c) Appendix locuples, in qua tractatus de nuptiis, responsa Balsamonis, sententiae synodales, alia comprehensa sunt.

2. Codex chartac. in folio, saec. XIV. — Continet: Collectionem canonum cum commentario Zonarae.

3. Codex chartac. in folio, saec. XIV. — Continet: Collectionem canonum cum commentario Zonarae.

4. Codex chartac. in folio, saec. XIV. — Continet: Matthaei Blastaris syntagma cum appendice vulgari.

5. Codex chartac. in 4to; exaratus a. 1648 a Germano Hieromonacho. — Continet: Blastaris syntagma cum appendice.

6. Codex chartac. in 4to; de anno 1609. — Continet: Manuelis Malaxi nomocanonem in lingua vulgari, cum praefatione et capp. 239. (Sed notes, in praefatione non Malaxum auctorem nominari: sed per interpolationem *Θωμᾶς Ῥίτζος* auctor esse praedicatur, qui hunc librum anno 1609 iussu Gabrielis, metropolitae *Παροναξίας*, confecerit.)

7. Codex chartac. in 4to; de anno 1707. — Eo continetur Malaxi nomocanon sine praef. constans capp. 694.

8. Codex chartac. in 8vo; in fine haec nota legitur: *Ἐτελειώθη τὸ παρὸν πρόχειρον διὰ χειρὸς ἐμοῦ μανουὴλ τοῦ μελιγαλᾶ ἐν ἔτει ,ςων' ἰνδ. ι' ἡμέρᾳ τρίτῃ ιγ' τοῦ ὀκτωβρίου μηνός.* — Continet: Synopsin minorem, quam vocant, sive *τὸ μικρὸν κατὰ στοιχεῖον.* Praecedit *πίναξ.* Deinde opus ipsum incipit hac rubrica: *Ἀρχὴ τοῦ Α.* Sed recentior manus adscripsit titulum: *Βασιλικῶν νόμων ἐπιτομὴ κατὰ στοιχεῖον τοῦ σοφωτάτου μιχαὴλ ἀνθυπάτου τοῦ ἀτταλειώτου.*

9. Codex chartac. in 8vo, saec. XIV. — Continet: Harmenopuli Hexabiblum et opera minora.

§. VII. *Δοχειαρίου.*

Inter Codices manuscriptos, quos huius monasterii bibliotheca non paucos continet, ad ius canonicum vel civile pertinent:

1. Codex chartac. in folio, saec. XV. — Continet: Blastaris syntagma cum appendice.

2. Codex chartac. in 4to, saec. XVII. — Continet: Malaxi nomocanonem in capp. 256 sine praefatione.

3. Codex chartac. in 4to, saec. XVIII. — Continet: Malaxi nomocanonem cum praef. in capp. 295.

4. Codex chartac. in 4to, saec. XVIII. — Continet: Collectionem canonum cum commentario Zonarae a Dionysio Hieromonacho in linguam vulgarem conversam. Incipit: *Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων...μετενεχθέντων ἀπὸ τῆς ἑλληνικῆς λέξεως εἰς τὴν κοινὴν μετὰ μερικῆς παραφράσεως παρὰ διονυσίου ἱερομονάχου. Ἡ δήλωσις τῶν λόγων σου κ. τ. λ.* — Eadem ligatura comprehensa est editio Harmenopuli, quae prodiit Venetiis 1744.

5. Codex chartac. in 4to, saec. XVIII. — Continet: Compendium canonicum Macarii Hieromonachi, quod incipit: *α'. περὶ τῶν ἀρνηθέντων τὸν χριστὸν ἑκουσίως ἢ ἀκουσίως.*

6. Codex chartac. in 8vo, saec. XV. — Continet: Michaelis Attalensis *πραγματείαν* titt. 37 comprehensam. Accedunt theologica quaedam et canonica, nec non titulus Prochiri de nuptiis.

§. VIII. *Ἐσφιγμένου.*

Bibliothecam habet satis idoneam et catalogum librorum tam manu scriptorum quam impressorum. Caeterum anno 1534 hoc monasterium a Turcis devastatum est, unde factum est, ut antiquiores hoc tempore Codices vix supersint. Ex Codicibus MSS. hoc loco nominandi sunt:

1. Codex membranaceus in folio, saec. XVI medio exaratus. — Continet: a) Photii nomocanonem cum scholiis Balsamonis. (Desinit in tit. IX.) b) De nuptiis tractatum. c) Collectionem canonum cum commentariis Balsamonis et Zonarae.

2. Codex chartac. in 8vo, saec. XVI. — Continet: Epitomen canonum cum commentario. Accedunt collectanea theologica.

3. Codex chartac. in 12mo; de anno 1572. — Continet: Blastaris syntagma in epitomen contractum, secundum versionem Cunalis Critopuli in capp. 190. Accedunt exceptiones nonnullae ex ecclesiasticis libris.

4. Codex chartac. in 4to, saec. XVII. — Continet: Manuelis Malaxi nomocanonem cum praef. in capp. 303.

§. IX. Ἰβήρων.

Iberorum monasterium permultos libros in turri supra ecclesiam ropositos habet, impressos potissimum, sed etiam manuscriptos. Olim optimo ordine per pluteos et armaria dispositi erant, quod catalogus etiamnum superstes testatur; hodie autem sine ordine et partim per terram iacent. Codices MSS huius bibliothecae, qui ad ius canonicum et civile pertineant, hi sunt:

1. Codex membranaceus in folio, saec. XII; ab initio et in fine mutilus est. — Continet: Photii nomocanonem cum scholiis Balsamonis a tit. VIII usque ad tit. XIII.

2. Codex chartaceus in folio, saec. XIV; hic illic integra folia exciderunt. — Continet: a) Photii nomocanonem cum scholiis Balsamonis. b) Collectionem canonum cum *ἑρμηνείᾳ* Balsamonis.

3. Codex chartac. in 8vo maiori, constans quaternionibus XXIV. In fine haec nota legitur: *ἐτελειώθη σὺν θεῷ ἁγίῳ τὸ παρὸν νομοκάνονον διὰ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ ἰωάννου ἀναγνώστου τοῦ χαβαλαρικοῦ διὰ συνδρομῆς καὶ ἐξόδου τοῦ τιμιωτάτου πατρὸς νύμφωνος ἱερομονάχου ἐν ἔτει ‚ςωλα' ἰνδ. ς'.* — Continet: Collectionem canonum. Accedunt varii *λόγοι*, *εὐχαί*, denique responsa Balsamonis ad Marcum.

4. Codex chartac. in 8vo minori, constans quaternionibus XXXVI, exaratus saec. XVI. — Continet: *Κεφάλαιά τινα ἀναγκαῖα ἐκ τῶν κανόνων κ. τ. λ. εἰσὶν δὲ ἐξηγημένα. ἡ δὲ ἐξήγησις ἐστὶν ἑρμηνευομένη ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ ζωναρᾶ.* Incipit: *Κανὼν γ' τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Εἴ τις ἐπίσκοπος κ. τ. λ.*

5. Codex chartaceus in folio. Olim fuit Demetrii Protonotarii; scriptor autem se prodit in fine Codicis hac nota: *τὸ παρὸν βιβλίον ἐγράφη διὰ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ἐλαχίστου τῶν ἱερέων γγίνου* (sic) *καὶ οἰκονόμου τῆς ἁγιωτάτης ἀρχιεπισκοπῆς πωγωιιννῆς ἐν ἔτει ‚ζρμζ' μηνὶ ὀκτωβρίῳ λα'.* — Continet: Collectionem canonum cum commentario Zonarae.

6. Codex chartac. in 8vo, saec. XIV. — Continet: Theodori Balsamonis *ἀποκρίσεις*, *μελέτας*, et nonnullos alios tractatus canonicos.

7. Codex chartac. in folio, saec. XIV. — Eo continentur: a) Blastaris syntagma. b) Appendix inusitatior, qua comprehensa sunt Balsamonis responsa et meditationes, decreta patriarchalia, Photii *συναγωγαὶ καὶ ἀποδείξεις*, dispositio thronorum, *λέξεις*, fragmenta Epanagoges, leges rusticae, de *μεταθέσει ἀρχιερέων* commentariolus, Harmenopuli de sectis libellus, Petri chartophylacis *ἐρωταποκρίσεις*, tractatus de nuptiis, calendarium.

8. Codex chartac. in 8vo, saec. XV ineunte scriptus. Habet folia 471. In margine aliquoties glossae latinae adscriptae sunt. Fuit olim „*ἐκ τῶν μαξίμου ἐπισκόπου κυθήρων*“· denique possessor fuit „*γρηγόριος ἱερομόναχος ὁ ἴβηρ.*“ — Continet: a) Blastaris syntagma cum appendice. b) Collectionem canonum. c) Fragmenta varia ex SS. Patribus, de nuptiis tractatum, dispositionem thronorum, *λέξεις λατινικάς*, Balsamonis responsa, responsiones ad monachos extra urbem sub patriarcha Nicolao et imp. Alexio datas, Balsamonis tractatum de azymis.

9. Codex chartac. in folio, saec. XV. Habet notas latinas in primo folio. Possessor olim fuit Joannicius quidam in insula Lemno. — Continet: Blastaris syntagma cum appendice.

10. Codex chartac. in 8vo; exaratus anno 1570 in insula Creta. — Continet: Blastaris syntagma cum appendice.

11. Codex chartac. in folio, de anno 1608. — Continet: Manuelis Malaxi nomocanonem in capp. 580. Sed notes, α) praefationem praemitti, verbis *Ἐπειδὴ ἐν τοῖς ἱεροῖς* incipientem, quae a vulgata huius operis praefatione differat, in qua tamen idem Malaxus auctor operis esse, opus autem anno 1561 (non, ut vulgo, 1562) confecisse dicitur: β.) totum opus lingua antiqua scriptum esse, quum in reliquis Codicibus, quos viderim, omnibus Malaxi nomocanon vulgari dialecto scriptus sit.

12. Codex chartac. in 8vo. In fine Codicis haec leguntur: *τὸ παρὸν θεῖον καὶ ἱερὸν νόμιμον ἐγράνθει παρὰ τοῦ ἐν ἱερομονάχοις παρθενίου κατὰ τὸ ‚ζρκς' ἐν μηνὶ μαΐῳ.* Sed pars Codicis alia manu anno 1708 exarata est. — Continet: a) Collectanea theologica. b) Malaxi nomocanonem sine praef. in capp. 295.

13. Codex chartac. in 8vo, saec. XVII. Pars posterior Codicis alia manu scripta est, quae hanc notam adiecit: *τὸ παρὸν βιβλίον ὑπάρχει τοῦ πανοσιωτάτου ἁγίου καθηγουμένου κυροῦ γαβριὴλ τοῦ ἐξ ἀθηνῶν καὶ ἐτελειώθη ζρκς' μηνὶ νοεμβρίῳ.* — Continet: a) Malaxi nomocanonem in capp. 292. b) Varias *ἐρωταποκρίσεις*.

14. Codex chartac. in 8va, constans quaternionibus XLVI. Diversis manibus, certe diversis temporibus exaratus est: quo spectant tres notae, prior in prima statim pagina literis arcanis, secunda et tertia in medio Codice literis consuetis scriptae. Illa sic est legenda: *πόνος. ἱερεμίας ἱερομόναχος καὶ προηγούμενος ἔγραψα.* Secunda haec est: *ἐν μηνὶ μαΐῳ ἔτους ,ζρκζ.* Tertia sic audit: *ζρλδ' ἱερεμίας ἱερομόναχος καὶ προηγούμενος ἔγραψα.* — Eo continentur: a) Joasaph Hieromonachi responsa ad Georgium Drazinum; de nuptiis tractatus. b) Symeonis archiepiscopi Thessalonicensis responsa ad Gabrielem metropolitam Pentapoleos. c) Manuelis Malaxi nomocanon sine praef. capp. 292. — Accedunt *εὐχαί* et id genus alia.

15. Codex chartac. in 8vo; in fine haec notantur: *ἐτελειώθη τὸ παρὸν νόμιμον διὰ χειρὸς ἐμοῦ εὐθυμίου ἱερομονάχου τοῦ σκουτέρη ἐπὶ ἔτους ζρκη' ἀπὸ δὲ χριστοῦ ,αχκ' μηνὶ ἰαννουαρίῳ εἰς ιδ'.* — Continet: Malaxi nomocanonem in capp. 487. Accedunt *ὁμιλίαι* et *εὐχαὶ* nonnullae.

16. Codex chartac. in 8vo; de anno 1622. — Continet Malaxi nomocanonem a Styliano presbytero novis additionibus auctum in capp. 525. Sic enim in fine praefationis illius, quae proprie Malaxo debetur: „*Ἤνυσται αὕτη ἡ βίβλος μετὰ πολλοῦ μόχθου ἐνταῦθα ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ μητροπόλει τορνόβου, ἥτις ἐστὶν ὁ ναὸς τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων καὶ πρωτοκορυφαίων πέτρου καὶ παύλου, ἐπιμελῶς καὶ θεαρέστως ταύτης ἀρχιερατεύοντος τοῦ πανιερωτάτου μητροπολίτου κυρίου κυρίου γαβριὴλ, οὗ οἱ γεννήτορες εὐγενέστατοι θεοφιλεῖς καὶ ἐλεήμονες, ἱερεῖς τίμιοι καὶ εὐλαβέστατοι; ἡ δὲ ἐπίγειος πατρὶς αὐτοῦ ἡ περίφημος ἄρτα, παρ' ἐμοῦ τοῦ ἐλαχίστου αὐτοῦ δούλου στυλιανοῦ ἱερέως τοῦ ἐκ πόλεως ἰωαννίνων πλησίον ἄρτας ἐν ἔτει ζρλβ' ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἰνδ. ε', ἀπὸ δὲ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως αὐτοῦ ,αχκβ' μηνὶ μαΐῳ.*“

17. Codex. chartac. in 8vo, quem a. 1678 scripsit Athanasius monachus *ἀπὸ χώρας περάμου.* — Continet: Malaxi nomocanonem sine praef. capp. 424.

18. Codex chartac. in folio; exaratus in asceterio *τῶν Καυσοκαλυβίων* anno 1773. — Continet: Nomocanonem, ex Harmenopulo potissimum et Blastare concinnatum, quem iussu et auctoritate superiorum confecit *ἐν τῷ ἁγιωνύμῳ ὄρει τοῦ ἄθωνος κατὰ τὴν ἱερὰν τοῦ καυσοκαλυβίου σκήτην ἐν ἔτει σωτηρίῳ ,αψξζ' μηνὶ μαρτίῳ ὁ ἐν μοναχοῖς ἐλάχιστος θεόκλητος ὁ βυζάντιος.* Praemittitur praefatio, in qua de fontibus et libris iuris canonici auctor agit.

19. Codex chartac. in 12mo, saec. XVII; mutilus initio et fine. — Continet compendium aliquod iuris canonici, nomocanoni Manuelis Malaxi haud dissimile. Porrigitur ad cap. 247.

20. Codex chartac. in 8vo, minori, saec. XVII. — Continet *χρυσόβουλλα* imperatorum Alexii et Andronici, et *πατριαρχικὰ γράμματα*, quibus constitutio et privilegia *τῆς κοινότητος τοῦ ἁγίου ὄρους* illustrantur.

21. Codex chartac. in 8vo, saec. XIV. Initio et fine mutilus est. — Eo continentur: a) Michaelis Attalensis *πραγματεία* titt. 36, cum appendice, in qua etiam Constantini et Michaelis Ducae Novellae occurrunt. b) Ecloga Leonis et Constantini, hoc titulo: *Ἀτταλειώτου καὶ κριτοῦ τοῦ ἀνθυπάτου ἐκλογὴ τῶν νόμων ἐν συντόμῳ γενομένη παρὰ λέοντος καὶ κωνσταντίνου τῶν σοφῶν καὶ φιλευσεβῶν ἡμῶν βασιλέων ἀπὸ τῶν ἰνστιτούτων τῶν διγέστων τοῦ κώδικος τῶν νεαρῶν τοῦ μεγάλου ἰουστινιανοῦ διατάξεων καὶ ἐπιδιόρθωσις εἰς τὸ φιλανθρωπότερον.* Inscriptionem statim sequitur rubrica: *περὶ συστάσεως μνηστείας καὶ λύσεως αὐτῆς τίτλος α'*, et tum demum habetur praefatio *Ὁ δεσπότης.* Post haec ipsa Ecloga incipit; sed corrupta sunt nonnulla et interpolata, alia omissa; imo folia quaedam, quae tit. IX et X continebant, deesse videntur. Appendicis loco additae sunt §§ quaedam ex legibus navalibus et leges militares. c) *Σύνοψις τοῦ πανυπερτίμου ψελλοῦ εἰς τὰς τῶν νόμων ἀγωγάς.* Incipit: *Πολὺ καὶ δυσθεώρητον.* Explicit: *Καὶ μετὰ ταῦτα λέλυται ἐννόμῳ τυχὸν λύσει* (vs. 711).

22. Codex chartac. in 8vo, saec. XIV. — Eo continentur: a) Prochiron Basilii, sine inscriptione aut praefatione. Alia corrupta, alia interpolata, alia omissa sunt. b) Ecloga Leonis et Constantini, sine inscriptione aut praefatione, tit. XVII constans. Ultimus enim (*περὶ διαμερισμοῦ*

σκύλων) deest. Accedit appendix, quae complectitur leges militares, ποινάλιον κατὰ αἱρετικῶν, constitutionem Zenonis de aedificiis privatis, tractatum περὶ ὑποβόλου, septem aetatum nomina, leges georgicas, glossaria et alia quaedam fragmenta.

23. Codex chartac. in folio, saec. XV. Initio mutilus esse videtur. Initio haec nota legitur: „καὶ τόδε πρὸς τοῖς ἄλλοις ἀθανασίου ἱερέως τοῦ ἐκ καστορίας." — Varia continet, quae vix in alio Codice hoc ordine vel collecta vel digesta reperies. Quae potissimum notanda videbantur, haec sunt: Ἐνταλτήριον γράμμα de anno **1392**; fragmenta Epanagoges de Patriarcha; dispositio thronorum; ἐρωταποκρίσεις Petri chartophylacis; sententiae synodales sub patriarchis Xiphilino et Antonio redditae; Balsamonis responsa ad Marcum et eiusdem meditatio; λύσις συνοδικὴ sub patr. Joanne facta anno **1276**; lib. I Hexabibli Harmenopuli; de nuptiis quaedam ex Blastaris syntagmate; ψηφίσματα et σημειώσεις de nuptiis; Novellae Nicephori et Alexii; tomus Sisinnii; σημειώματα de nuptiis; Ecloga Novellarum Leonis; Basilicorum praefatio, quam vocant; Novellae Manuelis et Nicephori; ex Novellis Leonis περὶ πολιτικῶν σωματείων quaedam; officia ecclesiae et palatii; dispositio thronorum sub Andronico; catalogi regum et patriarcharum; Novella Athanasii; Moschionis ὑποθῆκαι etc. — Quae omnia edita sunt; fragmenta ex Novellis Leonis περὶ πολιτικῶν σωματείων, quae hactenus erant inedita, ex hoc Codice publici iuris feci in: Histor. IGR delineatione p. **117** sqq.

§. X. Καρακάλλου.

Coenobium hoc pauciores libros habet. Hoc loco recensendi sunt:

1. Codex bombycinus in 8vo, saec. XIV; ab initio mutilus est. — Continet: **a)** Synagogen canonum in titt. L. b) Collectionem LXXXVII capitulorum, hac inscriptione: συναγωγὴ νεαρῶν διατάξεων ὡς ἐν ἰνδικῇ. c) Alia quaedam canonica fragmenta.

2. Codex chartac. in 8vo, de anno **1679**. — Continet: Manuelis Malaxi nomocanonem sine praefatione capp. **378**.

3. Codex chartac. in 8vo, saec. XVII; ab initio mutilus est. — Continet: Malaxi nomocanonem capp. **296**.

4. Codex chartac. in 8vo, saec. XVIII. — Continet: Malaxi nomocanonem sine praefat. in capp. **694**.

§. XI. Κουτλουμούση.

Satis amplam bibliothecam habet. Ad ius pertinent:

1. Codex membranaceus in folio, saec. XIII. — Continet: **a)** Epitomen canonum. **b)** Photii nomocanonem cum scholiis Balsamonis, novo prologo, novis adnotationibus et aliis quibusdam additionibus auctum.

2. Codex chartac. in folio, saec. XIV. — Continet: Matthaei Blastaris syntagma.

3. Codex chartac. in 12mo, saec. XVIII. — Continet: Blastaris syntagma in epitomen contractum secundum versionem Cunalis Critopuli.

4. Codex chartac. in 4to, de anno **1617**. Continet: Manuelis Malaxi nomocanonem cum praefatione capp. **262**.

5. Codex chartac. in folio, de anno **1664**. — Continet: Malaxi nomocanonem capp. **294**, et cum praefatione, in cuius tamen fine κυριανῆς ἐκ τουρνόβου ἔτει ͵αχξδ' se perfecisse hunc librum dicit.

6. Codex chartac. in 4to, de anno **1672**. — Continet: Malaxi nomocanonem sine praef. capp. **422**.

7. Codex chartac. in 4to, de anno **1704**. — Continet: Malaxi nomocanonem capp. **296**, et cum praefatione, in cuius tamen fine loco Malaxi auctorem se praedicat κύριλλος μοναχὸς ἐν ἱερουσαλὴμ ἐν ἔτει ͵αψδ'.

8. Codex chartac. in 4to, de anno **1769**. — Continet: Malaxi nomocanonem sine praef. capp. **688**.

9. Codex chartac. in 4[to], saec. XVIII. — Continet: Malaxi nomocanonem cum praef. et capp. 500.

10. Codex chartac. in 12[mo], saec. XVIII. — Continet: Epitomen ex Malaxi nomocanone.

11. Codex chartac. in 12[mo], saec. XVIII. — Continet *κανονάριον* aliquod.

§. XII. *Ξενόφου.*

Bibliotheca male habita est, nec locuples. Codices MSS, qui ad jus pertineant, hi sunt:

1. Codex chartac. in folio, saec. XVII. — Continet: Collectionem canonum. Accedunt collectanea theologica.

2. Codex chartac. in folio, exaratus anno 1774. — Continet: Theocleti Byzantii nomocanonem anno 1767 compositum.

§. XIII. *Ξηροποτάμου.*

Libris impressis potissimum est instructa: manuscriptos enim libros olim venditos esse fama est. Unum tantum inveni Codicem, qui ad ius pertineret: Codicem chartaceum in folio saec. XVIII, qui versionem neo-graecam legum Transsylvaniae et Ungariae contineret. De quo videsis Iter orientale, quod edidi, p. 265.

§. XIV. *Παντοκράτορος.*

Habet bibliothecam multis, sed ecclesiasticis potissimum, libris repletam. Codices MSS, qui ad ius spectent, non sunt magni faciendi. Sunt autem duo:

1. Codex chartac. in 4[to], saec. XVIII. — Continet: Manuelis Malaxi nomocanonem sine praefatione capp. 292.

2. Codex chartac. in 8[vo], saec. XVIII. — Continet: *Κανονάριον* aliquod, quod inc.: *α. Πῶς δεῖ ὑπάρχειν τὸν πνευματικόν.*

§. XV. *Παύλου.*

Serbicos potissimum Codices possidet. Graeci autem hoc loco recensendi sunt:

1. Codex chartac. in 8[vo], exaratus Moscuae a. 1597. — Continet: Malaxi nomocanonem cum praef. et capp. 293. Accedunt notae theologicae et chronologicae.

2. Codex chart. in 4[to], saec. XVII exeunte exaratus. — Continet: a) Malaxi nomocanonem cum praef. et capp. 294. b) Symeonis archiepiscopi Thessalonicensis *ἐρωταποκρίσεις*.

3. Codex chartac. in 4[to], de anno 1709. — Continet: Malaxi nomocanonem sine praef. in capp. 376.

4. Codex chartac. in 4[to], saec. XVIII. Mutilus et pessime ligatus est. — Continet: Malaxi nomocanonem.

5. Codex chartac. in 4[to], saec. XVIII. — Continet: Capita CLXVI ex Malaxi nomocanone excepta. Accedunt *εὐχαὶ* nonnullae.

6. Codex chartac. in 12[mo], saec. XVIII. — Continet *νομοκάνονον* capp. 173 constans. Inc. *περὶ τοῦ πῶς δεῖ ὑπάρχειν τὸν πνευματικόν.*

7. Codex chartac. in 12[mo], saec. XVIII. — Continet *νομοκάνονον* capp. 350 constans. Inc. *α'. περὶ τοῦ πῶς δεῖ ὑπάρχειν τὸν πνευματικόν.*

§. XVI. *Ρούσσικο.*

Bibliothecam habet splendide et aptissime dispositam, sed impressis magis, quam manuscriptis libris insignem. Ex his hoc loco nominandi sunt:

1. Codex chartac. in 8[vo]; in fine haec nota legitur: *„τέλος τοῦ παρόντος νομίμου ἐν ἔτει ζρϛ' ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἀπὸ δὲ χριστοῦ γεννήσεως ἔτει ‚αφϟϛ'."* — Continet: Malaxi nomocanonem cum praefat. capp. 379.

2. Codex chartac. in 4[to], exaratus initio saec. XVIII. — Continet: Malaxi nomocanonem sine praef. capp. 379.

§. XVII. Σιμώπετρα.

Bibliotheca satis apte per pluteos reposita est, sed nonnisi ecclesiasticos libros continet. Notandus tamen est Codex membranaceus in folio, saec. XIV exaratus, qui Antiochi monachi Pandecten continet.

§. XVIII. Σταυρονικήτου.

Codices MSS sat multos possidet, et antiquos etiam. Qui ad ius pertineant, hi tantum sunt:

1. Codex chartac. in 8[vo], saec. XIV. A blattis et tineis comesus est. — Continet: Blastaris syntagma cum appendice.

2. Codex chartac. in 8[vo], saec. XVI. — Continet: Malaxi nomocanonem sine praefatione capp. 693.

3. Codex chartac. in 8[vo]; „*ἐτελειώθη νοεμβρίῳ κζ ἡμέρᾳ σαββάτῳ τὸ παρὸν θεῖον καὶ ἱερὸν νομικὸν παρ' ἐμοῦ ἱεροθέου ἱερομονάχου κυπρίου τοῦ κεικουκουζέλους ἐν τῇ σκήτῃ τῆς ἁγίας μονῆς τοῦ καρακάλλου-ἔτους ζρκβ' ἰνδ. ια'.*" — Continet: a) Collectanea varia, veluti *περὶ τῆς τῶν φράγγων αἱρέσεως* tractatum[1]). b) Malaxi nomocanonem capp. 298. c) *Κανονάριον* quoddam, et denique varias adnotationes.

4. Codex chartac. in 8[vo], saec. XVI. — Continet: apographa ultimarum voluntatum Ieremiae patriarchae, quibus hoc monasterium fundatum vel instauratum est.

§. XIX. Φιλοθέου.

Libros nonnullos tam impressos quam manu exaratos in turri supra ecclesiam repositos habet. E quibus hoc loco laudandi sunt:

1. Codex membranaceus partim, partim chartaceus, saec. XIII exaratus. Ab initio mutilus est. — Eo continentur: a) Collectio canonum. b) Epiphanii tractatus de sectis; tractatus de Francis et reliquis Latinis. c) Collectio LXXXVII capitulorum. d) Sententiae synodales.

2. Codex chartac. in 8[vo], de anno 1576. — Continet: Nomocanonem ordine alphabetico digestum et lingua vulgari scriptum. Auctor esse dicitur *συμεὼν ἱερομόναχος ὁ σχολάρης.*

§. XX. Ἁγία Λαῦρα.

Ultimo, sed non infimo, loco recensenda est ditissima bibliotheca monasterii maximae Laurae. Ibi libri manu exarati et impressi per scamna satis multi non inepto ordine dispositi deprehenduntur; nonnulli tamen Codices MSS in *μαγαζεῖον* coniecti per terram dispersi sunt. Codices ad ius spectantes sunt numero XXXVII; scilicet hi:

1. Codex chart. in folio. Exaratus Galatae a Joanne Anagnosta Malaxo anno a. o. c. 7073, Christi 1565, ind. 8., donatus bibliothecae anno 1667 a Galactione hieromonacho. — Continet: a) Collectionem canonum cum commentariis Zonarae. b) Photii nomocanonem titt. XIV, in quo canones allegantur tantum, non exscribuntur. c) Dialogus theologicus.

2. Codex chart. in folio, saec. XIV. — Continet: a) Photii nomocanonem, ut supra. b) Collectionem canonum cum commentariis Zonarae.

3. Codex chart. in folio, saec. XIV. — Continet: Collectionem canonum cum commentariis Zonarae.

4. Codex chart. in folio, saec. XIV. In fine mutilus est. — Continet: Collectionem canonum cum commentariis Zonarae. Desinit in canonibus synodi Neocaesariensis.

5. Codex chart. in forma octava, saec. XIV. — Continet: a) Leges rusticas recentiori manu scriptas. b) Collectionem canonum cum Zonarae commentariis in epitomen contractam.

1) Quem edidi in ephemeridibus, quibus titulus est: *Heidelberger Jahrbücher der Literatur*, a. 1839 p. 364 sqq.

6. Codex membranaceus in folio, saec. XII. Initio et fine mutilus est. — Eo continetur: a) Collectio canonum. b) Tractatus de haereticis recipiendis; Athanasii ep. ad. Rufinianum; Nov. 77; Germani tr. de synodis. c) Collectio LXXXVII capitulorum. d) Epiphanii et Timothei tr. de sectis; Ecloga legis Mosaicae. e) Fragmenta quaedam *περὶ ὅρων καὶ ὁροθεσιῶν.* f) Ecloga Leonis et Constantini. Praecedit: *Ἀρχὴ τῶν κεφαλαίων τῆς νεαρᾶς νομοθεσίας*, i. e. Index titulorum et capitum. Sequitur inscriptio: *Ἐκλογὴ τῶν νόμων ἐν συντόμῳ γενομένη παρὰ λέοντος καὶ κωνσταντίνου τῶν σοφῶν καὶ φιλευσεβῶν βασιλέων ἀπὸ τῶν ἰνστιτούτων, τῶν διγέστων, τοῦ κώδικος, τῶν νεαρῶν τοῦ μεγάλου ἰουστινιανοῦ διατάξεων, καὶ ἐπιδιόρθωσις εἰς τὸ φιλανθρωπότερον, ἐκτεθεῖσα ἐν μηνὶ μαρτίῳ ἰνδικτιόνος* (sic) *ἐννάτης ἔτους ἀπὸ κτήσεως* (sic) *κόσμου ,ϛσμη'.* Adiicitur fragmentum *τοῦ ια' τί. β' βι. τῶν ἰνστιτούτων.* Deinde est praefatio *Ὁ δεσπότης* cum inscriptione: *Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος λέων καὶ κωνσταντῖνος βασιλεῖς.* Tit. I est *περὶ συναινέσεως μνηστείας καὶ λύσεως αὐτῆς.* Tit. ultimus explicit in verbo *ἀπερχομένων.* g) Leges Rhodiae; fragmenta Novellarum et Codicis varia.

7. Codex chartaceus in forma octava, saec. XIV. — Continet: Collectionem canonum cum *ἑρμηνείᾳ*, cui et alia nonnulla accedunt.

8. Codex chartac. in 8vo, saec. XIV. — Continet: a) Matthaei Blastaris syntagma cum appendice vulgari. b) Collectionem canonum.

9. Codex chart. in folio. saec. XIV. Constat quaternionibus 95. — Eo continetur: a) Matthaei Blastaris syntagma. Omnibus, quos affert Matthaeus, canonibus ab auctore huius Codicis addita est interpretatio tum Balsamonis tum Zonarae. b) Appendix Blastaris. c) Responsa Balsamonis ad Marcum; de nuptiis tractatus; glossae nomicae; Ecloga legis Mosaicae; Balsamonis *μελέται.*

10. Codex. chart. in folio, saec. XIV. — Continet: a) Matthaei Blastaris syntagma cum appendice. b) Collectionem canonum. c) Appendix, in qua reperitur Epiphanii tractatus de sectis, Barlaamii nonnulla, Chronicon *ἀπὸ ἀδάμ.*

11. Codex chart. in folio, saec. XV. — Continet: a) Blastaris syntagma cum appendice. b) Collectionem canonum cum appendice.

12. Codex chart. in quarto; exaratus *διὰ χειρὸς ἰωάννου ἱερέως καὶ μεγάλου σακελλαρίου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τοῦ βυζαντίου ἐν ἔτει σωτηρίῳ ,αχϟδ' μηνὸς μαρτίου η'.* — Continet: a) Blastaris syntagma cum appendice. b) Novellam Athanasii Patriarchae et nonnulla alia.

13. Codex chart. in folio, saec. XVI. — Continet Blastaris syntagma cum appendice.

14. Codex chart. in quarto, saec. XVI. — Continet: a) Blastaris Syntagma a Cunali Critopulo in linguam vulgarem conversum. Mutilum desinit in litera *Π.* b) De nuptiis quaedam et alia ecclesiastica.

15. Codex chart. in quarto, saec. XVI. — Continet Blastaris syntagma a Cunali Critopulo in linguam vulgarem conversum usque ad literam *Π.*

16. Codex chart. in quarto, saec. XV. — Continet compilationem exceptionum ex legibus et canonibus, quae capp. 161 absolvitur, et partim lingua antiqua partim lingua vulgari scripta est. Primum est: *α'. Ἑρμηνεία τὸ πῶς νὰ εὑρίσκεις τὰς γενεάς.* Ultimum: *ρξα'. περὶ τὰς τρεῖς φύσεις τοῦ λέοντος.* Cap. 1—58 de nuptiis agitur, cap. 59—118 de clericis et monachis, cap. 119—129 de legibus rusticis, cap. 130 sqq. de hereditatibus, de dotibus etc.

17. Codex chart. in 8vo minori, saec. XVII. — Continet compendium aliquod canonicum, 231 capitibus constans, auctore Macario Hieromonacho. Primum est: *α'. περὶ τῶν ἀρνηθέντων τὸν χριστὸν ἑκουσίως ἢ ἀκουσίως.* Ultimum: *σλα'. περὶ μελλόντων χειροτονηθῆναι κεφάλαια διάφορα.*

18—22. Quinque Codices chartacei, in 8 minori, saec. XVIII exarati, qui varia *κανονάρια νομοκάνονας* continent, quos recentiores Graeci vocant: ubi de officiis clericorum, de nuptiis, de poenitentia agitur.

23. Codex chart. in quarto; exaratus *ἐν ἔτει ,ζρκε' μηνὶ ἰουνίῳ ιε'.* — Continet: Manuelis Malaxi Nomocanonem lingua vulgari compositum [1]); habet praefationem et capp. 315.

1) Videatis Hist. IGR. delineationem p. 89.

24. Codex chart. in 4to; „ἐτελειώθη τὸ παρὸν νόμιμον διὰ χειρὸς ἐμοῦ μάρκου τοῦ καλογερέως ‚αχλζ′ ἐν μηνὶ ἰουλίῳ ι′.“ — Continet: Manuelis Malaxi Nomocanonem capp. 272.

25. Codex chart. in 4to; „ἐγράφι τὸ παρῶν νόμημον ἐν ἔτι ἀπὸ χ͞υ $\frac{1641}{‚αχμα′}$ ἐν μηνὶ αὐγούστῳ ιε′ ἐν χώρα κοῦλα πλησίον τῆς πόλεως φιλαδελφίας.“ — Continet: Malaxi Nomocanonem capp. 281.

26. Codex chart. in 4to, ao. 1690 in insula Cypro exaratus. — Continet: Malaxi Nomocanonem. Habet praefationem et capp. 305.

27. Codex chart. in 4to; exaratus manu ματθαίου λαυριώτου ‚αψιβ′. — Continet: Malaxi Nomocanonem capp. 422.

28. Codex chart. in 8vo; de ao. 1721; πόνος γρηγορίου ἱερομονάχου λαυριώτου. εἰς μάκρην. — Continet: a) Notas chronologicas, εὐχάς, etc. b) Malaxi Nomocanonem capp. 377. c) Tractatus de synodis; canones Apostolorum; de sectis quaedam, ἐρωταποκρίσεις.

29. Codex chart. in 4to, saec. XVIII. — Continet: a) Dispositionem thronorum et alia quaedam ecclesiastica. b) Malaxi Nomocanonem capp. 333. c) Theologica varia; canones Apostolorum; ἐρωταποκρίσεις nonnullas.

30. Codex chart. in 4to, saec. XVIII. — Continet: Malaxi Nomocanonem capp. 287.

31. Codex chart. in 4to, saec. XVIII. In fine mutilus est. — Continet: Malaxi Nomocanonem cum praefatione.

32. Codex chart. in 4to, saec. XVIII scriptus. — Continet: a) Harmenopuli Epitomen canonum, Michaelis Attalensis πραγματείαν, Eclogam, alia, quae omnia ex Leunclavii IGR descripta sunt. b) Nonnulla iuris ecclesiastici capita aliunde desumta, valuti: Κεφάλαια ιβ′ γινόμενα παρὰ τῆς γενομένης μεγάλης συνόδου ἐν τῷ καιρῷ τοῦ παναγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου κυροῦ Ἱερεμίου εἰς σύστασιν ἐκκλησιαστικὴν κατὰ τὸ ἐν ἔτει, ‚αφϟγ′ ἐν κωνσταντινουπόλει.

33. Codex chart. in 8, saec. XIV. — Continet: Harmenopuli Hexabiblum cum appendice.

34. Codex chart. in 8, saec. XIV. — Continet: a) Harmenopuli Hexabiblum cum appendice. b) Eiusdem epitomen canonum, et de fide orthodoxa libellum; Dispositionem thronorum.

35. Codex chart. in 4; ‚αψκθ′ ἐγράφη. — Continet: Harmenopuli Hexabiblum.


36. Codex chart. in 4; ἐν μηνὶ φεβρουαρίῳ εἰς τὴν ια′ ‚αφιβ′ χριστοῦ. — Continet τὴν ἀσίζαν τῶν ἱεροσολύμων. Videsis delineationem, quam edidi, historiae iuris GR. p. 138 sqq.[1])

1) Data hac occasione breviter dicam etiam de reliquis Codicibus iuris Graeci canonici et civilis, quos in aliis bibliothecis Orientis invenerim, licet nec multi nec omnes adeo magni faciendi sint. Vidi eiusmodi Codices: A. Thessalonicae. I) In bibliotheca τοῦ ἑλληνικοῦ σχολείου. 1) Cod. in 8vo, saec. XVII. — Eo continetur: a) Βασιλικῶν νόμων ἐπιτομὴ τοῦ σοφωτάτου μιχαὴλ ἀνθυπάτου καὶ μεγάλου κριτοῦ τῆς ἀνατολῆς τοῦ ἀτταλειώτου. Est Synopsis minor s. τὸ μικρὸν κατὰ στοιχεῖον in linguam vulgarem versum et in epitomen contractum. Auctorem prodit haec nota in fine libri: Δόξα θεῷ τῷ δόντι μοι τὸ τέλος τόδε — ἐγράφη διὰ χειρὸς θεοδοσίου πρωτονοταρίου — ζυγομαλᾶ καὶ εἰς τὸ σαφὲς καὶ ἁπλὸν ἦλθεν ὡς δυνατόν. b) Malaxi nomocanonem cum praef. capp. 294, alia manu scriptum. — 2) Codex chart. in 8vo, mutilus. Malaxi nomocanon capp. 301. In fine: ἐτελειώθη τὸ παρὸν νόμιμον διὰ χειρὸς μιχαὴλ υἱοῦ νικολάου ἱερέως τοῦ ἀντριστου ἐν ἔτει ‚αφϟζ′ νοεμβρ. ι′. Accedunt variae ἐρωταποκρίσεις. — 3) Cod. chart. in 8vo, saec. XVIII. Malaxi nomocanon sine praef. capp. 294. — II) In bibliotheca metropoleos: 1) Codicem, qui acta metropoleos, decisiones etc. continet. 2) Cod. chart. saec. XVIII in folio, qui ἐκκλησιαστικὸν et πολιτικὸν νόμον a Theophilo, Campaniae episcopo, intra annum 1749—1795 compilatum continet. — III) In bibliotheca τοῦ τζαουσμοναστηρίου Codicem chart. in 8vo saec. XIV, valde laceratum, in quo pars πραγματείας Michaelis Attalensis habetur. — — B. Constantinopoli. I) In bibliotheca S. Sepulcri: 1) Codex membranaceus in quarto, constans foliis 222. Continet Harmenopuli Hexabiblum, in cuius fine notatur: ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον μηνὶ δεκεμβρίῳ ἰνδ. ζ′ ἔτους ‚ϛωξβ′. οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθαι διὰ τὸν κύριον. Sequitur appendix Harmenopuli vulgaris. — Folia huius Codicis 1—216 ex Codice, qui Codd. Paris. graec. Coisl. 152 et Reg. 1350 simillimus libros Basilicorum XV—XVIII cum scholiis olim continebat, avulsa et rescripta sunt; folia autem 217—222 ex alio Codice saec. VIII exarato, qui theologicum opus contineret, desumta et similiter rescripta sunt. Hic Codex nunc penes me est, et ad restituendos laudatos Basilicorum libros maximae utilitatis erit, quicquid *E. Heimbachius*, male intellectis, quae de hoc Codice ad eum scripseram, *in Richter Jahrbb.* VI. S. 992 contra indicet. — 2) Codex chart. in folio saec. XIV. Harmenopuli Hexabiblus et opuscula minora. — 3) Cod. chart. in 8vo, saec. XVII. Malaxi nomocanon c. praef. capp. 255. — 4) Cod. chart. in 4to, saec. XVII. Malaxi nomoc. c praef. capp. 298. — 5) Cod. chart. in 4to, saec. XVII. Malaxi nomoc. c. praef. capp. 295. — 6) Cod. chart. in 8vo, saec. XVIII. Malaxi nomoc. c. praef. capp. 305. — 7) Cod. chart. in 4to, saec. XVIII. Malaxi nomoc. sine praef. capp. 309. — 8) Cod. chart. in 4to, saec. XVIII. Malaxi nomoc. cum praef. capp. 255.

§. XXI. *Codex 37 monasterii S. Laurae.*

Denique in eodem S. Laurae monasterio asservatur Codex MS prae caeteris notatu dignus. Est bombycinus in forma quarta, quam vocant, situ corruptus, a tineis et blattis laceratus. Constat quaternionibus XXXVI; sed folium ultimum quaternionis trigesimi sexti excidit. Quaterniones III–XXXVI omnes eadem manu exarati sunt: quaterniones autem I et II iam saec. XII excidisse videntur et a secunda manu, puta possessoris cuiusdam, suppleti sunt. Eiusdem secundae manus emendationes et notae hic illic per totum Codicem reperiuntur.


Prima manus calligraphi esse videtur; scriptura enim elegans et venusta est. Cuius rei fide mfaciet specimen scripturae, quod hoc loco subiiciam:



Is autem, qui haec scripsit, saec. XI vixisse videtur. Scriptura enim simillima est scripturae Codicis Laurentiani IX, 8, quem **Bandinius** et vir cel. **G. E. Heimbachius** saec. XI exaratum esse arbitrati sunt.

— 9) Cod. chart. in 4to, saec. XVIII. Malaxi nomoc. c. praef. capp. 256. — 10) Cod. chart. in folio, saec. XVIII. Malaxi nomoc. c. praef. capp. 294. — 11) Cod. chart. in 8vo, saec. XVII. Continet *νομοκάνονον* capp. 361 constans. Inc.: *α'. περὶ πνευματικοῦ πῶς κάμνει χρεία νὰ εἶναι.* — 12) Cod. chart. in 12mo, saec. XVIII. Idem liber. — 13) Cod. chart. in 12mo, saec. XVIII. Eiusdem libri, uti videtur, epitome. — 14) Cod. chart. in 8vo, saec. XVIII. *Κανονάριον* aliquod. 15) Cod. chart. in 4to, saec. XVIII. *Νομοκάνονον* in capp. 276. Inc: *α'. περὶ ἡμῶν τῶν χριστιανῶν ὅταν προσκυνοῦμεν κ. τ. λ.* — II) In bibliotheca scholae graecae, quae in pago Kurutschesme prope urbem est: 1) Cod. chart. in folio, saec. XVIII. Continet: a) Institutionum lib. I titt. 1—19 a Graeculo quodam recentiori per quaestiones ac responsiones explicatos, hoc titulo: *Ἐρωταποκρίσεις νομικαὶ ἀπό τε τῶν ἰνστιτούτων καὶ βασιλικῶν.* b) Lexicon graecum. — 2) Cod. chart. in folio, saec. XVIII. Continet apographum integri Juris Graeco-Romani a Leunclavio elaborati, quod Freherus edidit. — III) In bibliotheca monasterii S. Trinitatis in insula Chalce prope Constantinopolin: 1) Cod. chart. in folio, saec. XIV. Blastaris syntagma et collectio canonum. — 2) Cod. chart. in 8vo, saec. XIV. Exceptiones canonicae sine ordine in hunc Codicem conscriptae. — IV) In bibliotheca monasterii *τῆς παναγίας* in eadem insula: 1) Codex partim membran. partim chart. in 8vo, saec. XIII. Fragmenta ex constitutionibus Apostolorum. Collectio canonum c. comm. Zonarae. Photii nomocanon c. comm. Balsamonis. — 2) Cod. membran. in 4to, saec. XIII. Photii Nomocanon. Collectio canonum. Collectio XXV capitulorum. — 3) Cod. chart. in folio, saec. XVII. Harmenopuli Epitome canonum. Photii nomocanon cum comm. Balsamonis. Epitome canonum, quam Alexio Aristeno nonnulli tribuerunt. — 4) Cod. chart. in fol. saec. XIV. Collectio canonum c. comm. Zonarae. — 5) Cod. chart. in fol. saec. XV. Varia continet: fragmenta Epitomae canonum, de nuptiis permulta, fragmenta Hexabibli et minora Harmenopuli opuscula etc. — 6) Cod. chart. in 8vo, saec. XV. Continet Epitomen canonum „*ἑρμηνευομένην ὑπὸ Ἀλεξίου Ἀριστηνοῦ ὑπὸ τῆς βασιλείας τοῦ ἰωάννου τοῦ κομνηνοῦ.*“ — 7) Cod. chart. in folio, saec. XVI. Blastaris syntagma et collectio canonum. — 8) Cod. chart. in 8vo, de ao. 1577. Antiochi monachi Pandectes. — — C. **Trapezunte.** I) In bibliotheca metropoleos et scholae: 1) Cod. chart. in fol. de ao. 1311. Photii nomocanon c. comm. Balsamonis. Collectio canonum c. comm. Zonarae et Balsamonis. — 2) Cod. chart. in fol.

Secunda manus minus elegans est. Literis minusculis utitur et ubique scripturae compendia adhibet, quae nonnunquam lectu et explicatu difficilia sunt. Scripturae specimen hoc accipe:



Eadem manu ad marginem folii antepenultimi haec adscripta sunt:

„ͅςχνη' ἰνδ. ιγ'... ἐγεννήθη τῇ θυγατρί μου κυρᾷ μαρίᾳ τῇ μονομαχατίσσῃ υἱὸς ὁ γαρώτης κῦρος νικήτας κ. τ. λ. (h. e. „anno 6658 ind. 13 filiae meae dominae Mariae Monomachatissae natus est filius dominus Nicetas Garotes etc.")

„ͅςχξ'.... ἐγεννήθη τῇ θυγατρί μου υἱὸς ὁ μονόμαχος κῦρος ἰωάννης. (h. e. „anno 6660 natus est filiae meae filius dominus Joannes Monomachus.") Unde eum, qui secunda manu lacunas huius Codicis supplevit et vitia emendavit, saec. XII medio, (— nam annus ab orbe conditio 6658 idem est atque annus p. Chr. n. 1150,—) vixisse colligitur.

§. XXII. *Continet Athanasii nec non Theodori Epitomen Novellarum.*

Codex MS monasterii S. Laurae, de quo §. XXI loquutus sum, complectitur:

I. Epitomen Novellarum Athanasii scholastici, ex Emesa oriundi, quam nuper ex Codice Parisiensi edidit G. E. Heimbachius in tomo I *Ἀνεκδότων* p. CI—198. — Incipit: *Ὑποτύπωσις τῶν νεαρῶν διατάξεων ἀθανασίου σχολαστικοῦ ἐμισηνοῦ. πρόλογος. — Τὸ ἐπανορθοῦσθαί τινα κ. τ. λ.* Explicit in folio ultimo quaternionis XXI his verbis: *οἱ βαλιστάριοι τοῖς πατρᾶσιν ὑπόκεινται τῶν πόλεων.* — Sunt, quae plura habeat hic Codex, quam ille, quem Heimbachius sequutus est: sunt, quibus Heimbachii editio emendari possit. De quibus omnibus fuse egi in ephemeridibus, quibus titulus est: „*Wiener Jahrbücher der Literatur*" to. LXXXVI et LXXXVII; unde, quae graviora viderentur, idem Heimbachius inter Addenda et Corrigenda tomo II *Ἀνεκδότων* p. 290 sqq. retulit.

II. Folio primo quaternionis XXII et quidem recto haec leguntur:

Σύμφωνα κατανοήσας τῇ τοῦ θεοῦ δικαιοσύνῃ τῶν εὐσεβῶν καὶ φιλοχρίστων δεσποτῶν βασιλείου λέοντος καὶ ἀλεξάνδρου τῶν μεγάλων βασιλέων τὰ νόμιμα, καὶ τούτων ἀναλαβεῖν ἐν γράμμασι ποθήσας τὴν δύναμιν, ὁ τῆς τοῦ χριστοῦ καὶ τῆς τούτων βασιλείας δοῦλος ὁ τάλας ἐγὼ τήνδε ᾑρετησάμην τὴν δέλτον ὑπὲρ χρυσίον καὶ τοπάζιον κτήσασθαι, ὡς πρὸς τήρησιν τῶν τοῦ θεοῦ ἐντολῶν ὁδηγοῦσάν με καὶ λέγειν πρακτικῶς παρορμῶσάν με· λύχνος τοῖς

Piorum et Christi amantium dominorum, Basilii, Leonis et Alexandri, magnorum imperatorum, leges cum Dei Iustitia consentire intelligens, illorumque vim scriptis excipere cupiens, ego Christi et maiestatis eorum servus infelix huncce mihi potius libellum quam aurum atque topazium comparare studui, ut qui mihi viam monstraret, ad observanda Dei praecepta et me strenue hortaretur dicere: lucerna pedibus meis

de ao. 1570. Blastaris syntagma. — 3) Cod. chart. in fol. de ao. 1746. Apographum praecedentis Codicis. — 4) Cod. chart. in 8vo, saec. XVII. Malaxi nomocanon sine praef. — 5) Cod. chart. in 8vo, saec. XVIII. Idem liber. — 6) Cod. chart. in 8vo, de ao. 1605. Continet: Harmenopuli Hexabiblum et Synopsin minorem (*τὸ μικρὸν κατὰ στοιχεῖον*) in linguam vulgarem epitomando conversam, utramque auctore Theodosio Zygomala Protonotario. — II) In bibliotheca monasterii Sumela prope Trapezuntem: 1) Cod. chart. in 8vo, saec. XVIII. Malaxi nomoc. capp. 267. — 2) Duo Codices chart. in 8vo, saec. XVIII, *κανονάρια* continentes. — III) In bibliotheca monasterii S. Georgii prope Trapezuntem: 1) Cod. chart. in folio, ao. 1774 ex Codice metropoleos Trapezuntinae descriptus. Photii nomocanon c. comm. Balsamonis. Collectio canonum c. comm. Zonarae et Balsamonis. — 2) Cod. chart. in fol. Blastaris syntagma ao. 1746 ex Codice metropoleos Trapezuntinae descriptum. — 3) Codices quatuor chartacei, saec. XVII et XVIII exarati, qui Malaxi nomocanonem continent. — 4) Cod. chart. in 12mo, ao. 1752 exaratus. Continet *νομοκάνονον* illud supra saepius allatum, quod inc.: *α'. περὶ πνευματικοῦ κ. τ. λ.*

ποσί μου ὁ νόμος σου καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου πίστει τῇ ἠρτημένῃ ἐχωμένω: [1]) *Ἐρώτησις· ποῖαι ἀρεταὶ πρὸ πάντων τοῖς ἄρχουσιν ἁρμόζουσιν; Ἀπόκρισις· Προηγουμένως τὸ συμπαθητικὸν καὶ φιλάνθρωπον, τὰ καὶ θεῷ ὑπάρχοντα, εἶτα τὸ ἀμνησίκακον, τὸ ἀόργητον, τὸ ἀπροσωπόληπτον καὶ ἀδωροδόκητον, καὶ πρὸ πάντων τὸ μὴ δυσχερῶς μηδὲ ἀνεξετάστως διαβολαῖς καὶ λοιδωρίαις πείθεσθαι, ἃ πολλοὺς φόνους ἀδίκως ποιοῦσιν, ὡσαύτως καὶ ἐξ ἀσπλαγχνίας ὁμοίως καὶ ἀπὸ μνησικακίας ὥσπερ καὶ ἀπὸ θυμοῦ καὶ δωροδοκίας. ἐκεῖνος τοίνυν ἄρχων τῷ θεῷ ἐνάρεστός ἐστιν ὁ μηδὲν τοιοῦτον παθὼν ἑαυτῷ κτώμενο.* [2])

est lex tua, et lux gressibus meis..... Quaestio: Quaenam virtutes prae caeteris magistratibus conveniunt? Responsio: Inprimis misericordia et clementia, quae etiam Deo propriae sunt, deinde ne memoria iniuriarum nec iracundia nec studio nec donis acceptis afficiantur, et ante omnia ne facile et sine inquisitione accusationibus et calumniis credant, quae multas strages iniuste faciunt, neque etiam ob crudelitatem nec non ob iniurias acceptas vel etiam ob iram vel ob dona. Is igitur magistratus Deo acceptus et, qui nihil eiusmodi in semet ipsum cadere patitur.

Ἐκ τῆς ϛ' βιβλίου [3]) *τῶν ἰνστιτούτων.*

Τῆς περὶ τῶν πραγμάτων κρατούσης συνηθείας [4]) *ἐν τῇ κωνσταντινουπόλει νέᾳ ῥώμῃ δεῖ καὶ τὰς ἄλλας ἐπαρχίας ἕπεσθαι καὶ τοῖς ἔθνεσιν αὐτῆς* [5]) *πάσας ἀκολουθεῖν. κεφαλὴ γὰρ πάντων ἐστὶν ἡ βασιλεύουσα.*

Ex lib. VI Institutionum.

Consuetudinem, quae in urbe Constantinopolitana, nova Roma, in causis decidendis obtinet, etiam reliquae provinciae observare et mores eius omnes sequi debent. Urbs enim regia omnium caput est.

Quae quid sibi hoc loco velint, equidem nescio: [6]) hoc tamen affirmare ausim, neque cum praecedentibus illa neque cum sequentibus ullo cohaerere modo.

III. In eadem pagina folii primi quaternionis XXII inchoatur et usque ad finem Codicis perducitur:

„Breviarium Novellarum Constitutionum,

cum allegationibus locorum similium tam in Codice quam in ipsis Novellis extantium,

auctore Theodoro Scholastico, Thebano Hermopolitano,"

cuius operis, quippe inediti adhuc et editione vel maxime digni, apographum ego multis sudoribus (— erat enim tum aestas anni flagrantissima —) duodecim dierum intervallo perfeci.

§. XXIII. *Notitia literaria de Theodoro.*

Iam vero edituro mihi Theodori Breviarium Novellarum non solum hoc negotii datum esse videtur, ut exponam, qua ratione in edendo eo libro versatus sim, sed etiam ut de vita et scriptis auctoris accuratius agam. Aestimare enim, quanti hoc Breviarium faciendum sit, is demum recte poterit, cui de aetate et studiis auctoris constiterit.

Igitur de vita et scriptis Theodori in prolegomenis agam: prius autem paucis exponam quid de Theodoro nostro, (— Hermopolitam olim vocabant, —) tam antiquiores quam recentiores scriptores senserint, quoniam sic demum ordinis, secundum quem in prolegomenis singula pertractavi, rationem commode reddere possum.

---

1) Haec verba *πίστει — ἐχομένῳ* corrupta sunt.

2) Legendum videtur: *κτώμενος*.

3) Videtur significari § 7 J. de satisdationib. (4, 11.)

4) Lege: *τῇ — κρατούσῃ συνηθείᾳ*. Facile enim *τὸ ι*, quod olim iuxta scribebatur (*τῆι — κρατούσηι συνηθείαι*) in *σ* transire potuit.

5) Lege: *ἔθεσιν αὐτῆς*.

6) Quae initio leguntur *Σύμφωνα — φῶς ταῖς τρίβοις μου*, praefatiunculae loco Eclogae ad Prochiron mutatae, ab auctore huius compendii praepostia fuisse, olim arbitratus sum. Videsis: *Ὁ πρόχειρος νόμος* p. CXXXV. Nunc etiam haec ab auctore Eclogae ad Prochiron mutatae aliunde desumta esse crediderim. Fortasse pertinent ad sequentem quaestionem et responsionem, quae cum fragmentis Epanagoges a Basilio, Leone et Alexandro editae, (— de patriarcha, de imperatore etc. tractantibus, —) in variis Codicibus coniunctae reperiuntur, veluti in Cod. Paris. gr. 1343 fol. 5, 1356 fol. 2 sq., 1398 fol. 262 sq., nec non in Cod. Vindob. iurid. gr. III, de quo vide *Heimbach* de Basilicor. orig. etc. p. 143.

Primis quidem *Viglio Zuichemo, Iacobo Cuiacio* et *Antonio Augustino* Theodorus ex Basilicorum, quae vocantur, scholiis innotuit. *Viglius* nimirum in praefatione ad Theophilum de „antiquissimis Theodori glossis“ loquitur. *Cuiacius*[1]) autem brevia Theodori argumenta in Codicem et Novellas passim laudat, et locos affert ex Ecloga lib. I—X Basilicorum, quam Theodoro Hermopolitae tribuit; neque tamen de hoc sollicitus est, an hic idem sit atque ille, qui brevia argumenta in Codicem et Novellas conscripserit, nec, qua aetate hic vel ille vixerit, inquirit. Denique *Augustinus* qui etiam Eclogam illam Basilicorum MStam habuit, eaque non semel usus est,[2]) post praefationem ad Collectionem constitutionum Graecarum Ilerdae 1567 editam locum ex Matthaei Blastaris Syntagmate attulit, ubi Iustiniani aetate Theodorus *ἑρμουπολίτης* Codicem *συντετμημένως* vertisse dicitur. Idem *Augustinus* de nominibus propriis *τοῦ Πανδέκτου* (*Otto* thesaur. I p. 257 not. *a*) haec habet: „In const. Omnem viri illustres et antecessores dicuntur Theodorus ....Multi ex his praeclare scripserunt, extantque in Basilicis multa,...... praesertim et Theodori .... de quibus Matthaeus Blastares monachus scripsit.“ Similiter Iustinianeis temporibus Theodorum nostrum assignant *Dion. Gothofredus* in praefatione ad libros Basilicorum Hanoviae 1606 ab ipso editos, et *Ios. Maria Suaresius* in Notitia Basilicorum §. XLI, qui etiam in hunc errorem incidit, ut Theodorum „e XVII viris“ fuisse statueret, „qui latinis Digestis consuendis praefuissent.“ Contra eum longe iuniorem facit *Marqu. Freherus*, „qui eum in Chronologia imperii utriusque Iuri Graeco-Romano praemissa Basilicorum scholiastis connumerat et post Constantinum Porphyrogenitum collocat: motus fortasse hac ratione, quod plurimis scholiis, quae ad ipsa Basilica scripta esse putaret, Theodori nomen praefixum esse videret.

His accedat *Io. Alb. Fabricius*, qui in Biblioth. Graeca vol. XII varia de Theodoro, quamquam non satis cohaerentia, profert. Etenim p. 346 sq. Theodorum, quem Praefectum urbi CP. fuisse dicit, iis adnumerat, quibus Iustinianus ad ius condendum usus fuerit; deinde p. 463 recensum locorum instituit, ubi in Basilicorum scholiis Theodori mentio fiat, et Theodorum ex Basil. Fabroti II p. 580 Stephani discipulum fuisse colligit; denique p. 563 haec habet: „Theodori Hermopolitae synopsis et ecloga Codicis Iustinianei erotematica sive per interrogationes et responsiones in cap. LXXXII divisa MS exstat in Bibl. Caesarea (teste *Lambecio* VI p. 15 sq.).... Huius Theodori *ἐκλογαῖς* Basilicorum MSS in Bibl. Regis Christianissimi...usus est *Cangius*[3]), qui notat, vixisse post Alexium Comnenum, cuius Novellam laudat, quique obiit A. C. 1118.“

Etiam qui hos sequuntur historiae iuris civilis auctores de aetate et scriptis Theodori invicem dissentiunt. *Io. Sal. Brunquellus* (Hist. iuris P. III M. I c. 1 §. 8, ed III p. 297) eum Iustiniano supparem esse statuit; similiter *Io. Gottl. Heineccius*, qui Theodorum Hermopolitam non tantum Codici, sed etiam Digestis operam suam navasse auctor est. (Synt. Antiquit. in Prooemio §. 35.) Contra *Christ. Godofr. Hoffmannus* Hist. iuris civ. lib. III cap. I §. 2 Matthaei Blastaris testimonium de aetate Theodori ab Augustino allatum omnino reiicit, et §. 4 Theodorum post Alexium Comnenum vixisse putat, utpote qui Eclogam Basilicorum scripserit et in ea Novellam Alexii laudaverit; denique an inter scholiastas Basilicorum referendus sit, cap. III §. 8 dubitare videtur.

Curatius de Theodoro egit *G. O. Reitzius*. Is primus, ni fallor, *duo* Theodoros extitisse statuit; alterum, qui ad Digesta, Codicem et Novellas commentatus sit, quique in const. Omnem de anno 533 antecessor dicatur; alterum, qui (coll. Basil. Fabr. VII. p. 911) ad Novellas Leonis Philosophi scripserit. (Memorabil. ex scholiis Basil. Exc. XX post Theophil. p. 1241. 1245.) Synopsin erotematicam Codicis Iustinianei supra laudatam non Theodoro illi ICto Iustinianeo deberi auctor est, sed esse potius opusculum per magistellum aliquem ex Codice Theodori ad quaestiunculas efformatum vel potius deformatum; nec ab illo Theodoro Eclogam Basilicorum profectam,

---

1) In Obss. — Comm. ad tres libros Cod. — Exposit. Novellarum etc.

2) *Gebauer* narrat. de Brenkmanno p. 189. *Biener Revis. des just. Codex.* p. 43 not. 1. *Witte* Leges restitutae. p. 40.

3) Vide *Ducangium* in indice auctorum post Glossar. Graecitatis p. 33. — Iisdem Eclogis iam antea usus fuerat *Cuiacius*, *Augustinus* et *C. A. Fabrotus* in restituendis titulis Dig. de V. S. et de R. I. atque etiam ipsis Basilicis.

sed multo post conscriptam esse. (Epist. de Theodori Hermop. Syn. erotem. in thes. Meerman. VI. p. 863 sqq.)

Reitzium in universum sequuti sunt: *Io. Aug. Bachius* hist. iurispr. Rom. lib. III cap. IV sect. 3 §. 7 et lib. IV cap. I sect. 3 §. 11. 22; — *G. Hugo Gesch. des röm. Rechts.* ed. 2 p. 388 (ed. 11 p. 1100); — *Christ. Frid. Pohlius* in obss. ad Suaresii Notit. Basil. p. 73—76, qui etiam *Assemani* observationes quasdam (ex bibl. iuris Orient, p. 426 sqq.) attulit; — *Christ. Gottl. Haubold* Instit. historico-dogmat. lineam. (ex edit. *Otto* p. 157. 206); — *Alb. Schweppe Röm. Rechtsgesch.* (ex edit. *Gründler*) p. 265; — *C. G. E. Heimbach* de Basilicorum origine p. 36 sqq.; — *F. A. Biener Gesch. der Novellen* p. 56. 64 sqq. 611; — *S. W. Zimmern Gesch. des Röm. Privatrechts* I. S. 398 sq. —

Ex his *Bienerus* data opera de Theodoro nostro egit, et hoc etiam l. l. notavit, *Assemanum* in his, quae de Theodoro habeat, mendacissimi *Nic. Comn. Papadopoli* auctoritate deceptum[4]) passim vapulare, — deinde *Reitzium* falli, qui Theodorum ad Novellas Leonis Philosophi scripsisse ex Basil. Fabrot. VII p. 911 concluserit. Idem *Bienerus*, quod iam antea literis ad *Car. Witte* datis significaverat (*Witte* Basil. tit. de div. reg. iuris. Vratislaviae. 1826. p. VIII), in: *Beiträge zur Revis. des justin. Codex* p. 43 de Theodori Ecloga Basilicorum hoc iudicium tulit, ut ei nomen Theodori Hermopolitae tanquam auctoris a *Cuiacio*[5]) per errorem inditum esse statueret. Unde *Bieneri* sententia haec iam esse videtur, *unum* tantum extitisse Theodorum Hermopolitam, antecessorem a. 533, qui ad Digesta, Codicem ac Novellas commentarios confecerit; Eclogam autem Basilicorum multis saeculis recentiorem et ab alio auctore conscriptam esse.

Nuper denique *G. E. Heimbach* in *'Ανεκδότων* tomo I p. 199—259. 272. Theodori de Iustiniani Novellis fragmenta collegit et collecta edidit. Ibi non tantum de commentario Theodori ad Novellas docte exposuit, (de quo infra sermo redibit,) sed etiam de vita eius quaedam disputavit. *'Ερμουπολίτην* cognominatum esse a patria Hermopoli, Aegypti civitate; ideoque Hermopolitanum vocari oportere, non Hermopolitam. Thalelaeo quidem, (nempe eo, qui a. 533 antecessor fuit,) antiquiorem esse, sed Tiberii tempora vivendo attigisse. Non autem antecessorem fuisse, sed scholasticum, e loco colligi posse, quem ego primus notaveram in libro: *'Ο πρόχειρος νόμος* p. 283. Denique vulgatam illam CLXVIII Novellarum collectionem a Theodoro probabiliter esse confectam.

Et haec quidem de Theodori aetate, vita, scriptis dicta et disputata erant, quum mihi Breviarium Novellarum ab illo confectum in Codice maximae Laurae reperire contingeret. Eo scilicet historia Theodori non parum adiuvatur, de quo ego nonnulla in censura *'Ανεκδότων* Heimbachianorum (*Wiener Jahrbücher der Literatur.* LXXXVII p. 74 sq. 79 sq. 82 sq.) et in Delineatione historiae iuris Graeco-Romani p. 24. 29 etc. observavi, alia autem *G. E. Heimbachius in Richters Jahrbb. Novemb.* 1839. p. 975 sqq. et in *'Ανεκδότων* tom. II p. 297 sq. notavit, quae tamen infra aptius exponentur.

§. XXIV. *Prolegomenων ordo exponitur.*

His generaliter praemissis ordo disputandi, quem in prolegomenis elegerim, explicari a me commode poterit. Nimirum hactenus vidimus, viros doctos vel olim tribuisse vel nunc tribuere Theodoro, Ioto Graeco:

1. commentarium Digestorum,
2. commentarium Codicis,
3. commentarium Novellarum Iustiniani,

---

4) De cuius libro fallacissimo, cui titulus est: „Praenotiones mystagogicae", conferas potissimum *Aemilii Hertzog πραγματείαν περὶ τοῦ προχείρου Κωνσταντίνου τοῦ 'Αρμενοπούλου.* Monaci 1837 p. 19—24. *E. Heimbach 'Ανέκδ.* tom. I p. 219—222.

5) Spurium quidem auctoris nomen illud esse, non tamen a *Cuiacio* fictum, ego postea probare studui in libro: *Αἱ ῥοπαί* p. 62 sq.

4. commentarium ad Novellas Leonis Philosophi,
5. synopsin erotematicam Codicis Iustinianei,
6. eclogam lib. I—X Basilicorum.

Vidimus etiam, de his ipsis operibus dubitationes esse ortas, et quaesitum esse, an re vera Theodorus et an idem Theodorus omnium auctor fuerit; ac denique vidimus viros doctos, pronti vel sic vel sic ad hanc quaestionem responderent, varie de Theodori vita et aetate statuisse. Hinc cardinem totius controversiae in eo positum esse apparet, ut scripta Theodori recte diiudicemus eorumque indolem nobis effingamus. Necessario igitur in prolegomenis, quae sequuntur, prius dicendum mihi erat de scriptis Theodori, quam ad ipsius vitam enarrandam progrederer. Ex scriptis autem Theodori primo loco commentarius sive Breviarium Novellarum recensendum esse videbatur, tum quia de opere, quod editur, in prolegomenis principaliter sermo esse debet, tum quia Breviarium illud iam integrum nobis adest atque inquisitioni in reliqua scripta Theodori quasi fundamentum esse potest.

Itaque agam *capite primo* de natura atque indole Breviarii Novellarum, quod Theodorum Scholasticum, Thebanum Hermopolitanum, auctorem habet: *capite secundo* de eiusdem Theodori Breviario Codicis: *capite tertio* de aliis scriptis Theodoro nostro perperam tributis: *capite quarto* de historia Theodori: denique *capite quinto et ultimo* de utilitate, quae ex Theodori Breviario Novellarum ad criticen et exegesin iuris Iustinianei redundet, et de edendo hoc Breviario disseram.

Caput primum.

De natura atque indole Breviarii Novellarum, quod Theodorum Scholasticum, Thebanum Hermopolitanum, auctorem habet.

---

§. XXV. *Theodori Breviarium vel certe fragmenta eius primus in Occidente tractavit Cuiacius.*

Theodorum ICtum Graecum ad Novellas Iustiniani commentatum esse, dudum ex Basilicorum scholiis constare potuit. Nec fugit hoc elegantissimum *Cuiacium*, qui lectiones Theodori, quas inter Basilicorum scholia invenerat, in Expositione Novellarum nonnunquam commemoravit. Sed qui post Cuiacium historiam iuris Romani et Graeco-Romani exposuerunt, veluti *Suaresius* in Notitia Basilicorum, *Struvius, Brunquellus, Heineccius, Hoffmannus, Eckhardus* in Hermeneutica iuris civilis, tantum non omnes Theodori nostri commentarium ad Novellas praeterierunt, donec tandem *G. O. Reitzius*, cui tot tantaque iurisprudentia Graeco-Romana debet, memoriam eius instauraret. Is Theodorum ad Novellas scripsisse, locis nonnullis Basilicorum laudatis, in Excursu XX editioni Theophili adiecto p. 1241 probare studuit, eumque sequuti sunt recentiores auctores, veluti *Bachius, Pohlius, Heimbachius* senior, *Schweppe, Zimmern.*

§. XXVI. *Bienerus commentarium Theodori ad Novellas accuratius descripsit.*

Qui autem data opera in naturam atque indolem commentarii inquireret, quem Theodorus ad Novellas conscripsisse ferebatur, primus fuit *F. A. Bienerus* in libro eruditionis pleno, cui titulus est: *Geschichte der Novellen Justinian's.* Ibi p. 67 sq. Theodorus, inquit, „*hat auch über die Novellen geschrieben und dieser Commentar ist für die Griechen des Mittelalters der Hauptcommentar gewesen. Er ist regelmässig für die Basilikenscholien benutzt worden, so oft Novellenstellen vorkommen, und wird auch sowohl in jenen Scholien, als auch in anderen Schriften angeführt. — — Von der Beschaffenheit dieses Commentars lassen sich nicht so genaue Nachweisungen geben. — — Im Ganzen scheint derselbe zum Nachlesen und Selbststudium*

bestimmt gewesen zu sein. Die griechischen Novellen hat er in ihrem ganzen Text gegeben, mit Anmerkungen zu einzelnen Stellen, welche mitunter sogar einen casus legis lieferten (Bas. III p. 98). *Von den lateinischen Novellen scheint er einen kurzen griechischen Auszug mit beigefügten Anmerkungen gegeben zu haben, und die Auszüge der lateinischen Novellen, welche in den Basiliken und den Handschriften der griechischen Novellen sich vorfinden, sind höchst wahrscheinlich sämmtlich aus dem Commentar des* Theodorus *entlehnt.*" Addit autem *Bienerus* l. l. p. 611: ,,*auch bei den griechischen Novellen scheint Theodorus kurze Inhaltsanzeigen gegeben zu haben, z. B. Nov. 162. Basil. VI p. 191. 228. etc.*"

§. XXVII. *Heimbachus iunior Theodori Breviarium restituere conatus est.*

Post *Bienerum G. E. Heimbachius* in *Ἀνεκδότ.* to. I p. 199 sqq. librum a Theodoro Hermopolitano de Iustiniani Novellis compositum investigavit et fragmenta eius, quantum fieri potuit, in integrum restituere conatus est.

Naturam atque indolem eius libri melius atque rectius, quam *Bienerus*, indagavit et descripsit: de quo quae profert, si in breve contraxeris, haec sunt:

,,Theodorus singularum quarumque Novellarum epitomas confecit, confectasque in certum ordinem redegit. In epitomis componendis brevitatis et contractionis studiosus fuit. Singulis epitomis titulum et prima quaeque Novellae, de qua quaereretur, verba praetexuit, subscriptiones adiecit. In epitomandis Novellis per omnia sequitur ordinem vulgatae CLXVIII Novellarum collectionis. Ex breviario Theodori fragmenta reperiuntur in ipso CLXVIII Novellarum corpore, in Prochiro Basilii, in Basilicis et maxime in Basilicorum scholiis, in Synopsi Basilicorum, in Epitome ad Prochiron mutata, quae in Codice Bodleiano 3399 habetur, porro in ea τῶν ῥοπῶν recensione, quae ad Basilica refecta est, in libello *de actionibus*, in tractatu de peculiis, in Gregorii Nicaeensis commentatiuncula ad Nov. 111, in anonymi scriptoris commentario ad Photii Nomocanonem, denique in Harmenopuli Hexabiblo. Unde apparet, Basilicis demum compilatis Theodori commentarium magnam vim atque auctoritatem apud Graecos ICtos consequutum esse. Caeterum Theodori fragmenta in illis libris non ita raro interpolationibus inquinata sunt."

Haec fere *Heimbachius*, qui in ipso Breviario Theodori ex fontibus supra indicatis restituendo, sicuti ex authentico, quod editurus sum, Breviario apparebit, feliciter sane versatus est. Genuinos Theodori locos, qui in fontibus supra laudatis haberentur, paene omnes collegit et iusto ordine digessit, atque perraro tantum, quae Theodori non essent, ad restitutionem adhibuit. Ad hanc classem pertinent Basil. Fabrot. to. III p. 93 schol. c et p. 94 d et e, to. II p. 583 schol. z et a (apud *Heimbachium* p. 239. 243), quae a dicendi disputandique ratione, qua Theodorus utitur, omnino aliena, neque vero etiam Theodori nomine in Basilicis insignita sunt. Similiter etiam Basil. Fabrot. III p. 489 schol. d, quod *Heimbachius* p. 257 recepit, a Theodoro abhorret: quamquam in hoc loco, quippe qui Theodori nomen praepositum habeat, quam maxime excusabilis est viri doctissimi error.

§. XXVIII. *Index Novellarum Breviario Theodori praefixus.*

Postquam exposui, quid viri docti de Theodori commentario ad Novellas senserint, iam tempus esse videtur, ut ad genuinum Theodori Breviarium ex Codice maximae Laurae supra laudato accuratius describendum memet accingam.

In quo initium facit: *Πίναξ τῶν νεαρῶν*, i. e. Index numeros et rubricas CLXVIII Novellarum continens, quas deinceps Theodori Breviarium epitomatas exhibet. Sunt autem eaedem plane constitutiones, quas complectitur collectio CLXVIII Novellarum ab *Haloandro* primum et *Scrimgero* edita et postea in editiones Corporis iuris civilis recepta: et quo ordine in hac collectione, eodem etiam in Theodori Breviario et indice illo dispositae sunt.

Caeterum index ille non ab auctore praemissus esse videtur, sed a Graeculo quodam e rubricis in ipso Breviario obviis postea confectus atque initio operis collocatus. Nam quae vitia culpa librariorum in rubricas Novellarum in ipso operis contextu irrepserunt, eadem fere etiam πίναξ ille habet. Ut exemplum afferam, rubrica Nov. CLXIV in textu corrupte legitur sic: περὶ κληρονομιῶν

θείου τε καὶ δικαιοσύνης, (nempe commixtis cum rubrica verbis initialibus Novellae,) — eademque corruptio etiam in indice occurrit, quasi illa *θείου κ. τ. λ.* ad rubricam pertinerent.

Rubricae Novellarum, quas, siculi contextus operis, ita etiam index noster habet, non omnino conveniunt cum rubricis, quas Haloandrina vel Scrimgeriana Novellarum editio exhibet, vel quas Athanasius in Epitome Novellarum ab *Heimbachio* nuper edita singulis Novellis praeposuit. Scilicet Theodorus, qui hoc agebat, ut Novellas *κατ' ἐπιτομὴν* redderet, etiam rubricas earum, quas invenerat, in breve contraxisse videtur.

Index vero noster rubricas epitomatas CLXVIII Novellarum continens mirum quantum convenit cum Indice Reginae, i. e. Indice Novellarum, quem olim *Cuiacius* e Codice Reginae Catharinae latine versum, nuperrime autem *Heimbachius* (*Ἀνέκδ.* To. II) ex eodem Codice (qui hodie est Paris. gr. 1349) graece edidit. Unde mihi suspicio est, auctorem huius Indicis, quum notare vellet, quo quaeque Novella loco et an omnino in Basilicis collocata esset, non ipsam CLXVIII Novellarum collationem sed potius Theodori Breviarium ad collationem instituendam adhibuisse.

§. XXIX. *Titulus Breviarii.*

Indicem in Codice maximae Laurae excipit titulus operis. Dicitur esse: *Σύντομος τῶν νεαρῶν διατάξεων σὺν παραπομπαῖς τῆς κειμένης ὁμοίως διαιρέσεως πῆ μὲν ἐν τῷ κώδικι πῆ δὲ ἐν αὐταῖς ταῖς νεαραῖς θεοδώρου σχολαστικοῦ θηβαίου ἑρμοπολίτου.*

Σύντομος est „Breviator“ sive „Breviarium.“ Caveas, ne cum *Heimbachio* [1]) credas, *σύντομον* esse feminini generis verbum. Est enim *ὁ σύντομος, τοῦ συντόμου κ. τ. λ.* Sic in Cod. Bodlei. 3399 fol. 130 loco alicui ex alio quodam Novellarum Breviario inscribitur: *ἐκ τοῦ συντόμου κεφ. ι'.* Caeterum ad hunc titulum alludit epitheton illud *φιλοσύντομος*, quod Theodoro tribuit *ὁ Νομοφύλαξ*, Basilicorum scholiastes; [2]) eodem pertinet, quod in tractatu de peculiis (*Heimbach Ἀνέκδ.* II p. 253) legitur: *ταύτην δὲ τὴν νεαρὰν συντέμνων ὁ Θεόδωρός φησιν.*

Σύντομος τῶν νεαρῶν διατάξεων dicitur, non *σύντομος νεαρῶν διατάξεων* sine articulo, nec *σύντομος τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν διατάξεων.* Quorum illud (— quod articulo *definito* scribatur: *τῶν νεαρῶν* —) manifesto indicio est, Theodorum *vulgatam* aliquam illis temporibus Novellarum collectionem pro fundamento habuisse non autem ipsum has Novellas in hunc ordinem collegisse; [3]) hoc autem (— quod Novellae *simpliciter* vocentur *νεαραὶ διατάξεις* —) non obscure significat, Theodorum antiquioribus illis ICtis, qui fere semper de *μετὰ τὸν κώδικα νεαραῖς* loquuntur, esse iuniorem. [4])

Singularum Novellarum epitomis titulus additas esse praedicat *παραπομπὰς τῆς κειμένης ὁμοίως διαιρέσεως πῆ μὲν ἐν τῷ κώδικι πῆ δὲ ἐν αὐταῖς ταῖς νεαραῖς*, i. e. additas esse remissiones ad locos similes in Codice Iustiniani vel in ipsis Novellis extantes. *Παραπομπὰς* enim Graeci illas potissimum locorum similium adnotationes vocant, quae sic incipiunt: *ἀνάγνωθι κ. τ. λ.* Si tamen quaeras, cur Theodorus ad Codicem tantum vel similes Novellas lectores suos ablegaverit, non autem ad Institutiones vel certe ad Digesta, ego ad hanc quaestionem ita respondendum esse crediderim. Ab antiquis inde temporibus moris fuerat, *iura* et *leges* sibi invicem opponere: quem morem Iustiniani adhuc aetate obtinuisse demonstrant tum alii loci tum Sanctio Pragm. Pro petitione Vigilii c. 11. Et forenses quidem illorum temporum ICti leges magis quam iura tractasse videntur; nam a Diocletiano inde iuris auctores et imperatores magis constitutionibus colligendis quam veteri iuri enucleando operam dederunt, et in Occidente saltem per quinque post Iustinianum saecula maiorem Codicis et Novellarum, quam Digestorum, in foris tam ecclesiasticis quam saecularibus usum fuisse constat. Theodorus itaque, tum ut forensibus potissimum utilitatibus prospiceret, tum ut leges a iuribus separaret, Codicis tantum in Breviario suo rationem habuisse videtur, Digestorum autem non item.

---

1) *Kritische Jahrbücher für deutsche Rechtsw.* III, 2 p. 975 lin. 16: „*Die σύντομος.*“
2) Basil. Heimbach. II p. 424.
3) *Wiener Jahrbücher der Literatur* LXXXVI p. 218.
4) *Αἱ ῥοπαί* p. 75.

Denique titulus operis supra allatus Theodorum Scholasticum, Thebanum Hermopolitanum, auctorem operis esse praedicat. Eundem auctorem et alia testimonia agnoscunt, quorum alia simpliciter Theodorum, alia Hermopolitanum, alia Theodorum Hermopolitanum, nulla tamen Theodorum *Scholasticum Thebanum* Hermopolitanum auctorem laudant. In Basilicis tantum non semper ad textum Novellarum loci convenientes ex Breviario nostro ita inter scholia, quae vocant, sunt relata, ut Theodori nomen praefixum sit; et qui vere sunt Basilicorum scholiastae, nonnunquam Theodorum auctorem vel laudant vel vituperant. Sic ille, qui Nomophylax fuit, ad eiusmodi locum ex Breviario nostro desumtum notat: *οὐ δεῖ προσέχειν ἐνταῦθα τῷ ἑρμοπολίτῃ θεοδώρῳ κ. τ. λ.*[5]) Idem tamen alio loco[6]) conciliatur *τῷ ἑρμοπολίτῃ θεοδώρῳ*. Atque etiam D. Constantinus Nicaenus Theodorum auctorem eiusmodi fragmenti agnoscit.[7]) — Praeterea anonymus scriptor ad Photii Nomocanonem, de quo videatur *Heimbach* *'Ανεκδ.* To. I p. LXXVI et 217, locum ex Breviario nostro affert his verbis: *κεῖται δὲ ἐν τῷ ἑρμοπολίτῃ οὕτως κ. τ. λ.* Deinde loci nonnulli ex eodem Breviario laudantur et Theodoro tribuuntur in anonymi scriptoris de peculiis tractatu apud *Heimbach* *'Ανεκδ.* To. II p. 252. 253. Porro in ea *τῶν ῥοπῶν* recensione quae saec. XI ad Basilica refecta est,[8]) cap. de C annis[9]) hoc, de quo agimus, Breviarium sic laudatur: *φησὶ δὲ ὁ θεόδωρος ἐν τῇ ρια' νεαρᾷ κ. τ. λ.* Denique in Ecloga lib. I—X Basilicorum[10]) aliquoties fragmenta Breviarii nostri occurrunt, quae *ἑρμηνεῖαι* Theodori Hermopolitani esse dicuntur.

§. XXX. *Forma operis.*

Post titulum, quem paragrapho praecedente exhibui, in Codice maximae Laurae statim sine aliqua praefatione inchoatur ipsum Theodori Breviarium, cuius, ut ita dicam, oeconomia sic describi posse videtur.

Omnium, quas CLXVIII Novellarum collectio continet, Novellarum deinceps exhibet epitomas. Cuique epitomae inscribitur *numerus*, quem Novella in illa collectione habet: ut puta *Νεαρὰ πρώτη*, *Νεαρὰ β'* etc. Numerum comitatur *rubrica* Novellae. Rubricae autem non sunt eaedem, quae in collectione CLXVIII Novellarum habentur, sed breviores et contractiores, quas ab ipso Theodoro quippe *φιλοσυντόμῳ* confictas esse supra comprobare studui.

Inscriptiones Novellarum, (i. e. Imperatoris nomen et eius, ad quem Novella data est,) quas Athanasius in Epitome Novellarum diligenter adnotavit, Theodorus omisisse videtur. Sunt quidem loci,[1]) in quibus vestigia talium inscriptionum latere videri posset; neque tamen ideo Theodorum quidem eiusmodi inscriptiones exhibuisse, eas autem a librario Codicis maximae Laurae omissas esse, probabile reddi videtur.

Itaque omissa inscriptione in Breviario nostro rubricae statim subiiciuntur *verba initialia* Novellae. Nimirum Graeci antiquioribus certe temporibus constitutiones ita allegabant, ut non solum locum, ubi quaerendae essent, numeris indicarent, sed etiam, quum vitia in eiusmodi numeros irrepere facile possent, verba initialia earum adiicerent; puta sic: *βι. α' τί. γ' διάτ. ιε', ἧς ἡ ἀρχὴ conventicula.*[2]) In Novellis autem constitutionibus allegandis, utpote quae in variis collectionibus vario ordine digestae circumferrentur, vel magis hoc obtinebat, ut non tantum numeris, sed etiam rubricis et verbis initialibus designarentur. Ita Basil. Fabroti VII p. 683 sq. schol. h. „*ἀνάγνωθι.... νεαρὰν να' περὶ τῶν ἐπὶ σκηνῆς ἐκφωνηθεῖσαν μηνὶ σεπτεμβρίῳ μετὰ τὴν ὑπάθειαν* (l. *ὑπατείαν*) *βελισαρίου, οὗ* (l. *ἧς*) *προοίμιον τοῦτο· ἴσμεν πρῶτον πεποιηκέναι νόμον.* — Theododorus igitur huic consuetudini obtemperaturus etiam verba initialia cuiusque Novellae rubricae subiecit.

5) Basil. Heimb. II p. 424.

6) Basil. Fabrot. III p. 361.

7) Basil. Fabrot. III p. 372.

8) Vide τας ῥοπάς, editionis meae p. 93 sqq.

9) *Αἱ ῥοπαί.* p. 240 not. 82.

10) Historiae iuris GR delin. p. 73. — Vide etiam *Heimbach in krit. Jahrbb. f. deutsche RW.* III, 2 p. 976 sq.

1) Cf Nov. XXXII not. 1. Nov. CLXIV sqq.

2) *Voëlli* et *Iustelli* Bibl. Iuris can. II p. 1242 sqq.

Verum enimvero notandum est, in Codice maximae Laurae neque semper initialia verba expressa esse, atque etiam in iis Novellis, quas latine editas esse constat, graeca exhiberi.[3]) Quorum illud negligentiae, hoc autem studio consiliove librarii tribuendum esse videtur. Nam quod testantur nonnullae eius epitomae ab Haloandro ex Novellarum Codice Bononiensi editae, Theodorus Novellarum latine editarum, quas tractaret, initialia verba latine exhibuit, eaque recentiori demum aetate a librario aliquo in graecum sermonem conversa esse, demonstrant errores et ineptiae ab illo in vertendo commissae. Vide, quae de his rebus infra notaverim ad Nov. IX XI. XXIII. XXXIII sqq. LXII. LXV. LXXV. CIV. CXXXVIII. CXLIII.

Post verba initialia Novellae illico inchoatur eiusdem Novellae *epitome*. Theodori enim commentarius, quod propter *Bieneri* §. XXVI laudati coniecturam notemus necesse est, nec earum Novellarum, quae latine, neque earum, quae graece editae essent, contextum continet, sed utrarumque epitomas tantum, quae omnes eiusdem omnino indolis sunt. Epitomae plerumque in *θέματα* dividuntur, quae tamen numeris in Codice maximae Laurae a se invicem non sunt distincta. Nec Theodorus ea numeris insignivisse videtur, quoniam in locis similibus laudandis non capitis sive *θέματος* numerum sed Novellae tantum allegat.

Epitomen cuiusque Novellae claudit *subscriptio*, i. e. temporis, quo edita fuit, adnotatio. Subscriptiones Codex maximae Laurae omnes graece exhibet, et passim vitiosas. Sed quaeri potest, anne Theodorus, qui etiam verba initialia latina dederit, latine illas exhibuerit, easque librarius aliquis graece verterit. Ita enim Athanasius quoque in Epitome Novellarum latinas subscriptiones, quas ad Heraclii usque tempora Novellis imperatorum subiicere erat solenne, religiose reddidisse videtur, quas deinde librarii graece verterunt et multis in locis corruperunt;[4]) idemque etiam in Collectione XXV capitulorum accidisse observavit *Heimbachius 'Ανεκδ.* To. II p. XXXIX. Ego tamen in hanc potius inclino sententiam, subscriptiones illas graecas ipsi Theodoro deberi. Theodorus enim studio *τοῦ ἐξελληνίζειν* conspicuus est, et per totum Codicem nostrum ne minimum quidem latinarum subscriptionum apparet vestigium. Sed licet subscriptiones a Theodoro graece versas esse existimem, non tamen eundem etiam vitiorum, quibus illae in Codice maximae Laurae deformatae sunt, auctorem esse dixerim, sed haec potius librariorum vel inscitia vel incuria irrepsisse crediderim.

Caeterum *Heimbachius*[5]) de subscriptionibus Novellarum in Breviario Theodori sic iudicavit: „...*dass solche Subscriptionen von Theodorus sehr willkührlich behandelt worden sind. Man lese nur die Unterschrift der Nov. 148. Auch die Nov. 140 hat bei Theodorus eine Unterschrift mit einem späteren Zusatze. Denn in ἐξεφωνήθη ἐπὶ τοῦ πρώτου ἔτους Ἰουστινιανοῦ τοῦ εὐσεβεστάτου sind die Worte τοῦ εὐσεβεστάτου offenbar späterer Zusatz. (?) Auch spricht für die Willkür des Theodorus das überall wiederkehrende ἐξεφωνήθη, während in den ächten Novellensubscriptionen der Ausdruck δατ. gebraucht ist.*“ Quod *Heimbachii* iudicium iusto acrius esse putaverim. Si qua enim in subscriptionibus omissa vel addita vel depravata sunt, eorum nomine non statim Theodorum, sed prius librarios in ius vocare oportet.

§. XXXI. *Indoles epitomarum, quas Theodorus de singulis Novellis fecit.*

Epitomandi ratio, qua Theodorus usus est, breviter sic describi potest. Sanctiones, quas uno quasi et cohaerente tractatu quaelibet Novella complectitur, in minutas partes dissecuit et distinxit. Hinc regulas quasi et specialia praecepta, usus plerumque imperativo dicendi genere, confecit. Brevia autem illa praecepta singulis deinceps *θέμασιν* vel capitibus proposuit. Et hactenus quidem Theodori epitomae similes sunt iis, quas Iulianus Antecessor et Athanasius Scholasticus confecerunt, nisi quod breviores sint Iulianeis, clariores autem, si quid video, Athanasianis.

3) Cf. *Wiener Jahrb. LXXXVII S.* 103, quem locum nunc corrigas velim.

4) *Wiener Jahrbücher LXXXVI* p. 224. — *Heimbach 'Ανεκδ.* II p. 203.

5) *Jahrbücher f. deutsche Rechtsw.* III, 3 p. 963 sq.

Iam vero Theodorus prae aliis Novellarum epitomatoribus hoc peculiare habet, quod cuivis capiti *παραπομπάς*, i. e. locorum similium indicationes adaptavit. Allegavit autem nonnisi Codicis locos vel Novellas, et nusquam ad Institutiones vel Digesta respicit (§. XXIX). Sunt quidem loci ex Breviario, nostro inter Basilicorum scholia relati (veluti Basil. ed *Fabrot.* V p. 497), in quibus et Digesta et Institutiones, imo ipsa Basilica laudentur. Verum comparatione cum genuino Breviario instituta mox intelligitur, has allegationes ab aliena manu adiectas esse; id quod observante *Reitzio* ad Theophil. p. 1232 et *Heimbachio* *Ἀνεκδοτ*. To. I p. 209 in Basilicorum scholiis haud ita raro factum est.

Παραπομπαί illae plerumque ita sunt conceptae, ut Codex quidem allegetur his verbis: *ἀνάγνωθι ὁμοίως τὴν...διάταξιν*, vel *μὴ λάθῃ σὲ ἡ...διάταξις*, vel *μὴ ἐναντιωθῇ σοι ἡ...διάταξις* etc., Novellae autem his verbis: *ὁμοίως φησὶν ἡ νεαρά*, vel (ubi Novella inferius collocata laudatur) *ἀνάγνωθι τὴν...νεαρὰν ὁμοίως*, vel (ubi antecedens Novella laudatur) *μέμνησο τῆς...ὁμοίως νεαρᾶς*, et quae sunt eius generis reliqua. Quo genere allegandi Theodorus ita est conspicuus, ut vel hoc solo ab aliis scriptoribus facile possit distingui.

Praeter *παραπομπάς* illas an etiam *παράτιτλα* et *παραγραφάς* epitomis suis Theodorus adiecerit, quaestionis est. *Bienerus* quidem §. XXVI laudatus, qui totum Breviarium Theodori huiusmodi adnotationibus constitisse arbitratus est, testimonio Codicis maximae Laurae refutatur. Nunc illud tantum ambigitur, utrum *παράτιτλα* nonnulla vel *παραγραφαί* hic illic Breviario nostro *ἔξωθεν* i. e. in margine accesserint, nec ne. Nam licet in Codice maximae Laurae *παραγραφαί* deficiant, tamen sunt, quae suadere videantur, ut illas a Theodoro adscriptas fuisse et in aliis Codicibus extitisse statuamus; veluti id, quod Nov. XXXVIII not. 2 et Nov. CXL not. 1 dixi, nec non hoc, quod in Codice maximae Laurae post subscriptionem Novellae passim[1]) aliqua subiiciuntur, quae forte antiquitus in margine adscripta fuerant. Magis tamen in hanc sententiam inclino, ut *παραγραφάς* Breviario nostro omnino non adiectas fuisse credam. Et quidem movet me inprimis auctoritas Codicis maximae Laurae, in quo, quae supra indicavi, *παραγραφῶν* vestigia aut omnino ad hoc adnotationum genus non pertinent aut a recentioribus forsitan interpolata sunt; movet me etiam haec *κατ' ἐπιτομήν* scribendi ratio a Theodoro usurpata, in qua *παράτιτλα* et *παραγραφάς* cum ipso contextu coniunctas esse apparet.

§. XXXII. *De fontibus et libris, ex quibus Theodorus Breviarium Novellarum confecit.*

De natura atque indole Breviarii nostri iam satis exposuisse mihi videor. Hoc unum restat, ut examinemus, quibus ex fontibus hunc librum Theodorus elaboraverit et num qua alia insuper subsidia adhibuerit.

Ac primum quidem illud iam supra §. XXVIII et XXX observavimus, Theodori Breviarium pro fundamento habere collectionem CLXVIII Novellarum, de qua elegantissime et doctissime egit *Bienerus.*[1]) Nuper autem extitit *Heimbachius* iunior, qui in *Ἀνεκδ.* To. I p. 209 hanc ipsam collectionem a Theodoro nostro confectam et ad certum ordinem redactam, deinde vero ab eodem Theodoro in Breviarium contractam esse coniiceret. Hanc ego coniecturam tum olim in censura operis Heimbachiani[2]) improbandam esse putavi atque etiam nunc omnino reiiciendam esse censeo. Ea quidem collectionis CLXVIII Novellarum forma, quam nobis servarunt Codex Venetus et Florentinus atque ediderunt Haloander et Scrimgerus, Theodoro recentior est, quippe in qua, quod infra demonstrabimus, nonnulla ex Theodori Breviario recepta sint; de hac igitur sermo esse non potest. Quaeritur tantum de ea illius collectionis forma, ex qua haec recentior nata est, quamque editores Corporis iuris civilis post *Haloandrum* restituere sunt conati. Haec igitur Theodoro quidem pro fonte fuit, ex quo Breviarium suum conficeret, non autem ipsa ab illo collecta est. Etenim, quod iam Bienerus extra omnem dubitationem posuit et facili negotio ex

1) E. g. conferas Nov. XXII.

1) *Geschichte der Novellen.* p. 85 sqq.
2) *Wiener Jahrbücher.* LXXXVII S. 101 f.

tota eius conformatione colligitur, non fuit illa certo tempore ab uno homine collecta et digesta, sed sensim sensimque in hunc ordinem et in hunc numerum crevit, ita ut initia eius in scriptis ICtorum deprehendantur, qui Theodoro antiquiores sint. Denique hoc ipsum per se non est probabile, Theodorum primo hanc collectionem et tum demum ex ea Breviarium confecisse, et obstat etiam, quominus hoc credamus, titulus Breviarii, — „*Σύντομος τῶν νεαρῶν διατάξεων*," — qui aperte significat, Theodoro vulgatam aliquam et usitatam Novellarum collectionem ob oculos fuisse.

Quod ad secundam quaestionem attinet, an Theodorus praeterea aliis quibusdam subsidiis, puta commentariis antiquiorum ICtorum ad Novellas, usus sit, de ea incertum iudicium est. Est quidem aliqua passim cognatio inter Athanasii Epitomen Novellarum et Theodori Breviarium. Ita Nov. XV c. 19 cum conveniente loco Epitomae Athanasianae [3]) omnino conspirat; ita etiam causae exheredationis (Nov. CXV) et causae divertendi (Nov. CXVII) apud Theodorum paene iisdem verbis referuntur, atque apud Athanasium id factum esse videmus. Neque tamen ideo aut Theodorum plagii reum fecerim, aut Athanasii Epitomen ei saltem ob oculos fuisse crediderim. Aliorum autem antiquiorum ICtorum commentarios, si qui ad Novellas scripti Theodori aetate extiterunt, an consuluerit, hoc, quum commentarii illi deperditi sint, ad diiudicandum plus quam difficile est.

Et haec quidem de Breviario Novellarum, quod Theodorum Scholasticum, Thebanum Hermopolitanum, auctorem habet, satis dicta sunto. Iam enim indolem operis, quod edo, abunde illustrasse, et viam aperuisse mihi videor ad ea, quae in sequentibus capitibus tractare et examinare necesse habeo.

Caput secundum.

De Breviario Codicis, quod Theodorum Scholasticum Hermopolitanum auctorem habet.

---

§. XXXIII. *Theodorus ad Codicem commentatus est.*

Theodorum Scholasticum, Thebanum Hermopolitanum, qui Breviarium Novellarum confecerit, eundem etiam ad Codicem scripsisse, vel ex hoc colligere possumus, quod in Breviario illo Codicis mentionem nonnunquam [1]) his verbis fecerit: *ἔγνως ἐν τῷ κώδικι, μέμνησο τοῦ κώδικος.* Atque hoc etiam aliis testimoniis luculentissime comprobatur. Primum enim in Basilicorum scholiis, quae vocantur, sexcenties argumenta brevia in Codicem proferuntur, quae Theodoro vel Theodoro Hermopolitano tribuuntur: idemque Theodorus in scholio ad Basil. XXII, 1, 38 (ed. *Heimbach* to. II p. 486) *ὁ διατάξεων ἐξηγητής* appellatur. Porro in Codice Bodlei. 173 [2]) et Laurent. LVI. 13 habetur locus exceptus *ἐκ τοῦ γ' βι. τοῦ κώδ. θεοδώρου σχολαστικοῦ τί. ϛ' διατ. α'*, qui locus etiam in Codicibus Epanagoges cum scholiis [3]) tit. II ad marginem adscribi solet. Atque in eadem Epanagoge cum scholiis tit. XXXVIII cap. 19 ad marginem adscribitur scholium, [4]) ubi *τὸ κείμενον* (sc. Codicis locus in textu collocatus) *τοῦ συντομέως* (al: *τοῦ συντόμου κώδικος*) *θεοδώρου* esse dicitur. Deinde in illa *τῶν ῥοπῶν* recensione, quae saec. XI confecta est, [5]) Theodori Hermopolitani interpretatio const. 14 Cod. XI, 62 laudatur. Tum etiam in Ecloga

---

3) Vide *Heimbach* *Ἀνέκδ.* To. I p. 67.

1) Veluti Nov. XC c. 12. 15.

2) Cf. *Ὁ πρόχειρος νόμος* p. 283.

3) Cf. idem liber p. XCVII sqq.

4) Cf. idem liber p. 168 not. 16.

5) *Αἱ ῥοπαί.* p. 235 not. 51.

lib. I—X Basilicorum inter παρεκβολάς ex scholiis Basilicorum nonnullae epitomae constitutionum Codicis habentur, quae ἑρμηνεῖαι τοῦ ἑρμοπολίτου Θεοδώρου esse dicuntur.[6]) Denique Matthaeus monachus ὁ Βλαστάρης, in protheoria ad Syntagma canonum alphabeticum, Θεόδωρον ἑρμουπολίτην συντετμημένως τοὺς κώδικας edidisse narrat.

His enim locis omnibus non alium quendam Theodorum Hermopolitanum, nec alium Codicis commentarium, quam qui a nostro Theodoro in Breviario Novellarum laudetur, subintelligendum esse, vix erit, qui dubitaverit. Nam mirum sane atque inauditum foret, si non hic Theodorus Scholasticus Thebanus Hermopolitanus, qui ad Codicem scripsit, et ille, qui modo Theodorus simpliciter, modo Theodorus Scholasticus, modo Theodorus Hermopolitanus vocatur, et ad Codicem commentatus esse dicitur, unus idemque vir esset; mirum, dico, atque inauditum hoc foret, quum nulla prorsus causa appareat, cur illos pro diversis eiusdem nominis ICtis habeamus. Accedit, quod huius Theodori ἑρμηνεῖαι et argumenta ad Codicem in locis supra indicatis allata tota disputandi dicendique ratione cum Breviario Novellarum ita conveniant, ut eundem tam illorum quam huius auctorem esse dubitari amplius non possit.

§. XXXIV. *Fragmenta e Codice Theodori quamplurima supersunt.*

Genuinus quidem Theodori Codex deperiit; verum, quod superiori paragrapho observavi, plurima eius fragmenta nobis servata sunt, quibus collectis ipsum Theodori opus in integrum restitui, aut certe indoles eius et natura optime illustrari potest. Quam ad rem inprimis necessarium est, ut libros cognoscamus, in quibus fragmenta e Theodori Codice reperiuntur, et rationem perspiciamus, qua investigari illa atque componi debeant.

Iam vero librorum quibus fragmenta e Codice Theodori continentur,[1]) classes sunt duae; altera, quae complectitur libros vel Codices, in quibus unum et item alterum locum ex Theodori Codice deprehendas, ab auctore librariove sive fortuito sive occasione data insertum; altera, quae complectitur libros, in quos fragmenta ex integro Theodori opere deinceps excepta consulto dataque opera relata sunt.

Ad *primam* classem pertinent: Codices Bodlei. 173[2]) et 3399,[3]) Paris. gr. 1367,[4]) Laurent. LVI, 13;[5]) Epanagoge cum scholiis;[6]) tractatus de creditis;[7]) recentior illa τῶν ῥοπῶν recensio, saec. XI exeunte confecta;[8]) Michaelis Attalensis πόνημα νομικόν.[9]) Novella Alexii Comneni de sacramentis minorum.[10])

Ad *secundam* classem pertinent primum *Prochiron* et *Epanagoge*, compendia legum a Basilio Macedone edita, nec non *Basilica Leonis*, in quae non solum e Breviario Novellarum, sed etiam ex Codice Theodori loci nonnulli recepti sunt.

Ad eandem classem referenda sunt *scholia Basilicorum*, quae vocantur. Nimirum ubicunque in textu Basilicorum constitutiones Codicis habentur, ibi inter scholia regulariter convenientes loci ex Codice Theodori ad marginem adscripti sunt. Hinc etiam habent nonnulla Codices illi *Synopseos*,[11]) in quibus scholia ex Basilicorum scholiis excepta ad marginem adscripta sunt, atque *Ecloga lib. I—X Basilicorum*,[12]) in quam παρεκβολαί ex eiusmodi scholiis Basilicorum relata sunt. Qui quidem libri ad instaurandum Theodori Codicem tum potissimum usui esse possunt, sicubi genuina Basilicorum scholia vel omnino deficiunt vel certe non integra extant.

Denique huic classi connumeranda est Σύνοψις ἐκλογῆς ἐκ τῶν κωδίκων Θεοδώρου Ἑρμοπολίτου, de qua infra capite tertio dicendi locus erit.

---

6) Historiae iuris GR. delin. p. 73. — *Biener, Revision des justin. Codex.* p. 43. *Αἱ ῥοπαί.* p. 62 sq.

1) Hos tantum laudo, in quos *immediate*, ut ita dicam, ab auctore fragmenta Theodori relata sunt i. e. ex ipso Theodori Codice, non ex aliis libris fragmenta eiusmodi continentibus. Cf. *Wiener Jahrbb.* LXXXVI S. 74 ff.

2) Cf. Ὁ πρόχειρος νόμος p. 283 et supra §. XXXIII.

3) Cf. idem liber p. 320.

4) Cf. idem liber p. CXCV et αἱ ῥοπαί p. 22 sqq.

5) Vide supra §. XXXIII.

6) Cf. Ὁ πρόχειρος νόμος p. XCVII sqq. et supra §. XXXIII.

8) *Αἱ ῥοπαί* p. 93. p. 132 not. 96. p. 235 not. 51.

7) Cf. Hist. iuris GR. delineatio. p. 81. *Heidelb. Jahrbb.* 1841. S. 540 ff.

9) *Leunclav.* IGR. to. II p. 4.

10) Delineatio p. 128.

11) *Αἱ ῥοπαί* 37. Delineatio p. 65.

12) Delineatio p. 78.

Fragmenta ex Codice Theodori in fontibus modo laudatis obvia indagare atque colligere, taediosa quidem sed non difficilis opera est. Pleraque enim Theodori nomine insignita sunt; alia autem, si dicendi genus et peculiaris praesertim locorum similium allegandorum ratio (§. XXXI) spectetur, Theodorum ita sapiunt, ut dubitari non possit, quin ex eius Codice desumta sint. Sed fragmenta illa in pristinum ordinem digerere, atque ab interpolationibus et additionibus, quibus turpiter deformata sunt, purgare, hoc quidem magis subtile et spinosum est: atque is demum de his rebus recte iudicare potest, qui et in universum eiusmodi studiis operam suam navavit et haec fragmenta iterum iterumque perlegens quasi quandam familiaritatem contraxit cum genere dicendi et disputandi, quod Theodorus noster usurpat.

§. XXXV. *Aliorum de Codice Theodori iudicia.*

Utut est, ego taediosum hoc et lubricum negotium, restituendi Codicem Theodori, in memet suscepi, et peracto iam labore hoc certe mihi videor assequutus esse, ut de indole atque natura illius operis accuratius, quam antiquiores auctores, exponere, et, quae expositurus sim, exemplis illustrare possim.

Antiquiores quidem auctores, *Cuiacium* et *Augustinum* sequuti, Theodorum brevia in Codicem argumenta scripsisse sive Codicem *συντετμημένως* vertisse narrant; qui autem data opera in indolem eius versionis inquireret, nemo fuit. Meliora demum habet *Bienerus*, qui in libro: *Geschichte der Novellen Justinian's* p. 66, Theodorus, inquit, „*hat geschrieben über den Codex und diese Bearbeitung ist sehr in Ansehn gekommen. In den alten Basilikenscholien des achten Buches bei Meerman ist er.. regelmässig bei den Stellen des Codex benutzt, und auch die Fabrotischen Scholien liefern viel aus demselben. Desgleichen wird er als Erklärer des Codex in den Basilikenscholien angeführt, und von Blastares, welcher seine Behandlung als etwas abgekürzt schildert. Dieser Schilderung entsprechen auch die vorhandenen Stellen: er giebt einen kurzen Auszug der Constitutionen, dem er Nebenbemerkungen und Citate beifügt.*“ His, quae *Bienerus* de Codice Theodori habet, quatenus ego assentiar, quatenus non, optime docebunt ea, quae facta illius operis restitutione de indole eius in sequentibus expositurus sum.

§. XXXVI. *Natura atque indoles Breviarii Codicis a Theodori confecti. A. Summaria tantum, non κατὰ πόδας versionem neque παραγραφάς continebat.*

Opus Theodori, de quo agimus, erat *Breviarium* Codicis, simillimum Breviario illi Novellarum, quod capite primo descripsimus, et constabat epitomis sive summariis constitutionum Codicis cum *παραπομπαῖς*.

Quod igitur *Heimbachius* nuper voluit,[1]) Thalelaeum Codici suo etiam textum latinum apposuisse, et illud, quod certius constat,[2]) eundem Thalelaeum constitutionum latinarum versionem *κατὰ πόδα* confecisse et *παραγραφαῖς* illustrasse, neque hoc neque illud in Theodori Codicem cadit. Reperiuntur quidem in nostris Basilicorum editionibus scholia nonnulla,[3]) quibus versio *κατὰ πόδας* Theodoro tribui videatur, quippe in quibus summis Theodori nomine insignitis non interrupto lineae tenore adiiciatur statim *τὸ κατὰ πόδας τῆς διατάξεως* cum *παραγραφαῖς*, quasi haec ab eodem auctore profecta sint, puta sic[4]):

Θεοδώρου. Ὁ τοῦ βασιλέως προκουράτωρ δικάζει τῷ Φαβίῳ μὴ ὄντος ἄρχοντος. μέμνησο ὧν εἰπόν σοι ἐν τῷ γ' βι. τί. κα' διατ. β'. τὸ κατὰ πόδας. οὐκ ἰσχύει ἡ τοῦ προκουράτορος ἀπόφασις, ἐὰν τάξιν ἄρχοντος μὴ ἀσφαλίσηται, ὅστις τῷ νόμῳ τῷ Φαβίῳ χώραν εἶναι ἀπεφήνατο ὁπότε ἐκεί-

1) *Krit. Jahrbücher f. deutsche RW.* III, 2 p. 970. — Caeterum locus, ad quem provocat, et lectionis dubiae (ἐν οἷς) est et de *παραγραφαῖς* ad verba textus latina commode potest intelligi.

2) Cf. Delineatio mea p. 28 ibique citati.

3) Basil. ed *Heimbach*. to. I p. 696. 700. 704. 723. 790. passim.

4) Basil. *Fabrot*. VII, 789 schol. s.

νου τοῦ νομου κρισις εἰς τὴν τοῦ αρχοντος της ἐπαρχίας ανήκει γνῶσιν. πραισιδις. αρα ουν οὐδὲ ταύτην τὴν ἐξέτασιν δύναται ὁ ἄρχων τοποτηρηταῖς ἐντέλλεσθαι; ἐπειδὴ εἴρηται, ὅτι ὅσα ἰδικῶς παρα νόμου διδονται τῷ ἄρχοντι, ταῦτα οὐ δύνανταί τινι ἐντέλλεσθαι.

Verum enimvero hoc similibusve locis Theodori nomen non est trahendum ad *τὸ κατα πόδας*. Hoc enim Thalelaei est, cuius nomen ideo non est adiectum, quod versionem Codicis *κατὰ πόδας* a nemine praeter Thalelaeum confectam esse inter omnes constaret. Quod autem summario Theodori non interrupto lineae tenore coniungitur Thalelaei versio *κατὰ πόδας*, hoc nihil ambigui in se habet. Etenim in Codicibus MSS Basilicorum scholia fere semper continuis lineis in margine perscripta et puncto dumtaxat maiori a se invicem distincta sunt; ut a singulis scholiis novae lineae inchoarentur, hoc demum editoribus Basilicorum placuit, quibus adeo vitio verti debet, quod locis laudatis similibusve a verbis *τὸ κατὰ πόδας* novae lineae non fecerint initium. Quae vituperatio vel magis in eiusmodi locos cadit, ubi aperte ex Thalelaei Codice excepta sunt, quae cum Theodori summa coniunguntur, veluti in hunc locum, qui legitur apud Fabrotum VII p. 697 schol. s: *Θεοδώρου. Ἔξεστι παντὶ ἀνθρώπῳ ἀποκτεῖναι τοὺς λῃστάς. ἔγνως δὲ βι. γ' τί. κζ' διατ. α' ὅτι καὶ τὸν νυκτερινὸν κλέπτην ἕκαστος δύναται φονεῦσαι. εἰς τὸ κατὰ πόδας πρόσκειται, ὅστις ἐπενεκτέας σφαγῆς βουλήσει προέλαβεν. καὶ φησὶν ὁ Θαλέλαιος κ. τ. λ.*

§. XXXVII. *B. Titulus operis.*

Quem titulum Theodori Breviarium Codicis habuerit, non satis in aprico est.

Vindobonae quidem in bibliotheca Caesarea extat synopsis erotematica e Codice Theodori (§. XXXIV), cui inscribitur: *Σύνοψις ἐκλογῆς ἐκ τῶν κωδίκων Θεοδώρου Ἑρμοπολίτου.* Unde quis coniiciat, titulum Breviarii nostri hunc fuisse „*Ἐκλογὴ ἐκ τῶν κωδίκων*“, quasi fuerit **E c l o g a** sive **d e l e c t u s e c o m m e n t a r i i s v a r i o r u m a d C o d i c e m.** Verum eiusmodi designatio in Theodori Breviarium omnino non quadrat. Is, si vel adhibuit aliorum commentarios,[1]) Thalelaei[2]) puta vel Isidori, hos tamen non ita sequutus est vel exscripsit, ut delectum ex iis instituisse videri posset. Sed ipsum Codicis contextum, qualis a Iustiniano profectus est, ob oculos habuisse videtur; nam illis temporibus authenticos adhuc Iustiniani libros tractabant, et Theodorus errores passim commisit, quorum causa alia esse non potest, quam quod vitio lectionis latinae in Codice MSto, quo uteretur, obvio deceptus fuerit.[3]) Quae quum ita sint, titulus ille: *Ἐκλογὴ ἐκ τῶν κωδίκων* in sensu supra indicato pro genuino haberi haud potest. Equidem confictum esse crediderim a Graeculo quodam recentiori, fortasse ab ipso auctore Synopseos erotematicae, cui et titulus *Ἐκλογὴ* multum usitatus placeret, et elegantius recentiorum Graecorum more[4]) *τοὺς κώδικας*, quam *τὸν κώδικα* dici videretur.

Itaque circumspiciendum est, anne alia testimonia veriorem Breviarii nostri titulum prodant. Et passim quidem simpliciter *Κῶδιξ* appellatur.[5]) Uno autem loco, cuius tamen lectio dubia est, *σύντομος κῶδιξ* vocari videtur; quo titulo etiam laudatur Codex Stephani Antecessoris, quem Theodori nostri praeceptorem fuisse infra docebimus. Et sic probabile fit, Theodorum, qui forte ideo *συντετμημένως* Codicem vertisse dicitur, Breviario Codicis ad similitudinem Breviarii Novellarum titulum inscripsisse „*Σύντομος κῶδιξ*“ vel, quod malim, „*Σύντομος τοῦ κώδικος.*“

---

1) In Basilicorum scholiis, quae Theodori nomine insignita sunt, nonnunquam laudantur antiquiores constitutionum commentatores; de quo cf. §. L.

2) Quod dixi, Thalelaei Codicem a Theodoro fortasse adhibitum esse, id ne quis credat probari scholio Basilicorum, quod apud *Fabrotum* legitur to. VII p. 209. Ibi quidem Theodorus, quasi *μεταφράζων* Thalelaei versionem *κατὰ πόδας*, laudatur; sed laudatur a recentiori scholiasta, qui ipsum Theodori Codicem nec novit nec adhibuit, sed quum in antiquis Basilicorum scholiis iuxta versionem *κατα πόδας* tam Thalelaei *παραγραφὰς* quam Theodori summam adscriptas videret, vel hanc summam ad versionem *κατὰ πόδας* pertinere eiusque quasi *μετάφρασιν* continere temere arbitratus est.

3) Exempli gratia conferatur schol. d in Basil. *Fabroti* VI p. 558. Est Theodori summa ad const. 32 C. *de liberali causa*, quam omnino aliter legisse videtur, quam in nostris editionibus habetur.

4) Cf. *Pselli* Synopsis v. 46. *Harmenop.* Hexab. I. 2 etc.

5) Locos, qui huc pertineant, supra laudavi §. XXXIII.

§. XXXVIII. *C. Oeconomia operis.*

Theodori Breviarium Codicis in libros et titulos eodem modo divisum fuisse videtur, quo etiam Codex repetitae praelectionis divisus est. In titulis autem paulo diversa oeconomia obtinebat. Divisi erant in themata sive capita, quae non semper numero constitutionum in convenientibus titulis Codicis responderent, sed modo plura modo pauciora essent. *Aliquando enim Theodorus ex una constitutione plura themata fecit, aliquando plures constitutiones in unum thema contraxit.* Sic ex const. 4 C. de furtis (6, 2) Theodorus duo summaria fecit (Basil. *Fabrot.* VII p. 208 sq. schol. k et m); alterum ex his verbis constitutionis: „*Adversus eum duntaxat, quem servum tuum sollicitasse dicis, si eum deterioris animi fecit, servi corrupti agere potes. Quodsi sollicitatum occultaverit, etiam furti cum eodem agere potes*“, — alterum ex verbis, quae sequuntur: „*Quas actiones etiam per procuratorem exercere minime prohiberis.*“ Ex illis Theodori summarium hoc est: *Ὁ ποιήσας δοῦλον ἀλλότριον φυγεῖν τῇ σέρβι κοῤῥούπτι κατέχεται. εἰ δὲ μετὰ την φυγὴν ὑποδέξεται αὐτὸν καὶ κρύψει, τῇ φοῦρτι εὐθύνεται κ. τ. λ.* Ex his verbis Theodorus hoc summarium fecit: *Ἡ σέρβι κοῤῥούπτι καὶ ἡ φοῦρτι γυμνάζονται καὶ διὰ προκουράτωρος κ. τ. λ.* — Iam vero priori summario Theodorus insuper addidit indicem const. 6; nam post verbum *εὐθύνεται* pergit: *φησὶ δὲ ἡ ϛ′ διάτ. τοῦ παρόντος τί. ὅτι ὁ ἔχων ἀλλότριον δοῦλον τῇ φοῦρτι κατέχεται καὶ πωλήσας αὐτὸν οὐ βλάπτει τὸν δεσπότην αὐτοῦ κ. τ. λ.* Viden' igitur, quomodo Theodorus hoc loco ex una constitutione duo themata fecerit, et partem unius constitutionis atque etiam constitutionem integram in unum thema contraxerit?

Itaque non *singulas* deinceps cuiuslibet tituli constitutiones, quod *Bienerus* §. XXXV laudatus arbitratus est, *συντετμημένως* vertit; sed totius tituli, quasi is una constitutione, quamquam in plures articulos divisa, constaret, summaria confecit et in themata distinxit. Inscriptionum autem et subscriptionum, quas nec Thalelaeus *ἐν τῷ πλάτει τοῦ κώδικος* multum curasse videtur, rationem omnino non habuit, quandoquidem Iustinianus omnes Codicis constitutiones perinde valere iusserat, ac si ab ipso sub edictali progammate propositae essent.

Caeterum quod dixi, aliquando Theodorum plura themata ex una constitutione fecisse, aliquando plures constitutiones in unum thema contraxisse, hoc ad indolem Breviarii nostri penitius cognoscendam et ad restitutionem eius feliciter perficiendam vel maximi momenti est. Quod ipse in restituendo expertus sum. Primo enim, dum singulas singularum constitutionum summas deinceps in quovis titulo quaererem, Theodori Codicem sine magnis lacunis restitui posse desperaveram; posteaquam vero in observationem illam incidi, illico complures titulos ita restituere mihi contigit, ut vix verbum deficeret.

§. XXXIX. *D. Παραπομπαι summariis additae.*

Theodorus, sicuti in Breviario Novellarum (§. XXXI) ita etiam in Breviario Codicis cuivis themati sive summario *παραπομπάς* addidit, i. e. locorum similium indicationes. Atque etiam in Codicis Breviario nonnisi Codicis ipsius vel Novellarum locos, non etiam Institutiones aut Digesta allegasse videtur.[1]) Sunt quidem in Basilicis scholia nonnulla Theodoro inscripta, in quibus et Institutiones et Digesta imo ipsa Basilica laudantur: haec tamen omnia vel spuria vel interpolata esse crediderim.

Ac primum quidem quod in locis e Theodori Codice exceptis, qui inter scholia Basilicorum relati sunt, nonnunquam Basilica citantur, hoc aperte per interpolationes effectum est. Exemplo sit schol. t in Basilicis *Fabroti* to. VII p. 446 sq. „*Θεοδώρου. Ἐὰν ἁρπάσῃ βίᾳ πρᾶγμα ὁ δοῦλος, οὐ κατέχεται ὁ δεσπότης αὐτοῦ νοξαλίῳ ἀλλ' ἐκεῖνος εὐθύνεται τῷ Ἰουλίῳ δὲ βι πουβλίκα. ἔγνως γὰρ ἐν τῷ γ′ βι. τί. μα′ διατ. δ′ ἤτοι βι. ξ′ τί. ε′ διατ. ε′. ὅτι δούλου ἐγκληματικῶς ἐνεχομένου ουκ ἐνάγεται ὁ δεσπότης, δηλονότι εἰ μὴ εἰς τὸ περιστῆναι αὐτὸν μόνον, κατὰ τὴν β′ διάτ. τοῦ μη′ τί. τοῦ εἰρημένου γ′ βι. ἤτοι τί. δ′ κεφ. ιε′. σημείωσαι οὖν, ὅτι ἔγκλημα (?) εἶπεν. ως γὰρ ἐπάγει η δ′ διάτ.*[2]) *τοῦ λγ′ τί. τοῦ παρόντος θ′ βιβλίου, ἐαν ἥρπασε μὲν πρᾶγμα οἰκέτης, οὐ κατὰ βίαν δέ, κα-*

1) De causis, cur ita fecerit, superius egi §. XXIX.

2) Fabrotus: δ′ ἡ διαταξις.

τέχεται νοξαλίως ὁ δεσπότης[3]) *αὐτοῦ τῇ βι βονόρουμ. ἀνάγνωθι την η' διάτ. τοῦ παρόντος τί. λέγουσαν, ὡς δοῦλος ποιῶν βίαν, παρὰ μὲν γνώμην τοῦ ἰδίου δεσπότου, φονεύεται, κατὰ δὲ γνώμην αὐτοῦ, εἰς μέταλλον πέμπεται· καὶ ὁ δεσπότης ἀξιωματικὸς μὲν ὑπάρχων ἀτιμοῦται, εὐτελὴς δὲ ὢν τιμωρεῖται. μέμνησο τῆς ε' διατ. τοῦ μα' τί. τοῦ γ' βι. εἰπούσης, ὅτι δούλου κλέψαντος κατὰ γνώμην τοῦ ἰδίου δεσπότου, ἁρμόζει ἡ ἰν ῥὲμ καὶ ὁ κονδικτίκιος κατ' αὐτοῦ τοῦ δεσπότου. σημείωσαι ὅτι ἐπὶ τῶν ἐγκλημάτων ἐξ ὀρθῆς αὐτοὶ οἱ δοῦλοι ἐνάγονται, οὐ μὴν οἱ δεσπόται αὐτῶν νοξαλίως, εἰ μὴ τῇ ἀδ ἐξιβένδουμ, ὅταν κρύπτωσιν. ζήτει καὶ τί. ε' κεφ. μϛ' τὸ τέλος, καὶ τί. ιζ' κεφ. λδ'. σημείωσαι ὅτι ὁ δοῦλος ἔνοχος γενόμενος ἐγκλήματος αὐτὸς κατηγορεῖται, οὐ μὴν ὁ δεσπότης αὐτοῦ· αὐτὸς γὰρ τῇ νοξαλίᾳ ἐνάγεται, ὅταν εἰς χρήματα τὴν καταδίκην ἔχῃ τὸ τοῦ δούλου ἁμάρτημα.*" Nimirum in hoc scholio verba illa, quae maioribus spatiis interpositis a reliquo textu distinximus, sine dubio pro interpolationibus et additionibus post Basilicorum confectionem adiectis habenda sunt. Nam textibus ex Institutionibus, Digestis aut Codice citatis recentiores scholiastae saepe locum subiunxerunt, quem postea in Basilicis accepere; cuius rei certum indicium est particula *ἤτοι* vel *ἤ*, qua Basilicorum locus subiungitur.[4])

Simile iudicium esto de schol. y in Basil. Fabroti VII p. 698, in quo haec verba: „*το πλέον ἔγνως ἐν τοῖς ἰνστιτούτοις, ὅτι καὶ ὁ ἐγγίζων*[5]) *τῇ ἥβῃ κατέχεται ὑπὸ πταίσματος. ζήτει τί. ν' κεφ. ι' καὶ ιε' κεφ. αὐτοῦ θέ. β' καὶ τί. να' κεφ. μθ'*" additionem recentioris scholiastae continent. Nam verbum „*ζήτει*" in allegandis locis similibus a Theodoro nusquam usurpatur, apud recentiores vero Basilicorum scholiastas vel maxime in usu est.

Denique Digesta laudari videntur in nonnullis Basilicorum scholiis, quae Theodori, i. e. ex Codice Theodori, esse dicantur. Eorum autem pars Theodoro perperam omnino tribuitur, veluti scholia in Basil. ex edit. *Heimbachii* To I p. 660 et 712, quae Thalelaei, et To. II p. 413, quae incerti auctoris neque tamen Theodori sunt; pars veluti scholia in Basil. ex edit. *Heimbachii* To. I p. 641. 657. 696. 701. 711 sq. 790 et ex edit. *Fabroti* To. VI p. 55 sq. constant Theodori summario et Thalelaei *παραγραφῇ*, quam si ab illo, ut par est,[6]) separaveris, non a Theodoro sed a Thalelaeo Digesta laudari videbis; pars denique scripturae vitio laborat, veluti scholium in editione *Heimbachii* To. II p. 59 (ubi pro his: *ἐν τῷ α' διγ. τοῦ κϛ' τί. τοῦ παρόντος βιβλίου* — indicatur enim lib. IV Codicis, — reponendum est: *ἐν τῇ α' διατ. τοῦ κγ' τί. κ. τ. λ.*), et ibidem p. 60. (ubi pro his: *τοῦτο γὰρ ἐποίει κδ' διγ. τοῦ παρόντος τί.* legendum est: *τοῦτο γὰρ ἐπάγει ἡ δ' διάτ. τοῦ παρόντος τίτλου*, qui est tit. 34 lib. IV Codicis), atque etiam p. 62 (ubi in his: *ἐν τῷ γ' βι. τί. λϑ' διγ. ϛ'* emendandum est *διατ. ϛ'*). Ex his igitur locis concludi nequaquam potest, Digesta a Theodoro in *παραπομπαῖς* laudata fuisse. Quatuor autem, quae supersunt, scholia, nimirum in Basil. ex edit. *Heimbachii* To. I p. 658 et To. II p. 373. 485 et 567, quae quidem et Theodori esse videntur, et in quibus, quomodo Digesta laudentur, equidem non satis explicare potui, vel ipsa pro interpolatis habenda esse crediderim, quum tot aliis locis Theodorus plane non ad Digesta respexerit.

§. XL. *E. Ἐρωταποκρίσεις Theodori Breviario Codicis adiectae.*

In Basilicorum scholiis passim cum summariis e Theodori Codice exceptis *ἐρωτήσεις* et ad eas Theodori *ἀποκρίσεις* vel *λύσεις* coniunctae reperiuntur. Pertinent huc Basil. ex edit. *Heimb.* To. II p. 570. 661 sq. 727, et ex edit. *Fabroti* To. IV p. 236. To. V p. 532 To. VI p. 56. 79 sq. 215. 218. 487. 538. To. VII p. 739 et 929. Atque in Codice Bodleiano 3399 fol. 114 similis extat *ἐρωταπόκρισις*, ut recentiorum Graecorum vocabulo utar, hoc scilicet modo:

Ἐρώτησις. Ἆρα χρὴ τοὺς κωδικέλλους σφραγίζεσθαι; Θεοδώρου. Οὐδαμῶς· ἐν ὅλῳ τῷ κώδικι εἴρηται ναὶ ἢ οὔ. πλὴν κεῖται ὅτι οὐκ ἀνάγκη αὐτοὺς σφραγίζεσθαι. ἐγὼ δὲ οἶμαι, ὅτι δεῖ τῇ

3) Fabrotus: *ὡς δεσπότης.*

4) *Reitz* Theophil. p. 1232. — *Heimbach* Ἀνέκδ. To. I p. 209 sq.

5) Fabrotus: *ἐγγύζων.*

6) Vide, quae supra notavi §. XXXVI.

1) *Ἐρωτήσεις* et *ἀποκρίσεις*, quae habentur in Basil. ed. *Heimbach* To. I. p. 702 sq. 712. 722, non sunt Theodori, sed Thalelaei.

συνηθείᾳ τῶν τόπων προσέχειν καὶ οὕτω ποιεῖν. Denique habetur quaestio et solutio Theodori in antiquissima *τῶν ῥοπῶν* recensione, cuius fragmenta e Codice Paris. gr. 1367 edidi.[2])

Haec vero, quam ultimo loco allegavimus, *λύσις* in aliis Codicibus Athanasii scholium esse dicitur,[3]) et certe nostrum Theodorum auctorem non habet, quippe qui alio plane et dicendi et disputandi genere utatur. Reliqui autem loci omnes cum fragmentis e Theodori Codice exceptis arctissime cohaerent; quaestiones illae plerumque dubitationes attingunt, ex interpretatione Theodori ortas et in responsionibus ad eas fere rationes interpretationis suae Theodorus reddit. Ut breviter dicam, *ἐρωταποκρίσεις* illae partem Breviarii Codicis effecisse et ab ipso auctore adiectae esse videntur.

Quaeritur autem, cur eas Theodorus addiderit. Et quidem *ἐρωτήσεις* illae et *ἀποκρίσεις* vel *ἀπορίαι* et *λύσεις*, quae in Basilicorum scholiis passim occurrunt, non sunt eiusdem sive originis sive indolis.[4]) A l i a e continent responsiones tam singulorum quam plurium[5]) antecessorum ad ea, quae scholares potissimum in lectionibus publicis et in recitationibus privatis quaesiissent; cuiusmodi sunt responsiones Stephani ad quaestiones Iuliani[6]) et Leonis Anazarbeos.[7]) A l i a e responsiones non solum professorum sed etiam simpliciter iurisperitorum ad advocatorum sive rhetorum interrogationes esse videntur; denique a l i a e non vere alterius interrogationem et alterius ad eam responsionem continent, sed unius eiusdemque ICti observationes per modum quaestionis et responsionis propositas. Iam vero quum hae, quas ultimo loco posuimus, *ἐρωταποκρίσεις* recentioribus magis Basilicorum scholiastis[8]) placuerint, illae autem, de quibus primo loco diximus, a n t e c e s s o r u m responsiones a Theodoro s c h o l a s t i c o[9]) profectae esse non possint, Theodori nostri responsiones ad secundam classem pertinere necesse est. Nimirum sicuti Athanasius suadentibus advocatis repetitam Epitomae Novellarum praelectionem edidit,[10]) ita etiam Theodorus quaestionibus advocatorum admonitus notas quasdam per modum responsionis Breviario Codicis adiecisse videtur.

§. XLI. *Libri IX titulus 23 Codicis Theodori exempli gratia in integrum restitutus.*

Quo melius intelligantur, quae de natura atque indole Breviarii, quod de Codice Theodorus fecerit, et de restitutione eius rite perficienda superioribus paragraphis exposui, hoc loco titulos nonnullos exempli causa in integrum restitutos cum adnotationibus restitutionem spectantibus subiicere visum est. Initium faciam a titulo *De his, qui sibi adscribunt in testamento*, qui in Codice repetitae praelectionis est tit. 23 lib. IX, et eundem locum in Breviario Theodori obtinuisse videtur. Restitutio huius tituli docebit, quomodo plures nonnunquam constitutiones in unum duove themata Theodorus contraxerit: et quomodo fragmenta Theodori inter scholia Basilicorum nunc omisso auctoris nomine recepta et aliquando additionibus locupletata sint. Titulus ille in Breviario Theodori huius circiter indolis fuit:

Τίτλος κγ'. Περὶ τῶν ἑαυτοὺς ἐν διαθήκαις κληρονόμους ἢ λεγαταρίους γραφόντων.[1])

[*Διάταξις α'.*][2])

'*Ἐὰν*[3]) *ὑπαγορεύσῃ ὁ πατὴρ τῷ ἐμαγκιπάτῳ*

Titulus XXIII *De his, qui semet ipsos in testamentis heredes vel legatarios scribunt.*

[Constitutio 1.]

1. Si dictet pater emancipato filio, recte is

2) Cf. editio mea p. 24 sq.

3) Ibid. p. 81.

4) Cf. Delineatio mea p. 80.

5) Basil. ed. *Heimbach*. To. I. p. 575.

6) Basil. ed. *Heimb.* To. II p. 180 sq.

7) Basil. ed. *Heimb.* To. II p. 451 not. ee.

8) V. c. Basil. ed. *Heimbach* To. II. p. 570 supra, ed. *Fabrot.* To. V. p. 587, et maxime To. VII p. 921.

9) Theodorum non antecessorem fuisse, sed scholasticum i. e. advocatum, tum supra indicavimus (§. XXIII. XXIX.), tum infra ostendemus.

10) *Wiener Jahrbb. d. Literat.* Bd. LXXXVI S. 193 not. 13. — *Heimbach 'Ανέκδ.* To. II. p. 290. 292.

1) Rubricas titulorum a Theodoro graece versas esse, plus quam probabile est. Et rubricam quidem graecam, quam hoc loco exhibui, habet Synopsis erotematica Codicis Theodori. Cf. *Meerman* thesaur. to. VI p. 867 lin. 4.

2) Theodorus ubique numeros constitutionum, quos in Codice repetitae praelectionis habent, non numeros thematum Breviarii laudat. Ideoque Breviarii haec indoles fuisse videtur, ut in eo vel illae allegationes reperiri possent. Quod Theodorum istiusmodi inscriptionibus assequutum esse coniecerim, quales in textu restituto, uncinis tamen inclusas, praeposui.

3) Hoc thema, quod legitur in Basil. *Fabrot.* VII p. 742

υἱῷ, καλῶς γράφει ἐκεῖνος αὐτὸν [4]) *κληρονόμον, κἂν μη τύχῃ τον πατέρα ὑπογράψαι τῇ διαθήκῃ.*

[*Διάταξις β' καὶ γ' καὶ δ' καὶ ε'.*]

Ὁ [5]) *συντάττων τινὸς διαθήκην οὐ δύναται γράψαι ἑαυτῷ ληγάτον καὶ κελεύοντος τοῦ τεστάτωρος, κἄν, ὥς φησιν ἡ δ' διάτ. τοῦ παρόντος τίτλου, ἀνὴρ ᾖ καὶ γράψῃ τὴν τῆς ἰδίας γυναικὸς διαθήκην, κἄν, ὡς ἐπάγει ἡ ε' διάτ. τοῦ αὐτοῦ προκειμένου* [*τίτλου*], [6]) *στρατιώτης ἐστὶ καὶ γράφων βούλησιν συστρατιώτου. ταῦτα δὲ νόει, ἐάν, ὡς δηλοῖ ἡ β' διάτ. τοῦ παρόντος τίτλου, γενικῶς καὶ οὐκ ἰδικῶς* [7]) *περὶ τούτου αὐτοῦ ὑπογράψῃ τῇ διαθήκῃ ὁ διαθέμενος. μέμνησο δὲ τῆς κβ' διατ. τοῦ κγ' τί. τοῦ ς' βι. εἰπούσης ἀδιαστίκτως, ὅτι τῷ μαρτυροῦντι ἐν διαθήκῃ* [8]) *καλῶς καταλιμπάνεται ληγάτον· καὶ οἶμαι διαφορὰν εἶναι μάρτυρος καὶ γραφέως.*

Ὁ γραφων ἑαυτῷ ληγάτον καὶ οὐκ ἀπαιτῶν αὐτό, ἐγκλήματι οὐχ [9]) *ὑπόκειται. ὅμοιόν φησιν ἡ διάτ. β' τοῦ παρόντος τίτλου· καὶ σημείωσαί ποτε ἄγνοια νόμου συγγνωστέα ἐστιν.* [10])

[*Διάταξις ς'.*]

Κἂν [11]) *οὐκ ὀφείλει τίς ἑαυτῷ γράφειν ἐλευθερίαν, ἀλλ' οὖν δοῦλος τοῦτο ποιῶν ἐν διαθήκῃ κατα κέλευσιν τοῦ οἰκείου δεσπότου οὐκέτι κουλπεύει.* [12])

se heredem scribit, etiamsi forte pater non subscripserit testamento.

[Constitutio 2 et 3 et 4 et 5.]

2. Qui componit alicuius testamentum, non potest adscribere sibi legatum ne iubente quidem testatore, sive, sicuti dicit const. 4 praesentis tituli, maritus sit et propriae uxoris testamentum scribat, sive, quod superinducit const. 5 praesentis tituli, miles sit et scribat voluntatem commilitonis. Hoc ita accipe, si, ut indicat const. 2 praesentis tituli, generaliter et non specialiter de hoc ipso testator testamento subscripserit. Memineris vero const. 22 tit. 23 lib. VI, quae indistincte dicit, testi testamentario recte legatum relinqui; et puto differentiam esse inter testem et scriptorem.

3. Qui scribit sibi legatum et id non petit, crimini non est obnoxius. Idem dicit const. 2 huius tituli: et nota, aliquando ignorantiam iuris excusari.

[Constitutio 6.]

4. Licet non debeat quis sibi adscribere libertatem, tamen servus id faciens in testamento iussu domini non est in culpa.

§. XLII. *Libri* IX *titulus* 42 *in integrum restitutus.*

Addam libri noni titulum quadragesimum sextum ex Breviario Theodori, ex iisdem fontibus, quantum fieri potuit, restitutum. Ex quo apparebit, quemadmodum Theodorus ex una constitutione nonnumquam plures fecerit summas et interpretationi suae *ἐρωταποκρίσεις* addiderit. Caeterum rubricam exhibuit Synopsis erotematica §. XLI not. 1 laudata: reliqua ex scholiis Basilicorum hausi.

Τίτλος μβ'. Περὶ συγχωρήσεων. [1])

[*Διάταξις α'.*]

Ὁ [2]) *κατήγορος αἰτῶν ἀβολιτίονα οὐκέτι κινεῖ τὸ αὐτὸ ἔγκλημα. ἀνάγνωθι τὴν γ' διάτ. τοῦ με'.*

Titulus XLII. *De abolitionibus.*

[Constitutio 1.]

1. Accusator, qui abolitionem petiit, non amplius idem crimen intendit. Lege const. 3 tit. 45

---

schol. o non addito auctoris nomine, Theodorum, si quid video, sapit; itaque Breviario nostro vindicavi.

4) *Fabrotus*: *αὐτόν*.

5) Sequentia duo capita praeposito Theodori nomine habentur in Basil. *Fabroti* to. VII p. 743 schol. q. Continere videntur indicem eorum, quae in const. 2—5 proponuntur. Itaque quum deinceps habeatur const. sextae summarium, nihil deesse, sed integrum titulum ex Theodori Breviario in Basilicorum scholiis nobis servatum esse crediderim.

6) Verbum *τίτλου* apud Fabrot. deest.

7) Fabr. *ἰδίως*.

8) Fabr. *διαθήκης*.

9) Fabr. *οὐκ*.

10) Quae in Basilicis *Fabroti* l. l. adduntur: „*ζήτει βι. λς' τί. β' κεφ. ιη' κ. τ. λ.*" ad Basilica pertinent et a recentiori scholiasta adiecta sunt.

11) Hoc caput legitur in Basil. Fabrot. VII p. 744 schol. a.

12) *Fabrotus*: *δουλεύει*, quod et propter huius loci structuram et propter argumentum constitutionis sextae ferri non potest. Substituendum est v. c. *ὑπόκειται*, vel *κατέχεται*, vel, quod propter emendationis facilitatem praetuli, *κουλπεύει*.

1) Vide *Reitzium* in *Meerman* thes. VI p. 867 not. oo.

2) Hoc caput extat sub Theodori nomine in Basil. *Fabroti* VII p. 927. schol. a.

τί. τοῦ παροντος βι. λέγουσαν, οτι ο αἰτῶν ἀβολιτίονα ἐπὶ τῷ λαβεῖν τι, κἂν παραβαθῇ, οὐκέτι γυμνάσει τὸ αὐτὸ ἔγκλημα. φησὶ δὲ ἡ δ' διάτ. τοῦ αὐτοῦ με' τίτλου, ὡς ὁ ἀποστὰς τοῦ ἐγκλήματος εἰ κινήσει πάλιν περὶ αὐτοῦ, ἐκβάλλεται παραγραφῇ.[3]) ἀνάγνωθι τὴν ἑξῆς β'[4]) διάταξιν.

[Διάταξις β'.]

Ὁ[5]) κατηγορήσας τινὸς εἰ θελήσῃ ἀποστῆσαι τοῦ ἐγκλήματος, ὀφείλει αἰτεῖν ἀβολιτίονα παρα τοῦ ἄρχοντος, λέγων, ὅτι κατα θερμότητα[6]) ἢ κατὰ πλάνην κατηγόρησεν. μέμνησο ὧν εἰπόν σοι ἐν τῇ προλαβούσῃ α' διατάξει.

Οὐκ αἰτεῖ μέν τις ἀβολιτίονα ἢ χρήματα λαβὼν ἢ συμφωνήσας λαβεῖν παρὰ τοῦ ῥέου. φησὶ δὲ ἡ γ' διάτ. τοῦ με' τί. τοῦ παρόντος βιβλίου, ως ἤδη προανεφώνησά[7]) σοι, ὅτι ἐὰν ἤδη ᾔτησέ τις συμφωνήσας τὶ δέξασθαι καὶ παραβαινόμενος οὐ δύναται ἔτι κατηγορεῖν αὐτοῦ.

Καὶ ὁ γυμνάζων πούβλικον σούα σουορούμνε καῦσα καλῶς αἰτεῖ ἀβολιτίονα. ἀνάγνωθι τὴν ε' διάτ. τοῦ με' τί. τοῦ παρόντος θ' βιβλίου.

[Διάταξις γ'.]

Ὁ[8]) συκοφάντης οὐκ αἰτεῖ ἀβολιτίονα. ἀνάγνωθι τὸ τέλος τῆς παρούσης γ' διατάξεως.

Ὁ ἐν τῷ δικάζεσθαι ὑβρίζων τὸν ῥέον οὐ δύναται αἰτῆσαι ἀβολιτίονα, εἰ μὴ συναινέσει αὐτῷ ἐκεῖνος.

Εἴσω τριάκοντα ἡμερῶν αἰτεῖ ἕκαστος ἀβολιτίονα. μετὰ γὰρ τὰς εἰρημένας [ἡμέρας][9]) οὐδεὶς αἰτεῖ, εἰ μὴ συμφωνήσῃ αὐτῷ ὁ ἐναγόμενος.

Τῶν μαρτύρων βασανισθέντων ἀβολιτίων οὐκ αἰτεῖται, κἂν τῷ ἐνάγοντι συναινέσῃ ὁ φεύγων.

Ἠρωτ.[10]) Διὰ τί γὰρ ἄλλων ἁμαρτανόντων οἱ μάρτυρες βασανίζονται; Θεοδ. Πρὸς τὸ γνωσθῆναι τὴν ἀλήθειαν. ἔσθ' ὅτε γὰρ οἱ μὲν κατὰ[11]) χάριν, οἱ δὲ διὰ λῆψιν, ἄλλοι δὲ καὶ δι' ἔχθρας ἢ δι' ἕτερόν τι τα ψευδῆ μαρτυροῦσι, καὶ πολλοὶ ἀθῶοι κατακρίνονται ἐκ τῆς αὐτῶν φωνῆς, ἄλλοι δὲ καὶ ὑπεύθυνοι ὄντες ἀφίενται.

Ἠρωτ. Ποῦ ῥητῶς ἔγνωμεν, ὡς δύναται ὁ δικάζων βασανίσαι τοὺς μάρτυρας; Θεοδ. Ἐν τῷ δ' βι. τί. κ' διατ. ιγ' καὶ ιε' τοῦτο προφανῶς νενομοθέτηται, ἔνθα καὶ περὶ χρημάτων ἐστὶν ἡ ζήτησις.

huius libri, quae dicit, eum, qui petierit abolitionem, ut quid acciperet, si placito non sit obtemperatum, non amplius posse id crimen intendere. Dicit autem const. 4 eiusdem 45 tituli, eum, qui accusatione destiterit, si denuo de eo crimine agat, exceptione submoveri. Lege sequentem constitutionem 2.

[Constitutio 2.]

2. Accusator si velit desistere ab accusatione, a praeside abolitionem petere debet, dicens se calore vel errore accusasse. Memineris eorum, quae dixi tibi in praecedente 1 constitutione.

3. Abolitionem quidem non petit is, qui pecuniam accepit vel pactus est dari a reo. Sed dicit const. 4 tit. 45 huius libri, quod iam antea dixi tibi, si iam petierit quis, quum esset pactus de re aliqua accipienda, et non pareatur pacto, non posse eum amplius accusare.

4. Is, qui exercet publicum crimen sua suorumve causa, recte petit abolitionem. Lege const. 5 tit. 45 praesentis libri IX.

[Constitutio 3.]

5. Calumniator non petit abolitionem. Lege finem huius 3 constitutionis.

6. Qui iudicio exercendo reum iniuria afficit, non potest abolitionem petere, nisi ei ille consenserit.

7. Intra triginta dies quilibet petit abolitionem. Post hos vero dies nemo petit, nisi ei consenserit accusatus.

8. Si testes torti fuerint, abolitio non petitur, licet accusatori reus consenserit.

Interrog. Cur autem aliis delinquentibus testes torquentur? *Theod.* Eruendae veritatis causa. Nonnunquam enim alii ob gratiam, alii ob praemium acceptum, alii ob inimicitias vel aliud quid falsa testimonia dicunt, et multi innocentes ex eorum voce condemnantur, alii vero etiam nocentes liberantur.

Interrog. Ubinam expresse cognovimus, iudicem testes torquere posse? *Theod.* In lib. IV tit. 20 const. 13 et 15 hoc aperte constitutum est, si vel de re pecuniaria quaestio sit.

---

3) Vide hunc locum infra §. XLIII in Synopsi erotematica Codicis repetitum.

4) *Fabr.* α'.

5) Tria, quae sequuntur, themata habentur apud *Fabrot.* VII. 928 schol. b. Theodori nomen non praeponitur.

6) *Fabr.* θερμότητος.

7) *Fabr.* προανηφ.

8) Themata et ἐρωταποκρίσεις, quae sequuntur, habet *Fabrotus* l. l. schol. d. Theodori nomine insignita.

9) Deest apud *Fabrotum*.

10) *Fabrot*: ἠρώτησις. Pessime! — In Codd. Mss. Basilicorum, sicubi inter scholia quaestiones ac responsiones habentur, quaestionibus modo ἐρ͂ modo ἠρ͂ inscribitur. Nempe illud legendum est: ἐρώτησις, hoc vero: ἠρώτων vel ἠρωτήθη. Cf. Basil. *Heimb.* I p. 583 et II p. 488 not. z.

11) *Fabrotus* perperam μετά.

12) Ultimus, qui laudatur locus, non satis quadrat.

Ὁ περὶ καθοσιώσεως κινῶν ἢ προδοσίας ἢ αὐτομολίας ἢ κλοπῆς δημοσίων χρημάτων ἢ λειποταξίας οὐ δύναται αἰτῆσαι ἀβολιτίονα. ἀνάγνωθι τὸν ἑξῆς μγ' τί. καὶ τὴν β' διάτ. τοῦ μϛ' τί. τοῦ παρόντος βιβλίου. [12])

9. Qui intendit maiestatis vel proditionis vel transfugii vel peculatus vel desertionis crimen, non potest petere abolitionem. Lege sequentem tit. 43 et const. 2 tit. 46 praesentis libri.

Caput tertium.

De scriptis, quae Theodoro Hermopolitano perperam tribuuntur.

§. XLIII. *De commentario ad Digesta, quem Theodorus confecisse dicitur.*

Theodoro nostro commentarium ad Digesta primus adscripsisse videtur *Heineccius* (cf. §. XXIII): et qui *Heineccio* recentiores sunt auctores, omnes ni fallor, in eadem opinione sunt. Imo *Bienerus* descriptionem eius commentarii exhibere conatus est. Ait enim (*Geschichte der Novell. S. 66*): *„Geschrieben hat unser Theodorus zuvörderst über die Pandecten, womit er aber, wie es scheint, wenig Glück gemacht hat. Denn nur sehr selten sind daraus Scholien zu den Basiliken entnommen, die wahrscheinlich einzelne spätere Nachträge sind, und Blastares nennt ihn nicht unter den Bearbeitern der Pandecten. Aus den wenigen Fragmenten kann man aber doch ersehen, dass er den Text der Pandecten, wie es scheint, ziemlich genau wiedergegeben hat und Anmerkungen beigefügt.“*

Loci, ad quos provocant,[1]) hi sunt: Basil. *Fabrot.* to. III p. 40 schol. q (ed. *Heimb.* II p. 476), — p. 388 schol. a (ed. *Heimb.* II p. 673), — p. 408 schol. e (ed. *Heimb.* II p. 674), — denique to. IV p. 408 schol. t. — Eiusdem omnino indolis sunt etiam alii quidam loci, quos iam addo; nimirum in Basil. *Fabrot.* to. IV p. 382 schol. e., to. V p. 301 schol. b, to. VII p. 337 schol. s.[2])

Iam vero omnia quidem scholia modo allegata ex aliquo Digestorum commentario excepta atque etiam Theodori nomine insignita sunt, — sed nostro Theodoro adscribi non possunt. Legas, quaeso, scholia ista, observes differentiam, quae inter dicendi et disserendi genus his locis usurpatum et Theodori nostri stylum intercedit, et non dubito, quin mecum existimaturus sis, nostrum Theodorum ab auctore scholiorum illorum probe distinguendum esse.

Suspicabar olim, Digestorum commentarium, ex quo scholia ista excepta sint, ab eo Theodoro confectum fuisse, qui in inscriptione constitutionis ad Antecessores directae (a. 533) inter antecessores tertio loco nominatur. Verumtamen quum huius Theodori nulla praeterea extent vestigia, haud multum eum huic anno supervixisse ideoque nec ad Digesta aliosve legum libros scripsisse probabile mihi visum est, ita ut a coniectura illa prorsus recedendum esse putaverim.

Itaque, ut ingenue dicam, quod sentio, equidem iam crediderim, scholia supra laudata non ex Theodori cuiusdam ad Digesta commentario excepta esse, sed e Dorothei potius ἑρμηνείᾳ, cuius et alia fragmenta permulta in scholiis Basilicorum habentur. Nam idem in his atque illis dicendi genus animadvertere est: et plerumque (maxime in Basil. *Fabroti* IV p. 382. 408) iuxta scholia ista Theodoro adscripta alia habentur Dorothei ad Digestorum leges scholia, ut vel hoc coniectura nostra, nimirum Dorotheum pro Theodoro scribendum esse, prorsus comprobari videatur.

---

1) Hos locos primus indicaverat *Reitzius*. — *Pohlius* p. 74 provocat etiam ad fragmenta commentarii ad tit. π. et C. de postulando et de Procuratoribus et Defensoribus a Ruhnkenio edita (i. e. ad scholia lib. VIII Basilicorum), in quibus tamen nihil omnino legitur, quod huc facere possit.

2) Scholium, quod legitur in Basil. *Heimb.* to. I p. 638, an huc trahi debeat, dubito.

Hoc tamen, quod dixi, non cadit in scholium et Basilicorum *Fabroti* to. VII. p. 337. Nam hoc scholium nec Theodori nec Dorothei est. Quod enim habet *Fabrotus* „*Θεοδωρ.*" et in latina versione: „Theod.," hoc neutiquam Theodorum, sed *Theodoritam* significat [3]). Hunc scilicet intelligendum esse, non solum indoles eius scholii demonstrat, sed magis etiam *Cuiacii* testimonium ostendit, qui in versione lib. LX. *Βασιλικῶν* Lugduni 1566 edita p. 107. „*Theodoriti*" legit [4]).

§. XLIV. *De Synopsi erotematica e Codice Theodori Hermopolitani.*

Posteaquam *Lambecius* in commentariis de Bibliotheca Caesarea Codicum iurid. gr. 8 et 9, quibus „Theodori Hermopolitae Synopsis et Ecloga Codicis Iustinianei erotematica" contineretur, brevem notitiam dedisset, et Fabricius ad eam animum advertisset, plerique historiae iuris civilis auctores Synopsin illam Theodoro nostro tribuerunt, imo nonnulli cum Theodori Breviario Codicis confuderunt.

Tandem *Reitzius* Codicum illorum apographum nactus epistola ad G. *Meermanum* data de hac synopsi rectius iudicium tulit. Ait enim [5]): „Credo equidem Theodorum Hermopoliten Codicis Iustinianei epitomen sive eclogen edidisse..... Ast hoc opusculum nostrum non esse ipsius Theodori *ἐκλογήν*, sed per magistellum aliquem, Dosithei similem ex illa *ἐκλογῇ* ad has quaestiunculas efformatum aut deformatum potius fuisse, certo certius credo..... Quodsi Lambecio paullo attentius illos Codices considerare vacasset, nusquam credo illis hunc titulum fecisset: *Theodori Hermopolitae Synopsis et Ecloga Codicis Iustinianei erotematica, sive per interrogationes et responsiones, in capita octoginta duo divisa:* quum nusquam Theodori nomen praeponant, sed ubique aut Synopsin aut Eclogen Codicum vel ex Codicibus Theodori Hermopolitae vocitent. Tum nonnisi 74 capita ad eam Eclogam Codicis Iustinianei spectant..... Tertio quum Lambecianum *καὶ* inter *Σύνοψις* et *Ἐκλογὴ* non modo in apographo nostro non compareat, sed nec ipse Lambecius in clausula libelli habeat, quam eodem prorsus modo, ut dictum apographum, sic citat: *Τέλος τῆς Συνόψεως Ἐκλογῆς* etc. opinor verum titulum ex Tabulae, principii, et clausulae collatione sic constituendum esse: *Σύνοψις ἐκλογῆς τῆς ἐκ τῶν Κωδίκων συναθροισθείσης ὑπὸ Θεοδώρου Ἑρμοπολίτου.*"

Ut appareat, quam recte *Reitzius* de Synopsi illa erotematica iudicaverit, apponam ex specimine a *Reitzio* edito capitis 64 *(de abolitionibus)* partem priorem, quae facile cum titulo *de abolitionibus,* quem supra §. XLII ex genuino Theodori Codice restitutum exhibui, comparare possit. Inde tu ipse iudicabis, num et quomodo haec erotematica Synopsis in restituendo Theodori Codice cum fructu adhiberi possit et debeat. Caput autem illud, quod diximus, sic incipit:

Τίτλος μβ'. περὶ συγχωρήσεων.

Κεφ. ξδ'. Πότε τὶς ἐκβάλλεται τῇ παραγραφῇ;

Ὅτε πολλαχῶς τις παραγράφεται. κατὰ μὲν ῥήτορας [6]) *τετραχῶς· ἀπὸ τοῦ λείποντος, οἷον ἀσώτου πατὴρ ἀφανὴς γέγονε καὶ φόνου φεύγει· ἢ ἀπὸ τοῦ ὑπερβάλλοντος, οἷον δέκα νέοι ἐπωμόσαντο μὴ γῆμαι καὶ φεύγουσι κακοῦ βίου· ἢ [ὅτι] ἀφ' ὧν ἕτεροι πεποιήκασιν οὐ δεῖ κρίνεσθαι, ὡς ὁ τρισα-*

Titulus XLII. De abolitionibus.

Cap. 64. Quando quis repellitur per exceptionem?

Quum quis multifariam excipit. Secundum Oratores quidem quadrupliciter: a defectu, velut prodigi pater non comparet, et [filius] caedis accusatur: vel ab excessu, velut decem iuvenes coniurarunt, se uxorem non ducturos, et accusantur de malis moribus: vel ex iis, quae alii

3) Etiam *Reitzius* post Theophil. p. 1240 hoc loco se decipi passus est.

4) *Fabrotum* saepius Theodori et Theodoritae nomen permiscere, iam olim monui in Heidelb. Iahrbb. der Literat. 1835 p. 1078. Maxime hoc factum est in lib. LX Basilicorum, qui liber in Cod. Paris. gr. 1350 plurima Theodoritae scholia habet. Idcirco virum celeb. C. G. E. *Heimbach*, qui nunc edendis Basilicis intentus est iterum atque iterum rogo, ut aut novam librorum a Fabroto editorum cum Codicibus Parisiensibus collationem instituat, aut certe praeter Fabroti editionem etiam Herveti, Cuiacii, Gothofredi et Labbaei editiones accurate inspiciat.

5) Meerman thes. VI p. 863.

6) Sequens locus desumtus est ex Hermogenis rhetorica, Argentorati edita 1558 in 8 fol. 9, qui sic inchoat: *Τὸ παραγραφικὸν γίνεται κατὰ τρόπους τέσσαρας· ἤτοι ἀπὸ τοῦ λείποντος* etc. *Reitz.*

ριστεύς, οὗ εἰκόνα ἔστησαν οἱ πολέμιοι, καὶ προδοσίας φεύγων· ἢ κατὰ χρόνον, οἷον δειλοῦ παῖς ἠρίστευσε καὶ μοιχείας κρίνει τὴν γυναῖκα. **Κατὰ δὲ τοὺς νόμους γίνεται ἡ παραγραφὴ πολλαχῶς. Καὶ ὁ ἀποστὰς ἐγκλήματος, εἰ κινήσῃ πάλιν περὶ αὐτοῖ, ἐκβάλλεται παραγραφῇ.**

Πότε ὁ κατηγορῶν λαμβάνει συγχώρησιν ἤτοι ἀβολιτίονα;

Ὅτε ὁ κατήγορος ὁμολογήσῃ κατενώπιον τοῦ δικαστηρίου, κατὰ πλάνην ἢ θερμότητα τὸ ἔγκλημα κινῆσαι κ. τ. λ.

fecerunt, iudicari non oportere, velut qui perquam fortiter se gessit, et cui statuam posuere hostes, proditionis accusatur: vel post tempus, velut ignavi filius fortiter fecit et [pater] adulterii arguit uxorem. Secundum leges vero praescriptio fit multifariam. Et qui ab accusatione destitit, si eandem rursus instituat, exceptione repellitur.

Quando abolitionem adipiscitur accusator?

Quum accusator confessus fuerit coram iudicio, se per errorem vel calorem crimen intendisse etc.

Caeterum illud observes quaeso, quod *Reitzius* ex ipsis Codicibus Vindobonensibus[7]) probavit, nimirum Theodorum Hermopolitanum ibi neutiquam auctorem Synopseos praedicari, sed tantum hoc dici, Synopsin illam ex Theodori Codice factam esse. Itaque quum nulla omnino causa sit, cur a Theodoro aliquo Synopsin illam compositam esse putemus, equidem intelligere profecto non possum, quomodo viri doctissimi, *Pohlium* dico (ad *Suaresii* notit. Basil. p. 75) et *Heimbachium* (de Basil. origine p. 38), *Assemanum* (Bibl. iuris Or. II. p. 427) sequi potuerint, qui Codicis Synopsin erotematicam a quodam iuniore Theodoro Hermopolitano confectam esse coniecerit.

§. XLV. *De commentario ad Novellas Leonis, qui Theodoro Hermopolitano temere adscribitur.*

Theodorum etiam ad Novellas Leonis scripsisse, *Reitzius* (in Memorabil. ex schol. Basil. post Theophilum p. 1241. 1245.) ex Basil. *Fabroti* VII p. 911 schol. b, quod Theodori scholium sit ad Nov. Leonis 34, colligere voluit. Quamquam hunc Theodorum diversum statuit ab illo, qui Codicis et Novellarum Breviaria composuerit: et eum fortasse intelligendum esse censuit, qui a *Fabricio* Vol. IX p. 183 dictus sit: *Theodorus Anagnostes Ictus, cuius Graecam Synopsin Canonum citat Nic. Comnenus* etc.

Reitzium sequuti sunt *Pohlius* (ad *Suares.* p. 75) et *Heimbachius* (de Basil. p. 39), nisi quod Theodoro cuidam Hermopolitano, iuniori scilicet, non Theodoro Anagnostae, expositionem illam Novellarum Leonis Philosophi tribuendam esse arbitrentur; et quidem ideo potissimum, quod *Nic. Comnenus Papadopoli* in Praenotionib. mystagog. p. 402 laudaverit Theodori Hermopolitae scholium tertium in Novellas sive Compendium legum Constantini et Leonis tit. de testibus [1]).

Verumenimvero somnia esse, quae de Theodori cuiusdam iunioris sive Anagnostae sive Hermopolitani commentario ad Novellas Leonis a *Reitzio* aliisque prolata essent, abunde demonstravit *Bienerus* in libro: *Geschichte der Novellen* p. 67 not. 75, ubi refutato *Nic. Comneni* testimonio, de scholio Theodori, quod in Basil. *Fabroti* VII p. 911 habetur, haec habet: „*Hierher gehört auch*“ (i. e. ad Codicem Theodori Hermopolitani, de quo cap. II egimus), „Basil. VII p. 911, *wo angeblich*“ (i. e. secundum indicationem *Fabroti*) *ein Scholion des Theodorus zu einer in die Basiliken aufgenommenen Stelle der Novellen Leo's sich befindet. Die Stelle der Basiliken ist nicht* Nov. Leonis 34, *sondern* l. un. C. si quis eam, cuius (IX, 10), *und das Scholion des Theodorus* „(sc. ad hunc locum)“ *demnach aus seinem Commentar über den Codex. Reitz ist durch die unrichtige Angabe Fabrot's in seinen Untersuchungen über Theodorus sehr*

7) Qui apud *Lambecium* l. c. describitur Codex iuridicus graecus 9, foliis 27 constans, hodie cum Cod. iurid. gr. 2 una ligatura continetur. Est autem, ut fallor, apographum Synopseos erotematicae olim ex Cod. iurid. gr. 3 factum.

1) *Papadopoli* verba haec sunt: „ut scias, inquit Theodorus Hermopolites (schol. 3 in dicto tit. de testibus), *ὅτι ἔστι πότ' ἄν, ὅτε καὶ συγγενέσιν ἔξεστιν ὑπὲρ τῶν συγγενῶν μαρτυρεῖν, οὐδέποτε δὲ κατ' αὐτῶν· τοῖς δὲ δούλοις καὶ ἀπελευθέροις οὐδέτερον.*“

in Verlegenheit gekommen, ohne den Irrthum zu bemerken." Exploso igitur commentario illo ad Novellas Leonis, ob hunc certe necessarium non est, ut praeter illum Theodorum Hermopolitanum, qui Breviarium Codicis et Novellarum confecerit, alium iuniorem eiusdem nominis ICtum vixisse statuamus.

§. XLVI. *De Ecloga lib. I—X. Basilicorum, quae Theodorum Hermopolitanum auctorem habere dicitur.*

Praeter scripta, de quibus hactenus egi, *Cuiacius*, *Fabrotus* aliique etiam Eclogam lib. I—X. Basilicorum (laudatam a me in Delineatione histor. iuris GR. §. 46.) Theodoro Hermopolitano tribuerunt. *Reitzius* autem, quem recentiores auctores sequuti sunt, hunc Theodorum Hermopolitanum ab eo, qui Codicis et Novellarum Breviaria ediderit, distinguendum esse putavit. (§. XXIII.)

Nec dubitari potest, quin Ecloga illa Basilicorum et Codicis vel Novellarum Breviarium diversos auctores habeant, quoniam in ipsa illa Ecloga loci ex Theodori Hermopolitani Breviario Codicis vel Novellarum passim ita laudantur, ut eum ab auctore Eclogae diversum esse luculenter appareat. (§. XXIX. XXXIV.) Quod autem quaeritur, hoc est: utrum Eclogae illius auctor alius quidam Theodorus Hermopolitanus re vera fuerit, necne.

Hoc enim auctoris nomen spurium et a *Cuiacio* temere effictum esse, *Bienerus* in Revis. des iustin. Cod. S. 43. 224. contendit; et *Bienero* mox ego accessi in libro: *Αἱ ῥοπαί* p. 62 sq. et in Delineatione hist. iuris GR. p. 75, ita tamen, ut spurium illud auctoris nomen non a *Cuiacio* sed a Graeculis hallucinantibus Eclogae inditum esse arbitrarer. Iam vero ut intelligatur, cur Eclogam illam non a Theodoro quodam Hermopolitano, sed ab incerto potius auctore, cui demum recentiores librarii Theodori Hermopolitani nomen tribuerint, elaboratam esse contendam, de Codicibus Mss. Eclogae illius breviter erit dicendum.

Eclogam lib. I—X. Basilicorum continent:

1. Cod. Paris. gr. 1358, saec. XV. a duobus librariis in Graecia exaratus, qui primum Marci Mamunae Cretensis, deinde Georgii Monembasiotae comitis Corinthi, tum Laurentii Ridolfi Cardinalis, post Strozzii (a. 1550), denique Catharinae e gente Medicea fuit, et sic in bibliothecam regiam, quae Parisiis est, pervenit.
2. Cod. Laurentianus LXXX, 12, saec. XV in Graecia exaratus.
3. Cod. Ottobonianus 439, exaratus circa annum 1500, qui olim *τοῦ θρόνου ἀλεξανδρείας* fuit.
4. Cod. Paris. gr. 1353, eodem circiter tempore in Graecia descriptus: certe anno 1516 in manibus Graeculi cuiusdam Manuelis fuit.
5. Cod. Coislin. 153, anno 1541 a Iacobo Rhodio Diasorino in Chio insula exaratus.
6. Cod. Bienerianus, saec. XVI.
7. Cod. Vaticanus 1681, anno 1594 Romae descriptus *ἐξ ἑτέρου πρωτοτύπου τοῦ γεγραμμένου ποτὲ τῷ ἔτει ͵αχνε'.*

Omnes supradicti Codices ex uno eodemque fonte, nimirum ex prototypo illo anno 1155 exarato, sive immediate sive mediate derivati esse videntur, quippe qui omnes, quod me diligens et scrupulosa examinatio docuit, easdem plane mendas, easdem lacunas habeant. Iam vero in prototypo illo auctoris nomen haud videtur proditum fuisse, quoniam in nonnullis apographis, scilicet in Cod. Laurentiano, Ottoboniano, Bieneriano et Vaticano, nullum eius vestigium reperitur. In reliquis autem Codicibus auctoris nomen adnotatum est, et quidem in Cod. Paris. gr. 1358 ad marginem ab eo librario, qui secundam partem Codicis exaravit, sic: *κυροῦ θεοδώρου τοῦ ἑρμοπολίτου τοῦ ἄκρω διδασκάλου τῶν θείων νόμων*, — in Cod. Paris. gr. 1353 initio fol. 2 a recentiori manu sic: *θεοδώρου ἑρμοπολίτου πρῶτον τεῦχος*, — in Cod. Coislin. 153 a recentiori manu in margine fol. 4 versi sic: *θεοδώρου ἁρμενοπολίτου* [1]). Nunc si quaeratur, num recentiori illi adnotationi, qua Theodorus Hermopolitanus vel Harmenopolitanus Eclogae auctor esse dicatur, fides

1) Non *ἑρμενοπολίτου*. Nempe, qui haec adscripsit, de Harmenopulo cogitasse videtur.

tribuenda sit nec ne, erroneam profecto nec authenticam esse respondebimus. Nam nec Codicis prototypi, ex quo omnis notitia huius Eclogae manavit, auctoritate firmatur, nec alibi *huius* Theodori vestigium apparet. Deinde vel ideo illius adnotationis fides labefactatur, quod in nomine auctoris, qui modo *Ἑρμοπολίτης* modo *Ἀρμενοπολίτης* vocatur, lectionis varietas obtineat. Denique *παρεκβολαί* ex Codice vel Novellis Theodori Hermopolitani, quae in ipsa illa Ecloga Theodori nomine laudato passim occurrunt, facile huiusmodi adnotationi de auctore Eclogae ansam praebere potuerunt.

Et *Bienerus* quidem l. l. „*Ich vermuthe,*“ inquit, „*dass* Cuiacius *den Namen aufgebracht hat.*“ Nempe *Bienerus* in his tantum Codicibus, qui in Gallia asservarentur, Theodori nomen tamquam auctoris a recentiori manu adnotatum esse animadvertit, et *Cuiacium* esse credidit, qui primus Theodorum Hermopolitanum Eclogae nostrae auctorem esse dixisset. Verumtamen certe in Codice Paris. gr. 1358 Theodori nomen a librario adnotatum est, qui ante *Cuiacium* vixit, ut iam dubitari non possit, quin Graeculus quidam antiquior fraudem nobis fecerit.

Utut est, Ecloga lib. I—X. Basilicorum neutiquam a Theodoro Hermopolitano sed ab incerto auctore confecta est; et licet ad Theodori Breviaria Codicis vel Novellarum restituenda haud exigui momenti sit, non tamen praeter hunc Theodorum Hermopolitanum alium eiusdem nominis ICtum unquam vixisse demonstrat.

§. XLVII. *De Theodori παραγραφαῖς ad Basilica.*

Sicuti haec, de quibus hactenus egi, scripta Theodoro Hermopolitano a viris doctis tributa sunt, ita eidem etiam *παραγραφαί* ad Basilica tribui potuissent. Nimirum in Basilicorum scholiis aliquoties sive Theodori sive Hermopolitani *παραγραφαί* ad locos Basilicorum laudantur, aut Theodorus aliquid *ἔξωθεν* i. e. per observationem ad marginem adiectam ad Basilica notasse dicitur. Sic in scholio Basilicorum in edit. *Heimbachii* to. I. p. 647 haec leguntur: *ζήτει βι. κδ' τί. ζ' κεφ. α' καὶ τὰς ἐν αὐτῷ Θεοδώρου παραπομπάς.* Similiter to. II. p. 132: *ἀνάγνωθι καὶ τὸ κδ' κεφ. τοῦ β' τί. τοῦ ι' βιβλίου. ἐν αὐτῷ γὰρ διδάσκει ὁ Ἑρμοπολίτης ἐν τῇ παραγραφῇ, πῶς ἔξει κ. τ. λ.* — et to. II p. 570: *ζήτει κεφ. με' καὶ τὸν ἐνταῦθα θεματιζόμενον Θεόδωρον καὶ τὴν αὐτοῦ παραγραφὴν καὶ διδασκαλίαν ἀναγκαίαν οὖσαν.* (Cf. etiam eiusdem editionis Basil. to. II p. 654. 656. 724.) Denique in Basil. *Fabroti* to. VII p. 532 schol. u haec habentur: *κἂν ἔξωθεν οὕτως ὁ Θεόδωρος λέγῃ.*

Verumenimvero, si accuratius hi loci examinentur, non adnotationes ad ipsa Basilica scriptas significari intelligitur, sed fragmenta e Theodori Breviario Codicis vel Novellarum ad marginem Basilicorum inter scholia descripta [1]). Quod apertissime ostendunt, quae leguntur in Basil. *Heimbachii* to. II p. 656. Ibi enim ad c. 3 Cod. IV, 30, quae in textu Basilicorum habetur, inter scholia appositum est summarium e Codice Theodori quod ipsum reprehendens recentior Basilicorum scholiastes, *μὴ γοῦν πρόσχῃς*, ait, *καὶ τῇ ἐνταῦθα παραγραφῇ τοῦ Θεοδώρου ψευδεῖ οὔσῃ. Παραγραφὴν* nimirum vocat, non quod ab ipso Theodoro, ad Basilica scripta sit, sed quod ad textum Basilicorum adscripta haberetur. Sic et aliorum antiquiorum Ictorum fragmenta, illustrationis causa ad textum Basilicorum *ἔξωθεν* adiecta, sexcentis amplius locis recentioribus scholiastis *παραγραφαί* appellantur et a *νέαις παραγραφαῖς* i. e. recentioribus ad ipsa Basilica scholiis distinguuntur: de quo exempli gratia conferas velim Basil. ed. *Heimbach* to. I p. 582. 611. 613. 643 etc.

§. XLVIII. *Conclusio.*

Vidimus hactenus, praeter Breviaria Codicis et Novellarum etiam alia nonnulla scripta Theodoro Hermopolitano a viris doctis tributa esse. Qui quum ex ipsa scriptorum illorum indole intelligerent, non posse omnia unius eiusdemque auctoris credi, duo Theodoros, Hermopolitani cognomine insignes, diversis temporibus exstitisse coniecerunt. Verum enimvero iam demonstratum est, scripta illa nec a Theodoro nostro, qui ad Codicem et Novellas commentatus est, nec ab alio

1) Cf. *Reitz* post Theophil. p. 1283.

quodam Theodoro profecta esse. Itaque non est, cur duo Theodoros Hermopolitanos fuisse statuamus. Quod enim *Nic. Comnenus Papadopoli* Theodorum quendam Hermopoliten laudat ab eo, de quo agimus, omnino diversum, hoc propter hominis impudentissimi fallaciam pro nihilo habendum est. (§. XLIII.)

Quae quum ita sint, in capite sequenti de eo tantum Theodoro Scholastico, Thebano Hermopolitano, qui Codicis et Novellarum Breviaria composuerit, dicemus, posthabitis plane iis, quae alii de duobus Theodoris, antiquiori et iuniori, disseruerunt vel coniecerunt.

Caput quartum.

Historia Theodori Scholastici, Thebani Hermopolitani.

---

§. XLIX. *Nomen Theodori.*

Graeci Christiani fere uno nomine, quod *κύριον ὄνομα* ante baptisma accepissent, contenti erant: addebant aliquando patris nomen (*πατρωνυμίαν*) casu genitivo, et insuper cognomina (*ἐπώνυμα*) habebant aut a patria aut *ἐκ τοῦ συμβεβηκότος*, i. e. a vitae genere, ab honoribus muneribusve, quae gererent vel gessissent, a qualitate corporis vel ingenii etc. Sic Theophilus Antecessor, Stephanus Antecessor, Petrus Magister, Ioannes Laurentii Lydus, Athanasius Scholasticus Emesenus, Agathias Scholasticus Asianus Myrinaeus, et alii quam plurimi appellantur. Regula autem, quam posuimus, non est sine exceptionibus. Nam Berytienses quidem et Tyrii in denominandis personis Romanorum morem sequuti esse dicuntur. Reliqui autem Graeci modo plura nomina in baptismate accipiebant, modo praenominibus (veluti Flavii) utebantur, quae dignitatis quasi indicia essent; veluti Flavius Theodorus Petrus Demosthenes Pr. Pr, Flavius Faustus, Flavius Stephanus. Aliquando etiam nomen, quo designati fuerant ante baptismum, superaddito nomine baptismali baptizati retinuerunt: quod potissimum in Slavis et Saracenis ad religionem Christianam conversis factum esse videtur. Denique recentioribus certe temporibus etiam familiarum sive gentilitia nomina in usu erant. Quae omnia optime illustrantur schol. a in Basil. *Fabr.* IV p. 777 et schol. b ibid. VII p. 921. Ibi haec habentur: *τινές φασιν ὄνομα τὸ κύριον, χρηματισμὸν τὸ πατρῷον, ἐπώνυμον τὸ ἐκ συμβεβηκότος, οἷον εἰπεῖν ὁ γραμματικὸς ἢ ῥάπτης ἢ χωλός.* Hic vero haec: *χρηματισμὸς μέν, ὡς ὅταν λέγομεν Παῦλος Αἰμίλιος ἢ Ἀέλιος Σέντιος· οὕτω γὰρ ἔθος ἦν Βηρυτίοις καὶ Τυρίοις. πατρωνυμία δὲ τὸ ἀπὸ πατρῶν δηλοῦσθαι, ὡς εἰώθασί τινες προστάττειν τὰ ὀνόματα τῶν ἰδίων πατέρων τῆς οἰκείας προσηγορίας* [1]).

Utut est, si plura nomina uni eidemque personae data reperimus, nequaquam secundum Romanorum consuetudinem prius pro praenomine secundum pro nomine tertium pro cognomine, neque vero etiam omnia pro *κυρίοις ὀνόμασιν*, sed in dubio primum solum pro *κυρίῳ ὀνόματι*, reliqua autem pro cognomentis a vitae studiorumve genere vel a patria etc. habere oportet.

His praemissis intelligitur ICto, qui modo Theodorus, modo Theodorus Scholasticus, modo Theodorus Hermopolitanus, modo simpliciter Hermopolitanus, denique plenius Theodorus Scholasticus Thebanus Hermopolitanus nuncupatur [2]), *κύριον* quidem *ὄνομα Theodori*, reliqua vero cognomenta fuisse.

§. L. *Theodorus natus est Hermopoli Thebaidos.*

Ex cognomentis Theodori ea, quae ultimo collocantur, patriam, unde originem traxit, signi-

---

1) Cf. *Heimbach* in Zeitschr. f. gesch. RW. VIII S. 342 ff. et *'Ανέκδ.* to. I p. V, to. II p. 292, et *Ducange* s. v. *ὄνομα.*

2) Cf. §. XXIX et XXXIII supra.

ficare videntur. Ita enim etiam in Ioanne Laurentii Lydo, in Athanasio Scholastico Emeseno, in Agathia Scholastico Asiano Myrinaeo aliisque cognomenta in fine posita patriam designare constat.

Igitur *Hermopolitanum* Theodorum nostrum ideo vocaverunt, quod Hermopoli natus esset. Multae autem fuerunt civitates, quibus hoc nomen inditum esset. *Heimbachius* (*Ἀνεκδ.* to. I p. **202**) „est," inquit, „Hermopolis Aegypti civitas, de qua Hierocles grammaticus in Banduri imperio Orientali to. I p. **50** haec habet: „*νζʹ. ἐπαρχίας Αἰγυπτιακῆς, ὑπὸ Αὐγουστάλιον πόλεις κγʹ. Ἀλεξάνδρεια, Ἑρμούπολις, Μενελαΐτης* et caetera. (Eiusdem civitatis mentio fit in catalogo episcopatuum in Beveregiani synodici to. II p. **143** not.). De reliquis civitatibus Stephanus Byzantinus ed. Berkeli p. **352**: *Ἑρμούπολις Αἰγύπτου πόλις. Ἡρωδιανὸς δύο λέγει εἶναι καὶ μεγάλην καὶ μικράν, καὶ γʹ κατὰ Αἴγυπτον καὶ δʹ κατὰ Ῥυμοῦν, καὶ εʹ ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ, καὶ ςʹ ἐν Κῷ τῇ νήσῳ, καὶ ζʹ ἐν Ἀρκαδίᾳ. ὁ πολίτης Ἑρμεοπολίτης* [1])." Adde quod in subscriptionibus conciliorum, teste *Fabricio* Bibl. Gr XII p. **66**, Hermopoleos sive Irenopoleos in Isauria, Hermopoleos maioris in Aegypto prima, et Hermopoleos minoris in prima Thebaide mentio fit. Denique Hermopolin sub duce Thebaidos constitutam commemorat etiam Notitia dignitatum cap XXVIII §. 1 (ed. *Böckingi* p. **75**), ad quem locum conferendae sunt *Böckingii* adnotationes (l. l. p. **318** sq.).

Ex his civitatibus ea, quae in Thebaide sita est, Theodori nostri patria est. Nam in Codice nuper a me in monasterio maximae Laurae ad montem Athonem reperto non Hermopolitanus simpliciter, sed Thebaeus sive Thebanus Hermopolitanus vocatur: et Thebaeus sive Thebanus is appellatur, qui ex Thebaide est. Cf. Notitia dignitatum ex edit. *Böckingi* I p. **212** not. **29**.

Viderat hoc etiam *Heimbachius*, postquam in Codice maximae Laurae Breviarium Novellarum *θεοδώρου σχολαστικοῦ θηβαίου ἑρμοπολίτου* haberi cognovit. Is in ephemeridibus, quibus titulus est *Kritische Iahrbücher für deutsche Rechtswissenschaft*, to. II p. **976**, et contractius in *Ἀνεκδότ.* to. II p. **297** (in Addendis): „illud," inquit, „quod apud Anthologiae Palatinae scholiastem est (cf. *Niebuhrii* praef. Agathiae p. XXII), *Ἀγαθίου σχολαστικοῦ Ἀσιανοῦ Μυριναίου*, quomodo hoc *Θηβαίου Ἑρμοπολίτου* explicandum sit, satis significat. Sic enim satis constat, voce *Θηβαίου* provinciam, ad quam *Ἑρμόπολις* referenda sit, designatam esse. *Θηβαῖοι* autem vel *Θηβαΐται* iam Strabonis temporibus incolae Thebaidos appellantur (geogr. XVII, 1), qui idem *Ἑρμούπολιν* prope Thebaidem fuisse auctor est l. c.: *ἐξ ἧς δ' ἐστίν*, inquit, *Ἑρμοπολιτικὴ φυλακή, τελώνιόν τι τῶν ἐκ τῆς Θηβαΐδος καταφερομένων.* Atque Hermopolin iam saeculo post Christum natum quinto in vulgari dicendi genere pro Thebaidos parte habitam esse constat ex concilii Ephesini actione prima, quae in Harduini collectione amplissima Conciliorum tom. I p. **1387** relata est, ubi haec leguntur: *Ἀνδρέας ἐπίσκοπος τῆς Ἑρμουπόλεως τῆς Θηβαΐδος εἶπε.*"

Caeterum idem *Heimbachius* *Ἀνεκδ.* to. I p. **201** not. **2** *Ἑρμουπολίτην*, ut apud Blastarem est, scribendum esse censet, quum *Ἑρμοπολίτης* ex linguae Graecae legibus stare non possit. Utut est, Graeci frequentius *Ἑρμόπολιν* et *Ἑρμοπολίτην*, quam *Ἑρμούπολιν* et *Ἑρμουπολίτην*

1) *Heimbachii* verba obscuriora sunt, quam ut diiudicari possit, quamnam civitatem Hermopolitanam intellexerit. Cogitare videtur de Hermopoli Aegypti civitate: sed in Aegypto duae civitates huius nominis fuerunt, et ea, quae in Thebaide fuit, inter urbes ab *Heimbachio* allatas certe non expressis verbis commemoratur. Hinc explicatur, quomodo ego in Wiener Iahrbb. d. Liter. LXXXVII S. 94 dicere potuerim: *welche Stadt Hermupolis als Geburtsort des Theodoros zu betrachten ist, entscheidet der Herausgeber (Heimbach) nicht: er erwähnt uns mehrere Städte dieses Namens, worunter jedoch grade diejenige nicht zu sein scheint, aus der Theodoros wirklich stammte.*" Sed quomodo ex his verbis idem *Heimbachius* *Ἀνεκδ.* to. II p. 297 (in addendis ad to. I p. 202) concludere potuerit, me negare, Hermopolin Aegypti civitatem, quae Thebaidos partem faciat, Theodori patriam esse, equidem profecto non intelligo. Idem denique *Heimbachius* alio loco vel invidiosius verba mea in iniquam sententiam detorsit: scilicet in censura delineationis historiae iuris GR. (*Richter* Iahrbb. 1839 II S. 976. — vide etiam *Ἀνεκδ.* II p. 297 in Addendis ad to. I p. 205), ubi me vocem *θηβαῖος* in his verbis „*Θεόδωρος σχολαστικὸς θηβαῖος ἑρμοπολίτης*" non cum voce *ἑρμοπολίτης* sed cum *σχολαστικός* coniunxisse perhibuit. Sed nescio quid agebat vir alioquin doctissimus, qui mihi eiusmodi errorem obiicere voluerit. Neque enim hoc dixi in Wiener Iahrbb. LXXXVI S. 208, quem locum *Heimbachius* laudavit, et aperte contrarium significavi in Delineatione mea p. 29 lin. 8 a fine verbis „Theodoro Scholastico, Thebano Hermopolitano," ubi commate inter verba „Scholastico" et „Thebano" interposito hoc ab illo separandum et cum sequenti „Hermopolitano" coniungendum esse docui.

scribunt, et similiter auctores latini modo Hermupolin modo Hermopolin habent. Cf. *Böcking* l. l. p. 318. Quod autem *Heimbachius* l. l. p. 202 monuit, Hermopolitanum latine dicendum esse, Hermopolitam vero, quod antiquioribus placuit, non item, hoc ita rationem habet, ut saltem magis latine Hermopolitanus dicatur, quamquam etiam Hermopolita ab Hermopoli, sicuti metropolita a metropoli, dici posse videatur.

§. LI. *Theodorus Christianus fuit.*

Reitzius aliquando dubitasse videtur, an Theodorus Christianus fuerit; nam in Memorabilibus ex scholiis Basilicorum (post Theophil. p. 1240) operae pretium duxit adnotare, quod videretur ille Christianus fuisse, quippe qui in scho t. Basil. *Fabrot.* VII p. 337 historias Veteris Testamenti citaverit. Verum hoc scholio id, quod probandum erat, vel ideo non demonstratur, quoniam etiam a Iudaeo *αἱ γραφαί* allegari potuerunt: denique scholium laudatum non Theodori, sed, sicuti supra ostendimus, Theodoritae est, recentioris Basilicorum scholiastae. (Cf. §. XLI in fine). Ob easdem plane rationes nec ex schol. g. Basil. *Fabrot.* VII p. 865 concludere est, Theodorum Christianum fuisse, quoniam et hoc scholium Theodoritae potius quam Theodori esse videtur.

Igitur paganum vel Iudaeum credamus? Minime vero, sed Christianum. Iustiniani enim et insequentium imperatorum temporibus eos, qui sub imperio Romano degerent, Christianos fuisse, donec contrarium probetur, praesumendum est Quod vel magis in Theodoro obtinere debet, tum quia Christiano nomine „Dei donum" appellatus est tum quia Scholasticus fuit (§. LI). Nam Scholasticus fieri non potuisset, si vel paganus vel Iudaeus vel simpliciter haereticus fuisset: id scilicet prohibet c. 4 C. *de episcopali audientia*, n c non c. 8 C. *de postulando*, quam ipse sic reddidit Theodorus: *Ὁ μὴ κοινωνῶν* [1]) *τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ εἰ συνηγορήσει, ποινῇ καὶ δημεύσει ὑπόκειται.* (Basil. ed. *Heimbach* to. I p. 339).

§. LII. *Theodorus Constantinopoli Stephani Antecessoris auditor fuit.*

Theodorum nostrum praeceptores habuisse Patricium et Domninum, qui ante Iustinianum vixerunt, nec non Stephanum, sive eum, quo Tribonianus in veteri iure enucleando usus sit, sive antiquiorem eiusdem nominis ICtum, plerique histo iae iuris civilis auctores tradiderunt Primus Stephanum Theodori nostri praeceptorem laudavit *Fabricius* in Bibl. Gr. XII p. 473, reliquos adduxit *Reitzius* in Memorabil. ex scholiis Basilicorum (post Theophil. p. 1235 sqq.), eumque recentiores sequuti sunt, veluti *Bachius, Heimbachius* senior, *Bienerus, Zimmern*, denique *Heimbachius* iunior in *Ἀνεκδ.* to. I p 203. Ego vero in censura Anecdotorum Heimbachianorum (*Wiener Iahrbb. d. Literat. LXXXVII S. 99*) Domninum Patriciumque Theodori praeceptores esse cum aliqua dubitatione negaveram [1]), et postea in Delineatione historiae iuris GR. p. 24 Stephanum solum, antecessorem scilicet et Digestorum interpretem, praeceptorem ei fuisse affirmavi. Quod cur ita fecerim, nunc erit demonstrandum.

Ac primum quidem Patricium praeceptorem laudare videtur Theodorus in Basil. ed. *Heimbach* to. I p. 722. Ibi habetur summarium c. 40 C. *de transactionibus*, quod Theodori nomine inscribitur et haud dubie ex Codice Theodori desumtum est, eique uno tenore additur *ἐρώτησις* et ad eam responsio, in qua *ὁ κοινὸς διδάσκαλος Πατρίκιος* sive *ὁ ἥρως Πατρίκιος* laudatur. Verumtamen ex eo, quod haec *ἐρωταπόκρισις* Theodori summario adiecta sit, non statim sequitur, ipsam quoque Theodoro deberi [2]). Et videtur potius Thalelaeo tribuenda esse, utpote quae dicendi gegenere conspicua sit, quo fere Thalelaeus utatur; nam responsio illa incipit verbo *μάθε* et alia habet, quae in Thalelaei responsionibus solemnia sunt [3]), dum Theodorus verbis *ἰστέον* etc. soleat uti.

1) *Heimb.* *κοινῶν*. Male.

1) Quod certe non improbavit *Heimbachius* in addendis *Ἀνεκδότων* to. II p. 297.

2) Cf. quae §. XXXVI de eiusmodi coniunctionibus O. scholiis Basilicorum disserui.

3) Cf. Basil. *Heimb.* I p. 336. 342. 344. 400. 411. 415 660.

Maiores difficultates praebet schol. i. in Basil. Fabroti to. VI p. 217. Ibi laudatur a Theodoro *Πατρίκιος ὁ μόνος* (quod *Reitzius* in *ἐμός* mutat, ego vero in *κοινός* mutare malim)[4]) *διδάσκαλος* et *Δομνῖνος ὁ πολυμαθὴς ὁ ἐμὸς διδάσκαλος*, ut proinde Domninus et fortasse etiam Patricius Theodori praeceptores fuisse videantur. Hoc tamen ut statuamus, temporum ratio impedimento est. Domninus enim et Patricius ante Iustinianum vixerunt: Theodorus autem *τὸν σύντομον τῶν νεαρῶν*, in quibus et Tiberii Novellae habentur, post Tiberium aut certe eo regnante scripsit. Iam quomodo cogitari potest, eum, qui initio saeculi sexti Domnini et Patricii auditor fuerit, exeunte hoc saeculo adhuc vixisse et viguisse?

Igitur ratio quaerenda est, qua difficultates istae expediantur. Et olim quidem conieceram, scholium, quod laudavi, i. e. summam Theodori ad c. 35 C. *de donationibus*, interpolatum esse et locupletatum e Thalelaei *παραγραφαῖς*, quae alioquin in Basilicorum scholiis ad locum citatum omnino desiderarentur. Nunc tamen ipsius Theodori id esse crediderim, quandoquidem stylus et disputandi ratio in illo observata Theodorum omnino sapiunt. Denique nec insolitum est, antiquiores ICtos a Theodoro laudari; laudatur enim ab illo Stephanus in loco, quem mox examinabimus: allegatur etiam *ὁ ἥρως Εὐδόξιος* Basil. ed. *Fabrot.* to. VI p. 227 schol. x, et *ὁ ἥρως Πατρίκιος* l. l. p. 575 schol. a, quem supra *διδάσκαλον* a Theodoro dictum esse vidimus[5]).

Itaque ad hanc coniecturam adductus sum, ut Theodorum quidem Patricium illum *διδάσκαλον* (sive communem sive suum) et similiter Domninum praeceptorem suum appellare credam, verumtamen non hoc sensu, quasi eorum auditor fuerit, sed potius quasi *κοινοὺς τῆς οἰκουμένης διδασκάλους*[6]) et quasi ex libris eorum didicerit[7]). Imo Theodorum, a quo Thalelaei Codicem nonnunquam adhibitum esse supra §. XXXVII observavi, ne libros quidem Eudoxii Patriciive ad manus habuisse, sed in laudandis iis unice Thalelaei allegationes sequutum esse et Thalelaeum, qui plus semel *τὸν ἥρωα* sive *τὸν κοινὸν διδάσκαλον Εὐδόξιον* vel *Πατρίκιον* laudat, ad verbum exscripsisse, non est a vero dissimile.

Reliquum est, ut de loco videamus (Basil. ed. *Heimbach* to. II p. 417), ubi ad c. 21 C. *de haereticis* a Theodoro laudatur „*Στέφανος ὁ ἐμὸς διδάσκαλος.*" Intelligendus est Stephanus, qui post Theophilum, Dorotheum et Thalelaeum i. e. post saec. VI medium antecessoris munere functus est, et ipse quoque Codicem *συντετμημένως* vertit[8]). Quod duplici modo probari potest; primum enim de alio eiusdem nominis antecessore sive *διδασκάλῳ* non constat, et deinde locus ex Codice Stephani illius etiamnum superesse videtur, in quo opinio Stephani a Theodoro notata expressa sit. Nimirum qui in Collectione constitutionum ecclesiasticarum habentur tituli XIII priores lib. I Codicis ex Codice Stephani antecessoris desumti esse videntur. Ibi c. 21 C. *de haereticis* sic audit: *Ἰουδαῖος ἢ αἱρετικὸς ἐν δίκῃ οὐ καταμαρτυρεῖ ὀρθοδόξου κ. τ. λ.* Iam Theodorus in summario ad eandem constitutionem narrat, quod „*ταύτης*" quidem „*τῆς δόξης ἐγένετο Στέφανος ὁ ἐμὸς διδάσκαλος,*" quamquam in const. cit. de Hebraeis (s. Iudaeis) minime sermo sit[9]).

Nunc quaeritur, quo sensu Theodorus hunc Stephanum praeceptorem suum appellaverit. Ex Thalelaei quidem Codice haec profecto non habet: nam Stephanus Thalelaeo iunior est. Itaque aut ideo Stephanum praeceptorem suum vocavit, quod ex libris eius multa didicerit, aut ideo, quod

4) Quomodo legendum sit, ex Herveti versione diiudicari non potest: is enim in vertendo omisit verbum *μόνος*. Idem mox pro *Domninus* legit *dominus*.

5) Nolim tamen huc referre Basil. ed. *Heimb.* I p. 696. 704 et ed. *Fabrot.* V p. 186 schol. d. His scilicet locis verba, quibus *ὁ ἥρως Εὐδόξιος* vel *ὁ ἥρως Πατρίκιος* laudantur, non tam Theodori, quam potius Thalelaei (cum Theodori summariis non bene coniuncta) esse videntur

6) Basil. ed. *Heimb.* I 646. 649.

7) Ita Constantinus Nipaenus, qui post Basilica vixit, Stephanum, qui Iustiniani temporibus antecessor fuit, praeceptorem suum vocat. Basil. *Heimb.* II p. 576. — Eius modi interpretatio vel ideo adhibenda esse videtur, quod praesenti tempore utitur Theodorus dicens: *πλὴν ἰστέον ὅτι Δομνῖνος — δέχεται.* Enimvero Domninus non amplius vivebat, quum Theodorus haec scriberet: itaque Theodorus aut ad librum Domnini, quem ob oculos haberet, respexit, aut ista ex antiquiori ICto ad verbum exscripsit.

8) De Stephano infra agam in hoc *Ἀνεκδότων* volumine.

9) In const. laudata sermo est etiam de his, qui Iudaicam superstitionem colunt. Hos tamen non pro Hebraeis accipiendos esse, quod Stephanus fecerat, apparet ex eo, quod in const. illa haereticis connumerentur. Itaque recte, ni fallor, scholiasta Basilicorum ait (ed. *Heimb.* II p. 417 no. 6): *Ἰουδαϊκὴν θρησκείαν σέβοντας ἡ διάταξις οὐ τοὺς Ἰουδαίους φησίν, ..., ἀλλὰ τοὺς Νεστοριανούς κ. τ. λ.*

revera eius auditor fuerit. Et hoc quidem inprimis placet. Animadvertas enim, quemadmodum Theodorus loquatur: „*ταύτης γὰρ τῆς δόξης ἐγένετο Στέφανος ὁ ἐμὸς διδάσκαλος*,“ i. e. *in hac opinione erat Stephanus praeceptor meus.* Quis, quaeso, unquam sic loquatur, nisi et noverit et audiverit illum, cuius opinionem refert [10])?

Quae quum ita sint, non dubito, quin Theodorus Stephani antecessoris fuerit auditor. Imo suspicor, Theodoro hunc unum in iure fuisse praeceptorem. Scilicet iuris studiosi tum temporis non diversorum antecessorum scholis interfuisse videntur, sed plerumque unius tantum, quem sibi initio elegissent, professoris. Nam sic demum intelligitur, quomodo ipse ille Stephanus praeceptorem suum *κατ' ἐξοχήν*, i. e. nomine eius non adiecto, commemorare et sic Theophilo *τῷ μακαρίτῃ* opponere potuerit. (Basil. ed. *Heimb.* II p. 627). Et confirmatur hoc adeo Theodori nostri testimonio, qui ad c. 11 C. *de advocatis diversorum iudiciorum* hoc summarium habet (Basil. ed. *Heimbach* to. I. p. 345): *Παρὰ τῷ ἄρχοντι ἢ παρὰ τῷ ἐκδίκῳ τῆς ἰδίας πόλεως συνιστάσθω ἕκαστος δικολόγος — — δεικνύων γράμματα τοῦ ἰδίου ἀντικήνσωρος μαρτυροῦντος αὐτῷ εὐπαιδευσίαν κ. τ. λ.*

Iam vero Stephanus, si quid video, Constantinopoli antecessor fuit. Utitur enim Novellarum collectione, quae Constantinopoli plerisque in manibus fuisse videtur; utitur potissimum scriptis ICtorum, qui Constantinopoli vixerunt: denique, quo tempore ipse floruit, Beryto terrae motu eversa praeter Constantinopolin nulla supererat schola, in qua antecessor esse potuerit. Igitur Theodorum nostrum ex Aegypto, ubi natus erat, Constantinopolin migrasse oportet, sive propter aliam causam sive propter hoc ipsum, ut legitima scientia imbueretur. Et sic iam demonstrasse mihi videor, quod rubrica huius paragraphi significaveram, Theodorum scilicet, Hermopoli natum, postea Constantinopoli Stephani antecessoris auditorem fuisse.

§. LIII. *Theodorus Scholasticus factus est.*

Quod antiquioribus plerisque placuerat, Theodorum antecessorem fuisse, hoc falsum esse iam vidit *Heimbachius* *'Ανεκδ.* to. I p. 202. 272. to. II p. 298. Neque enim testimonium habemus ullum, quo probari hoc possit, atque etiam Breviarium Codicis et Novellarum, quod Theodorus confecit, eiusmodi est, ut cum praelectionibus super Codice vel Novellis publice habitis nihil omnino commune habeat [1]).

Hodie autem testimoniis a me allatis extra omnem dubitationem positum est, Theodorum nostrum ex iuris studioso *Scholasticum* factum esse. Nam Scholasticus dicitur non tantum in inscriptione locorum quorundam ex eius Codice desumtorum [2]), sed etiam in titulo Breviarii Novellarum, quod in Codice MSto maximae Laurae reperii [3]).

Si quaeras, quid sit *Scholasticus*, sic accipe. Scholastici quidem primo dicebantur *οἱ σχολάζοντες* i. e., qui otio et literis dediti essent: deinde ii, qui eloquentiam docerent, rhetores sive declamatores litium fictarum: denique a fictis litibus vox illa Scholastici, ut et haec vox Rhetoris, translata est ad veras lites, ita ut advocatos sive causarum patronos significaret. Vide Lexicographos: *Stephanum, Meursium, Ducangium, Fabrum, Schellerum, Forcellinium, Brissonium* [4]), *Calcinum, Vicatium, Dirksenium,* et inprimis etiam *Iac. Gothofredi* comm. ad l. 2 C. Theod. *de concussionibus advocatorum* (ed. *Ritter* to. II. p. 627) [5]). — Theodorus autem non ideo, quod literis deditus fuerit, — hoc enim otiosum foret in libri bonae frugis pleni

---

10) Observes, quam aliter Theodorus in loco, quem supra examinavimus, Patricium et Domninum laudaverit.

1) Dictiones, quae hoc significent, nullae in Theodori Breviariis occurrunt. Quum Thalelaeus v. c. aliique antecessores in commentariis suis auditores quasi alloquantur, noster lectorem dumtaxat ob oculos habet; et ubi illi dicunt: *ἔγνωμεν* vel *προϊόντες σὺν θεῷ μαθησόμεθα* vel similia, Theodorus magis dicendi genere utitur huiusmodi: *ἔγνως, μὴ λάθῃ σε, ἀνάγνωθι καὶ μαθήσῃ.*

2) Vide §. XXXIII.

3) Vide §. XXIX.

4) Quod *Brissonius* (et ex eo *Vicatius*) eos, qui in scholis militarent, scholasticos dictos esse arbitrantur, hoc omnino falsum est. Provocant ad locos, ubi advocati sunt, qui scholastici vocantur.

5) Cf. etiam *Heimbach.* *'Αν.* to. I p. IV sq.

auctore, — nec ideo, quod eloquentiam et iura docuerit, — nam certe scripta eius praelectiones minime sapiunt, — sed quod unum restat, ab advocatione cognomen Scholastici habet. Igitur advocatis connumerandus est, qui, veluti Athanasius Scholasticus, Ioannes Scholasticus aliique in legibus per scripta exponendis operam suam collocaverunt [6]). Denique hoc ipsum in causa fuisse videtur, cur Codicem tantum et Novellas tractaverit noster, non etiam Institutiones aut Digesta; de quo vide, quae diximus supra §. XXIX.

§. LIV. *Theodorus Constantinopoli degisse et scripsisse videtur.*

Vidimus hactenus, Theodorum Hermopoli natum, deinde Constantinopoli eruditum, denique Scholasticum factum esse. Nunc autem videndum erit, in quanam urbe Scholasticus fuerit, i. e. ubi degerit et scripserit. Quae quidem inquisitio in coniecturis nititur tota; etenim neque ipsa Theodori scripta, quatenus supersunt, urbis, in qua vixerit, aliquam continent indicationem, neque apud alios auctores eiusmodi indicationem reperire mihi contigit. Quaestio autem haec esse videtur, utrum Theodorus in patriam reverterit et Hermopoli Scholasticus fuerit, an Constantinopoli Scholasticus factus remanserit; nam de aliis urbibus vix quisquam cogitaverit.

Et Theodorum quidem in patriam revertisse ibique inter advocatos receptum esse, nonnulla sunt, quae suadere videantur. Primum quod Hermopolitani cognomine constanter appellatur: quod cognomen, si Constantinopoleos incola mansisset, fortassis abiecturus fuisset. Deinde locus ex Breviario Theodori, ubi c. 11 C. *de advocatis diversorum iudiciorum* sic reddit: *Παρὰ τῷ ἄρχοντι ἢ παρὰ τῷ ἐκδίκῳ τῆς ἰδίας πόλεως συνιστάσθω ἕκαστος δικολόγος κ. τ. λ.*, quod vertunt (Basil. ed. *Heimbach*. to. I p. 345): „*Apud rectorem vel defensorem civitatis suae quilibet advocatus recipiatur*,“ quasi non potuerit quisquam extra patriam inter advocatos recipi. Verum nec hoc nec illo argumento quicquam probatur. Primum enim per se infirmum est: et Ioannes Laurentii Lydus, quamvis Constantinopoli versaretur, tamen Lydi cognomen a patria retinuit. Alterum vero errore versionis latinae nititur; nam, quod aperte demonstrat et totius loci sententia et textus const. 2 cit., verbum *συνιστάσθω* non sic erat vertendum: *recipiatur*, sed: *declaretur*, ut coniungeretur cum sequentibus *μὴ ὑποκείμενος ταξεωτικῇ τάξει* (l. *τύχῃ*), hoc scilicet sensu: Quilibet advocatus coram praeside vel defensore urbis patriae a curiali fortuna liber esse declaretur etc.

Quae quum ita sint, equidem Theodorum nostrum, ex quo tempore Stephani auditor fuerit, usque ad vitae suae exitum Constantinopoli commoratum esse crediderim. Nam postquam semel sive ob studia peragenda sive ob aliam causam Constantinopolin venerat, non video cur eum rursus ab hac urbe discessisse statuamus, ubi pro ingenii viribus et studiorum suorum genere commode vitam degere potuerit. Et Constantinopoli eum Scholasticum fuisse ibique Breviarium Codicis et Novellarum composuisse, illud etiam indicio est, quod haec Breviaria Constantinopoli in usu fuerunt, et quod Theodorus in conficiendo Novellarum Breviario collectionem CLXVIII Novellarum sequutus est, quae sine dubio originis est Constantinopolitanae. Itaque interim, donec meliora et certiora proferantur, Theodorum nostrum, postquam iuvenis in urbem regiam pervenisset, Constantinopoleos incolam mansisse arbitror, ubi et Scholasticus fuerit, et primum Codicis, deinde etiam Novellarum, quod supra vidimus, Breviarium composuerit.

§. LV. *Theodorus saec. VI exeunte floruit.*

Aetatem, qua Theodorus vixerit, alii aliter definierunt: alii Theodorum a. 533 a Iustiniano in inscriptione c. *Omnem* inter Antecessores commemorari, alii eum, utpote auctorem Eclogae Basilicorum, pos Alexium Comnenum vixisse statuerunt. Quorum coniecturae, supra §. XXV fusius expositae refutatione nunc non indigent, quippe quae erroribus istis, quos capite III et §. LIII detexi, nitantur. *Heimbachius* autem in *Ἀνεκδότ.* to. I p. 202 de aetate Theodori haec

6) Cf. *Heimbach* *Ἀνέκδ.* I p. XI.

habet: „Illud quidem *Bienerus*, praeeunte tamen *Reitzio*, invictis argumentis [1]) docuit, Theodorum Iustiniani temporibus vixisse. Eorum virorum doctorum scrinia compilare non lubet. Adde, quod Theodori in Iustiniani Codicem scholia, quae in Basilicis relata sunt, semper ubique ante Thalelaei commentarios ad eundem librum scriptos collocata habeantur. Qua in re Basilicorum architecti temporum seriem ordinemque videntur observasse. Huc accedit, quod ipse Thalelaeus ad const. 29 Cod. II, 4. (Basil. ed. *Heimb.* I p. 712) Theodorum Codicis interpretem laudaverit. Ut proinde satis appareat, alterum altero maiorem natufuisse aut certe aetate supparem." Quaepaulo festinantius a viro alioquin doctissimo dicta sunt. Neque enim semper ubique Theodori scholia scholiis Thalelaei in Basilicis praeposita sunt [2]): et quam nihil certi ex eiusmodi ordine colligi possit, optime monuit *Reitzius* post Theophilum p. 1233 his verbis: „Ordo, quo in scholiis Basilicorum commentationes ICtorum ad eundem locum successive sequuntur, nihil certi habet, unde tali argumento non utar. Nam licet v. c. Cyrillus praeponi soleat Stephano, et Thalelaeus Theodoro (sic!), hoc tamen haud raro aliter fit." Neque vero etiam Thalelaeus Theodorum unquam laudavit, sed loco supra laudato Theodori nomen ex ipsius Codicis MS, quem novissimus editor Basilicorum sequitur, auctoritate omnino delendum est [3]). Meliora sunt, quae *Heimbachius* verbis supra laudatis addit [4]); scilicet Theodorum imperatoris Tiberii tempora vivendo attigisse, quod collectione CLXVIII Novellarum, quae Tiberii Novellas contineat, usus esse reperiatur.

Hoc nimirum ita rationem habet, ut Theodorus noster ob rationem ab *Heimbachio* allatam certe post annum 575, quo edita est novissima constitutio in collectione CLXVIII Novellarum [5]), ad Novellas scripsisse videatur. Neque tamen in hoc subsistendum est: nam quaeritur adhuc, quanto tempore post annum 575 vixerit. Et Basilicis quidem antiquior esse debet, quippe in quorum scholiis scripta eius excepta sint [6]); deinde etiam Heraclio antiquiorem esse probabile est, quoniam ab Heraclio usque ad Basilium iurisprudentiae apud Graecos conditio ita tristis fuit, ut huic tempori vix quisquam Theodorum nostrum vindicaverit [7]); imo iam sub Mauricio Theodori Breviarium Novellarum extitisse videtur, tum quia ex hoc nonnullae epitomae in collectionem CLXVIII Novellarum in locum Novellarum quarundam latine editarum imperante Mauricio translatae sint [8]); tum quia Theodorus textu authentico Codicis ad Breviarium suum elaborandum usus sit, post Mauricium autem usus et peritia linguae latinae ita interierit, ut nemo posthac authenticis legum libris, quales a Iustiniano editi fuissent, amplius usus esse videatur [9]). Ex his intra annum 575 et annum 602, quo finitur Mauricii imperium, Theodori Breviarium Novellarum conscriptum esse, adeoque ipsum Theodorum hoc tempore floruisse colligitur. Quocum optime convenit illud, quod se discipulum Stephani esse profiteatur; intelligit enim haud dubie [10]) Stephanum antecessorem, qui post Theophilum, Dorotheum et Thalelaeum, i. e. post saec. VI medium, floruit.

§. *LVI. Graecorum de Theodoro iudicia.*

Breviariis Codicis et Novellarum, quae Theodorus Scholasticus, Hermopoli Thebaidos oriundus, sed postea Constantinopoli degens, circa finem saec. VI edidit, Graeci ab hoc inde tempore saepe multumque usi sunt. Enumeravi supra §. XXVII. XXXIV libros, quorum auctores Theodorum nostrum non tantum consuluerunt, sed etiam integros locos verbotenus ex eius Breviariis descripserunt et in proprium usum converterunt [1]). Sed etiam expressa testimonia auctoritatem Theodori apud posteros probant. Commendatur enim interpretatio eius ad const. 3 C. *de rebus creditis et iureiurando* tanquam necessaria a Scholiasta Basilicorum (ed. *Heimbach* to. II.

1) Scilicet hoc solo argumento, quod Domnini, Patricii et Stephani discipulus fuerit.

2) V. c. Basil. *Heimb.* II p. 570. 650. *Fabr.* III p. 584.

3) Vide quae observavi in *Wiener Jahrbb.* LXXXVII S. 99. sq. et Basil. *Heimb.* I p. 712 not. v.

4) Cf. etiam *Krit. Jahrbb. f. deutsche RW.* III, 2 S. 964.

5) Cf. Delineatio mea p. 10 not. 9.

6) Videsis §. XXVII.

7) Cf. *Αἱ ῥοπαί.* S. 70. Ὁ πρόχειρος νόμος p. XIII sq.

8) Cf. *Wiener Jahrbb.* LXXXVII S. 103.

9) Cf. Delineatio mea p. 5. 20.

10) Videsis §. LII.

1) Cf. *Wiener Jahrbb.* LXXXVI S. 81. LXXXVII S. 95.

p. 570); et ab imperatore Alexio Comneno (cf. Delineatio mea p. 128) laudatur tanquam ὀξὺς συνιδεῖν καὶ φωράσαι τὴν ἐγκαθημένην ταῖς νομικαῖς βαθύτησιν ἔννοιαν, h. e. *acutus in cognoscenda et indaganda sententia, quae profundissimis legum locis insit.*

Nonnumquam tamen Theodorus a recentioribus Graecis auctoribus reprehenditur. Sic διαψεύδεσθαι dicitur a Basilicorum Scholiasta (ed. *Heimbach II.* p. 654) et interpretatio eius ψευδής vocatur (ibid. p. 656). Deinde Athanasii magis quam Theodori interpretationem Nov. XC cap. 6 admittendam esse, Nomophylax quidam (sive Ioannes sive Gregorius Doxapater) monet in Basil. ed. *Heimbach* to. II. p. 424. Denique vel acrius in Theodorum nostrum invehitur Constantinus Nicaenus, qui in Basil. ed. *Heimbach* to. I p. 661 sic illum alloquitur: κακῶς οἶμαι τοῦτο λέγεις, et ibid. to. II. p. 661: καλὲ Θεόδωρε, οὐδ᾽ ὅλως ἐνενόησας τὴν διάταξιν.

Ut breviter dicam et Codicis Breviarium, quod Theodorus confecit, minori quidem auctoritate, quam Thalelaei commentarius, maiori autem, quam aliorum ad Codicem commentarii, gavisum est; et Novellarum Breviarium prae reliquis Novellarum commentariis placuisse Graecis videtur. Ita, ut vel saec. XI Codicem huius Breviarii cum exactissima diligentia exarare calligraphus operae pretium duxerit, et eodem circiter tempore alius ex Codice Theodori Synopsin erotematicam confecerit.

Caput quintum.

De Theodori Breviario Novellarum edendo, et de utilitate, quam criticae et exegesi iuris Iustinianei praebeat.

---

§. LVII. *Breviarii Novellarum utilitas in Codice restituendo conspicua.*

Theodori Breviarium Novellarum non minori fructu a nobis, quam a Graecis, consuli potest; quod non tam probare, quam potius indicare in sequentibus studebo. Utilitas autem Breviarii illius quum praefertim in Novellis interpretandis conspicua sit, tamen in Codice restituendo scilicet, non est nihili facienda.

Post *Cuiacii* et *Augustini* labores quam plurimos viros doctos Codici ex iuris Graeco-Romani reliquiis integritati suae restituendo operam dedisse, inter omnes constat. Et nuper demum *Wittius* (*die* leges restitutae *des just. Codex*) atque *Bienerus* (*Beiträge zur Revision des justinianeischen Codex*) de restitutione Codicis ita scripserunt, ut vix quicquam addi possit. Iam vero ea, quae *Wittius* et *Bienerus* protulerunt, maximam partem παραπομπαῖς illis ad Codicem, in Theodori Breviario Novellarum obviis, confirmantur. Denique ubi dissentiunt *Wittius* et *Bienerus* nunc ex Theodoro nostro modo huic modo illi victoria decernitur.

Ut exemplum afferam, *Bienerus* l. l. p. 68 ad lib. X Codicis, qualis in editionibus vulgatis habetur, haec notat: „*Es ist klar, dass zwischen Tit.* 22 — 31 [de decurionibus] *eine Rubrik in unsern Ausgaben fehlt, wahrscheinlich weil sie griechische Constitutionen hatte. Allem Ansehen nach ist diese in X. 27. zu suchen:* ut nemini liceat in emtione specierum se excusare et de munere sitocomiae, *so dass hier zwei Rubriken verschmolzen sind. Die* de munere sitoniae *wäre abzutrennen, und mit den griechischen Constitutionen, welche jetzt l. 2. 3. bilden, auszustatten, aus denen dann l. 1. 2. wird.* (*Die* Paratitla [Voëlli et Iustelli bibl. iuris can. to. II] *p. 1271 citiren auch wirklich die l. 3 unserer Ausgaben als l. 2.*) *Zugleich spricht dafür die Lesart eines Barberinischen Codex, wo in der Rubrik vor* de munere *das* et *fehlt, und was Contius 1562 aus einer Handschrift bemerkt:* Deest C. G. de munere sito. „Magis caute de eadem re *Wittius* l. l. p. 79 disseruit; ait enim:“ — *muss — zwischen Til. 27 und 31 ein Titel verloren gegangen sein. Wollten wir nun nach der Analogie anderer Fälle, in denen ein Titel ausgefallen ist, schliessen, so möchten wir geneigt sein, die 27. Rubrik selbst in zwei*

Hälften (Ut nemini liceat, in emptione specierum se excusare, *und* De Munere Sitoniae) *zu zerfällen; doch ist dabei bedenklich, dass grade die von den Paratitlen, als dem 27. Titel angehörig, citirten Constitutionen, sich vorzugsweise auf das* Munus sitoniae *zu beziehen scheinen. So wird es denn für einen künftigen Herausgeber am gerathensten sein, die bisherige Zählung bis zum 30. beizubehalten; dann aber den Titel* De Decurionibus, *der bisher für den 31. galt, als den 32. zu zählen.*" Utinam hoc consilium sequutus esset novissimus Codicis editor, *I. L. G. Beck,* qui nimis audacter coniecturam *Bieneri* arripuit. Iam enim Theodorus noster, passim ad lib. X Cod. tit. 30 de discussoribus tractantem provocans, ostendit, hunc *De discussoribus* titulum, sicuti in vulgatis editionibus tit. 30 fuerat, ita iure meritoque hunc locum obtinere; excidisse autem aliquem titulum inter hunc et sequentem, qui *De decurionibus* inscribitur, titulum, utpote quem tanquam tit. 32 eius libri idem variis locis laudaverit [1]).

§. *LVIII. Theodori Breviarium ad interpretationem Novellarum cum fructu adhiberi potest.*

Novellarum interpretatio Theodori Breviario multifariam adiuvatur.

Primum enim Novellarum *historia* hoc opere non parum illustratur. Certiora iam de forma erui possunt, quam collectio CLXVIII Novellarum initio habuerit, et de tempore, quo in hanc formam excreverit [1]). Nonnulla etiam in Breviario illo reperiuntur, quae ad quaestionem de geminatis in illa collectione constitutionibus [2]) faciant: et de indole atque historia Indicis Reginae, quem vocant, nunc similiter veriora proferri posse videntur [3]).

Deinde ad percipiendam Novellarum *sententiam* epitomae Theodori maximae utilitatis sunt. Non quidem ideo, quod de mente et sententia singularum constitutionum data opera exposuerit: eiusmodi enim tractatus in Breviario epitomisve non sunt quaerendi; — sed propterea, quod locos convenientes Codicis, qui aut tolluntur aut mutantur aut confirmantur Novellis, diligentissime Theodorus noster in παραπομπαῖς laudaverit. Quocirca non possum, quin hocce Novellarum Breviarium viris doctis iterum atque iterum commendem. Nimirum eiusmodi παραπομπαί tum ad historiam iuris et legum enucleandam tum ad sententiam legis illustrandam quamplurimum conferunt, nec a quoquam perfectius vel diligentius compilatae sunt, quam ab eo, quem hoc nomine inprimis laudamus, Theodoro Hermopolitano.

Denique *criticae* Novellarum Theodori opus bellissimum subsidium est. Quod sicuti probatione non indiget, ita tamen sequenti paragrapho exemplis quodammodo illustrandum erit.

§. *LIX. Usus criticus Breviarii.*

Rubricae sive tituli Novellarum, qui in Breviario nostro habentur, quum in brevius contracti sint (§. XXVIII), ad rubricas sive titulos collectionis CLXVIII Novellarum perpoliendos non multum conferunt. Sed ad hoc quodammodo prosunt, ut intelligatur, quam parum apte *Cuiacius* in Expositione collectionis CLXVIII Novellarum Indicem Reginae sequutus sit: quippe qui, quod nunc ex Breviario cognoscimus, non genuinos collectionis istius titulos sive rubricas, sed a Theodoro nostro in epitomen contractos contineat.

Maior utilitas Breviarii est in *textu* Novellarum critica arte constituendo. — Primum enim verba initialia cuiusvis Novellae in illo habentur, ut cum textu comparari possint. In quo nonnunquam varietatem lectionis observare est notatu vel maxime dignam; veluti in Nov. XVII, ubi praefationi illi Ἤδη μὲν ἐν τῷ γενικῷ aliam quandam praefatiunculam ad Quaestorem latine scriptam (*Ex libris antiquis*) non solum in libro Authenticorum, sed etiam in Graecorum exemplaribus antepositam fuisse, ex Theodoro nostro discimus [1]). — Deinde summaria sive

1) Cf. Nov. XVII not. 12 Nov. XXIV not. 3. Nov. XXXVIII not. 10.

1) Cf. *Wiener Jahrbb.* LXXXVII S. 103.

2) *Biener Gesch. d. Novellen.* S. 103 ff, cf. v. c. Nov. XLI et L.

3) Cf. §. XXVIII. Idem Index ex Theodoro nostro suppleri et emendari potest.

1) Cf. *Athanasius* IV, 3. (*Heimbach* 'Ἀν. to. I p. 52.) — *Biener Gesch. d. Novellen* S. 442.

epitomae singularum Novellarum aliquando ostendunt, Theodoro ob oculos fuisse textum Novellae diversum ab eo, qui in Haloandrina et Scrimgeriana editione habeatur. Quod uti futurus Novellarum editor facile animadvertet, ita passim a me in notis (v. c. Nov. CXXXI not. 8) observatum est.

Ultimo sed non infimo loco ponenda est utilitas Breviarii in *subscriptionibus* Novellarum tam castigandis quam supplendis. *Heimbachius* quidem (*Krit. Jahrbücher f. deutsche RW. III, 2 S. 964*) sibi persuasit: „*dass die Novellensammlung des Theodorus für die Berichtigung der Subscriptionen in den Justinian'schen Novellen von geringerer Bedeutung sein wird, als die des* Athanasius;" sed in subscriptionibus Novellarum Iustiniani emendandis profecto non minor est Theodori, quam Athanasii utilitas: et subscriptiones Novellarum Tiberii, quas nec Athanasius nec alii fontes praeter collectionem CLXVIII Novellarum continent, e Theodoro demum restitui possunt. De quo videsis Historiae iuris GR., quam edidi, delineationem p. 9 not. 7 et p. 10 not. 8. 9.

§. LX. *De Breviario Novellarum Theodori edendo.*
A. Subsidia editionis.

Quantam utilitatem Breviarium Theodori nobis praebeat vel praebere possit, ex iis, quae hactenus exposui, ita apparet, ut ulteriori commendatione hoc opus, quod edimus, indigere minime videatur. Sed iam necessarium est, ut de hac nostra editione, quae subsidia adhibuerimus, quomodo textum graecum et translationem composuerimus, denique quid in notis praestare voluerimus, breviter dicamus.

Et subsidia quidem editionis haec tantum fuerunt: Codex maximae Laurae, Collectio CLXVIII Novellarum, Basilica eorumque scholia, denique Codex Bodleianus 3399. — Codicem maximae Laurae supra, quod satis sit, descripsi. (§. XXI sq.) Is Theodori Breviarium integrum continet, nisi quod in fine uno pluribusve foliis mutilus est, ita ut Breviarium illud in rubrica Nov. CLXVI desinat. Qui defectus et in editione mea reperietur, quoniam ex aliis subsidiis suppleri non potuit. — Collectionis CLXVIII Novellarum ad manus mihi fuit editio tam *Haloandrina* quam *Scrimgeriana*, quarum illa plures, haec pauciores epitomas e Theodori Breviario exceptas complectitur. — Quod ad Basilica eorumque scholia attinet, quae plurima Theodori fragmenta in se continent, usus sum editione *Fabroti* et *Heimbachii* [1]). — Denique etiam Codex Bodleianus 3399, cui Epitome ad Prochiron mutata inest, plurima Theodori fragmenta habet, eiusque apographo usus sum, quod ipse anno 1835 Oxoniae exaravi. —

Inter subsidia etiam connumerari possunt: *Fragmenta libri a Theodoro Hermopolitano de Iustiniani Novellis compositi, quod eius fieri potuit, in integrum restituta* ab *Heimbachio* '*Ανεκδ.* to. I p. 224—259, de quibus iam supra dixi §. XXVII. Is ex collectione CLXVIII Novellarum, e scholiis Basilicorum, e Codice Bodleiano 3399 et aliis quibusdam fontibus Theodori Breviarium restituere conatus est, eiusque opera mihi certe maximae utilitatis fuit.

Heimbachius autem, sicuti observavi, praeter subsidia a me adhibita ad restituendum Theodori opus aliis etiam subsidiis usus est; idemque de Theodori editione a me procuranda in ephemeridibus, quibus titulus est: *Kritische Jahrbücher für deutsche RW. III, 2 S. 976* sic loquitur: „*Für die kritische Feststellung des Textes wird der Verfasser auch eine bisher unbenutzte Quelle, deren Bekanntschaft Referent erst der Güte* Biener's *verdankt, nachträglich brauchen können, nemlich des sogenannten* Theodorus Hermopolita *Commentar zu den ersten zehn Büchern der Basilika. In diesem Werke finden sich nemlich viele, aus dem ächten Novellentexte genommene Stellen der Basiliken, wie z. B. im fünften Buche dieses Gesezbuches durch die in den Text aufgenommenen Summen des Theodorus verdrängt, und grade diese Summen werden daselbst ausdrücklich dem Theodorus zugeschrieben.*"

Quaeret igitur aliquis, cur nec reliquis subsidiis ab *Heimbachio* adhibitis, neque Ecloga illa lib. I—X Basilicorum usus sim. Causae cur ita facerem, hae fuerunt. Nimirum in omnibus

1) Tomi II editionis *Heimbachianae* fasciculi ultimi tum demum editi sunt, quum absoluto Breviario ad prolegomena elaboranda progressus essem.

istis libris, quibus praeterea *Heimbachius* ad restituendum Theodori Breviarium usus est, et similiter in Ecloga lib. I—X Basilicorum reperiuntur quidem Theodori fragmenta: ea autem non ex ipso Theodoro immediate, ut ita dicam excepta sunt, sed potius ex Basilicis Basilicorumve scholiis. Itaque sicubi extant Basilica cum scholiis integra, libris istis omnino non opus est [1]); sed et ubi textus Basilicorum vel scholiorum deperditus est, ad crisin Breviarii non multum conferunt, quippe quae non ex ipso Theodoro excepta sed ex Basilicis depravata sint. Igitur rectius me facturum esse putavi, si penitus ab iis abstinerem, ne forte lectiones incertas in textum intruderem aut iis notas frustra refercirem.

§. LXI. *B. Conformatio textus.*

Textum Breviarii nostri ex subsidiis, quae supra descripsi, ita conformavi, ut regulariter *lectionem Codicis in monasterio maximae Laurae reperti* sequerer. Is tamen in nonnullis verbis scribendi genere plane peculiari conspicuus est, puta quod quasi constanter scriptum habeat: *χωρηγεῖν* pro *χορηγεῖν*, *ὑπατία* pro *ὑπατεία*, *ποστιμώρειον* pro *ποστημόριον*, *σημείον* pro *σημείωσαι*, *λεγχθείς* et *ἐλέγχθη* pro *λεχθείς* et *ἐλέχθη*, *ἐνόμοτος* vel *ἐνόμωτος* pro *ἐνώμοτος*, et quae sunt eius generis reliqua. Haec ego pro vitiis habenda ideoque corrigenda esse putavi; quamquam *ὑπατία*, *λεγχθείς* etc. tam saepe a librariis saeculi X et sequentium scribatur, ut certe hoc tempore ista scribendi ratio pro vera habita esse videatur.

Praeterea Codex maximae Laurae, licet in universum accurate et diligenter exaratus sit, nonnullis tamen locis, sive culpa librarii sive culpa prototypi, lacunas habet et corruptelas. Sic passim verba initialia Novellarum [1]), nonnunquam etiam subscriptiones [2]) exciderunt: in textu etiam haud ita raro corruptelae reperiuntur [3]), imo singula plurave verba desunt [4]), modo spatio relicto tamquam lacunae signo, modo non. Has corruptelas et lacunas partim ex reliquis subsidiis criticis correxi, partim coniectura emendare conatus sum. Neque enim hoc solum egi, ut lectionem Codicis maximae Laurae puram putam repraesentarem, sed ut *editoris officio* fungerer et Theodori Breviarium lectu et intellectu iucundum et expeditum redderem. Quamquam voces initiales Novellarum et subscriptiones, si vel aperte vitiosae essent, intactas reliqui, nec supplevi, sicubi deficerent. Credebam nimirum legentium haud interesse, ut illae in *Breviario* nostro emendarentur vel restituerentur. Utilitas earum potissimum in hoc est posita, ut crisin Novellarum ipsarum adiuvent: quam utilitatem eo maiorem fore arbitrabar, quo fidelius scripturam Codicis maximae Laurae in his expressissem.

Caeterum in Codice maximae Laurae fere semper *βιβλίον*, *τίτλος*, *διάταξις* integris literis scribitur. Ego vero haec verba per abbreviationem exprimi curavi, hoc modo: *βι.*—*τί.* [5]) —*διάτ.* Quod uti feci, ne in nimiam molem hic liber excresceret et maiori pretio constaret, ita me propterea excusatum iri confido.

§. LXII. *C. Versio latina.*

Textui graeco e regione addidi *novam versionem latinam.* Nonnulla quidem Breviarii nostri fragmenta, quae in Haloandrina vel Scrimgeriana collectione CLXVIII Novellarum, in Basilicis aliisque iuris Graeco-Romani libris edita habentur, ab *Haloandro*, *Herrelo*, *Cuiacio*, *Fabroto*, *Heimbachiis* fratribus aliisque latine versa extant; sed et in his nova versione opus erat, non quidem ideo, quod illi graeca minus recte in latinum sermonem transtulissent, sed ut tota Breviarii versio unius eiusdemque indolis esset nec ex variis variorum versionibus quasi consarcinata et compilata esse videretur. Neque tamen versiones illas plane neglexi, sed potius contuli adeoque in notis ad textum hic illic laudavi.

---

1) Cf. Nov. CXLIV. CL. CLI. etc.
2) Cf. Nov. CXXXIX. CXLI. CLI etc.
3) Cf. Nov. CXLVII c. 2 etc.
4) Cf. Nov. XIII. XXIII. XXIX. LIX. XC etc.

5) His abbreviationibus fere Graeci utebantur. Minus Graeca est abbreviatio, quam alii adoptarunt: *βιβλ.* — *τιτλ.* —

Caeterum in conficienda versione mea, quae multis fortasse minus latine scripta esse videbitur, sequutus sum *Heimbachii* auctoritatem et exemplum, qui to. I *Ἀνεκδότων* p. LXXXVII de versione latina ad Athanasii Epitomen conficienda sic loquitur: „quodsi de me quaeras quale dicendi genus in Latina translatione conficienda sim secutus, sic habeto: me, licet puritatis linguae Latinae amantissimum, tamen committere noluisse, ut, qui scriptor Graecitatis senescentis vestigia quam plurima haberet, idem civitate Romana donatus Ciceronis, Sallustii, Livii dicendi genus referret. Huc accedit plurimum difficultatis ex eo, quod iis, quibus Athanasius vixit, temporibus, multae et aliae voces Graecae in usu fuerunt, quae ne possint quidem ullo modo ad priscorum illorum temporum puritatem Latino sermone reddi. Itaque senescentem Graecitatem cum Latinitate senescente contendere malui, quam dissimilibus dissimilia componere.“ Quae omnia etiam de mea Theodori versione dicta intelligas. Hoc unum addo, quod in vertendo Theodori Breviario prae caeteris consuluerim librum Authenticorum sive versionem vulgatam Novellarum et Iuliani antecessoris Epitomen, utpote quae tum genii tum latinitatis illorum temporum fidelem quasi imaginem reddere viderentur.

§. LXIII. D. Notae.

Notae, quae textui subiectae sunt, maxime ad apparatum, quem vocant, criticum pertinent, et raro tantum ea attingunt, quae ad meram sententiae interpretationem spectant.

Nimirum continent primum ea, quae de Codicis maximae Laurae scriptura dicenda erant. Quam sicubi in textus constitutione non sum sequutus, in notis religiose repraesentavi. Sed si saepius idem scripturae vitium recurreret, v. c. in verbo *ποστιμώρειον* etc. (§. LXI), semel tantum hoc in notis commemoravi, quamvis constanter correxerim. — Paginas Codicis non adnotavi, licet *Heimbachius Ἀνεκδ.* to. II p. 297 de eo me admonuerit; etenim utilitatem, quam eiusmodi adnotatio hoc certe casu praebere possit, equidem nullam cernere potui, ideoque tam lectori quam editori et typothetae parcere malui.

Praeterea in notas conieci lectionis varietatem ex Haloandrina et Scrimgeriana editione collectionis CLXVIII Novellarum atque ex Basilicis eorumque scholiis, denique ex Codice Bodleiano 3399 enotatam. Neque tamen omnes omnino variantes lectiones retuli, quod in verbis aperte corruptis vel in accentibus perperam collocatis longum et prorsus inutile esset, sed tantum eas, quae vel aliquatenus ferri posse vel novis fortasse coniecturis originem daturae esse viderentur. — Caeterum quinam loci ex Theodori Breviario in libros istos relati sint, nunc in tabula ita recensere constitui, ut indicem singula deinceps Breviarii nostri capita, quae et quo loco in libris modo laudatis nec non in collectione et restitutione fragmentorum Theodori ab *Heimbachio* (*Ἀνεκδ.* to. I) instituta reperiantur. Quae tabula uno quasi obtutu ob oculos ponet, quot fragmenta Breviarii in dictis libris servata sint, et utrum *Heimbachius* ea in collectionem, quam instituit, receperit nec ne. Denique ideo necessaria erat, ut notae textui infra subiectae intelligi possent. Ibi nimirum variantes lectiones ex *Hal.*, *Scrimg.*, *Bas.* (Basil.), *Bodl.* (Bodlei.) [1]) hoc est, quod per se patet, ex *Haloandro*, *Scrimgero*, Basilicis, Codice Bodleiano 3399, ad verba contextus adnotavi; non tamen addidi, quo loco apud *Haloandrum* etc. idem textus extaret. Iam vero hoc docebit tabula nostra. Exempli gratia infra ad Novellae CXLIII cap. 4 verb: „*ἁρπάσαντι*“ habetur nota 10, quae sic audit: „Hal. et Bas. *ἁρπάζοντι*.“ Si quaeras, ubinam apud *Hal.* et in *Bas.* caput illud Nov. CXLIII reperiatur, evolve tabulam sequentem, ubi scriptum invenies, Nov. CXLIII epitomen haberi in Basil. ed. *Fabrot* to. VII p. 913 sqq. et in *Haloandri* editione Novellarum no. 143. — Insuper hoc animadvertendum est, in locis Theodori nostri, qui vel apud Hal. et Scrimg. vel in Bas. et Bodlei. habeantur, saepissime integras *παραπομπάς* deesse: id autem a me non esse notatum. Nempe non sunt nisi *exceptiones* ex Theodori Breviario, quae in hos libros relatae sunt: ut proinde ad crisin Breviarii hoc tantum scire nostra intersit, quid exceptum sit, non autem quid omissum.

Subiicio tabulam, cuius indolem et naturam hactenus explicavi.

---

1) Nota „Cod.“ significat Codicem maximae Laurae, quem pro fundamento habui.

			Bodlei. 3399.	Basil. ed. Fabrot.		Heimb. Ἀν.to.I.
Nov. I	c. 1	—	fol. 130 sq.	V p. 482		p. 224
	c. 2	—	fol. 131.	ibid.		ibid.
	c. 3	—	ibid.	—	—	p. 225 not. 33
	c. 4	—	fol. 131 et 132	V p. 484		p. 225
	c. 5	—	fol. 188	ibid.		—
	c. 7	—	—	V p. 485		p. 225
	c. 8	—	fol. 131	ibid.		—
	c. 9	—	--	ibid.		—
Nov. II	c. 4. 5.	—	fol. 1	—	—	—
	c. 6	—	fol. 2	—	—	—
	c. 7	—	fol. 3	—	—	—
	c. 8. 9	—	fol. 32	—	—	—
Nov. VI	c. 18	—	—	—	—	p. 225
Nov. VIII	c. 1	—	—	I p. 191		—
	c. 8	—	—	I p. 192		—
	c. 9	—	—	I p. 188		—
	c. 10	—	—	I p. 191		—
	c. 11	—	—	ibid.		—
	c. 15	—	—	I p. 192		—
	c. 17	—	—	I p. 193		—
Nov. XII	c. 1	—	fol. 14 sq.	IV p. 312		p. 226.
	c. 2-4	—	fol. 15	IV p. 312 sq.		ibid.
	c. 5	—	—	ibid.		ibid.
Nov. XVII	c. 4	—	—	I p. 183		—
	c. 7	—	—	I p. 192		—
	c. 12	—	fol. 153	—	—	—
	c. 14	—	—	I p. 194		—
	c. 22. 23.	—	—	I p. 195		—
Nov. XVIII	c. 1	—	—	V p. 486		p. 227.
	c. 3	—	—	ibid.		ibid.
	c. 4	—	fol. 118	ibid.		ibid.
	c. 5	—	—	ibid.		ibid.
	c. 6. 7	—	fol. 16	—	—	—
	c. 8	—	fol. 16	V p. 537		—
	c. 9	—	fol. 131	—	—	—
	c. 10	—	fol. 66	III p. 345 (Heimb. II p. 654)		—
	c. 11	—	—	III p. 346 (Heimb. II p. 654)		p. 227.
	c. 12. 13	—	fol. 66	—	—	—
	c. 14	—	fol. 58	—	—	—
Nov. XXI	—	—	—	VI p. 139		p. 228.
Nov. XXII	c. 4	—	fol. 43	—	—	—
	c. 7	—	—	IV p. 279		p. 228.
	c. 8. 9	—	fol. 49	IV p. 340		—
	c. 10	—	—	IV p. 279 et 340		p. 228.
	c. 11	—	—	IV p. 280		—
	c. 15	—	—	IV p. 307		—
	c. 17	—	—	IV p. 280		p. 228.

			Bodlei. 3399.	Basil. ed. Fabrot.	Heimb. Ἀν.to.I.	
Nov. XXII	c. 22	—	—	IV p. 447	p. 228.	
	c. 23	—	fol. 1	IV p. 448	p. 229.	
	c. 24-26	—	—	IV p. 488 sq.	p. 229 sq.	
	c. 27	—	fol. 18	IV p. 489	p. 230.	
	c. 28	—	—	IV p. 490	ibid.	
	c. 29. 30	—	fol. 1	ibid.	p. 231.	
	c. 31	—	—	IV p. 491	ibid.	
	c. 32	—	fol. 2	ibid.	p. 232.	
	c. 33. 34	—	—	ibid.	ibid.	
	c. 35	—	fol. 3	IV p. 492	p. 233.	
	c. 36	—	—	ibid.	ibid.	
	c. 38	—	—	— —	ibid.	
	c. 39-43	—	—	IV p. 492 sq.	p. 234.	
	c. 44	—	fol. 2	IV p. 493	p. 235 sq.	
	c. 45	—	—	IV p. 494	p. 236.	
	c. 46-48	—	fol. 1	ibid.	ibid.	
	c. 49-51	—	—	IV p. 495	p. 237.	
	c. 52	—	fol. 3	IV p. 492	p. 233.	
	c. 53	—	—	ibid.	ibid.	
	c. 54. 55	—	—	IV p. 493	p. 235.	
	c. 56	—	—	— —	ibid. not. 76.	
Nov. XXXII	—	—	—	III p. 478 (Heimb. II p. 732)	p. 237.	
Nov. XXXIII	—	—	—	— —	—	Hal. Nov. 33.
Nov. XXXIV	—	—	—	— —	—	Hal. Nov. 34.
Nov. XXXV	—	—	—	I p. 206	—	Hal. Nov. 35.
Nov. XXXVI	—	—	—	VI p. 138	—	Hal. Nov. 36.
Nov. XXXVII	—	—	—	I p. 24	—	Hal. Nov. 37.
Ὁ χειροτονῶν ὑπὲρ τὸ εἰρημένον μέτρον οἴκοθεν ἐπιγνώσεται τὴν τῶν χειροτονουμένων δαπάνην· καὶ γὰρ οὐδὲ ἐν ταῖς λοιπαῖς ἐκκλησίαις οὐκ ὀφείλει τὶς χειροτονεῖσθαι ὑπὲρ τὸν ὡρισμένον αὐταῖς ἀριθμόν, κἂν ἀδιάριος εἴη. ἀνάγνωθι τὸν γ' τί. τοῦ α' βι. τοῦ κώδ.

Οἱ παραβαίνοντες τὴν παροῦσαν διάταξιν ὑπὸ ἐκκλησιαστικῶν γίνονται ἐπιτιμίων.

Μὴ[4] *μετατιθέσθω σουπερνούμερος κληρικὸς ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ. τοῦτο ἀναιρεῖ ἡ ις' νεαρά. ἀνάγνωθι τὸν β' τί. τοῦ α' βι. τοῦ κώδ.*

Μὴ[5] *μεταβαινέτω μοναχὸς εἰς ἕτερον μοναστήριον. φησὶ γὰρ ἡ ρκγ' νεαρά, ὅτι, εἰ τοῦτο ποιήσει, ἀπόλλυσιν ἃ τῷ πρώτῳ μοναστηρίῳ προσήγαγεν, καὶ οὐδὲ προσδέχεται κατὰ τὴν ε' ὁμοίως νεαράν.*

Αἱ πρόσοδοι τῶν ἐκκλησιῶν εὐσεβῶς δαπανάσθωσαν. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἀπριλλίῳ τῆς ὑπατείας βελισαρίου.

Novella III.

De clericis Constantinopoleos.

Iam quidem communi et generali lege.

1. Praesens constitutio definit numerum clericorum ecclesiae Constantinopoleos, praecipiens, ut sint presbyteri quidem LX, diaconi C, diaconissae XL, subdiaconi XC, lectores CX, cantores XXII, ostiarii C. Lege lib. I Cod. tit. 2 const. 4, ubi dicitur, quod CL decanos habere debeat.

2. Qui supra dictum numerum ordinat, de suo sumtus ordinatorum praebebit: etenim ne in reliquis quidem ecclesiis quisquam ordinari debet ultra statutum earum numerum, licet absque diariis fiat. Lege tit. 3 lib. I Cod.

3. Qui praesentem constitutionem transgrediuntur, ecclesiasticis poenis obnoxii sunt.

4. Clericus, qui super numerum est, ad magnam ecclesiam ne transfertor. Hoc tollit Nov. XVI. Lege tit. 2 lib. I Cod.

5. Monachus ad aliud monasterium ne transito. Nov. enim CXXIII, eum, si hoc fecerit, amittere, quae in prius monasterium attulit, et similiter Nov. V eum ne recipi quidem dicit.

6. Reditus ecclesiarum in pias causas impendantur. ***Data mense Aprili Belisario Consule.***

---

28) Idem: *καθὼς κεῖται θ' τί. βι. ε' τοῦ κώδ. καὶ ἐν τῇ κβ' νεαρᾷ ὁμοίως φησίν.*
29) Rectius deest in Bodl.
30) Bodl. *ἡ προίξ.*
31) Cod. *αὐτῷ.* — Caeterum haec verba: *εἰ δὲ μέρος—ἕδνα* in Bodl. desunt.
32) In eodem verba *πᾶσα ἡ* desiderantur.
33) Codex hanc § a praecedenti non separat.

1) Nov. 3 cap. 1 §. 1 habet *κί.* Rectius, ni fallor: conferas tamen Novellam Heraclii in *Leunclav.* IGR. I. p. 78. et *Voelli* et *Iustelli* bibl. iuris can. II. p. 1367.
2) Cod. *α'.*
3) In Cod. Iustin. est CML. Vide tamen *Voelli* et *Iustelli* bibl. l. c. p. 1243.
4) Codex hanc § a praecedenti non separat.
5) Etiam haec Codex uno tenore scripta addit.

Νεαρὰ δ'.

Περὶ ἐγγυητῶν καὶ ἀντιφωνητῶν καὶ μανδατόρων.

Νόμον παλαιόν.

Πρότερον χωρείτω ὁ δανειστὴς κατὰ τοῦ πρωτοτύπου παρόντος καὶ εὐποροῦντος. εἰ γὰρ ἄπεστιν[1]) *ἢ ἀπορεῖ, τότε κινείτω κατὰ τῶν ἐγγυητῶν αὐτοῦ, λαμβανόντων δηλατίονά τινα ἐφ' ᾧ ἵνα ἀγάγωσι τὸν πρωτότυπον, ἵνα αὐτοὶ τὸ ἱκανὸν ποιήσωσιν αὐτῷ, ἐκχωρούμενοι μέντοιγε τὰς κατὰ τοῦ πρωτοτύπου ἀγωγάς. ἀνάγνωθι τὰς ὑποκειμένας διατάξεις τῷ μ' τι. τοῦ η' βι. τοῦ κώδ.*

Δεῖ[2]) *πρῶτον τοὺς δανειστὰς* PERSONAL*ίως κινῆσαι κατὰ τῶν πρωτοτύπων, καὶ τότε ὁμοίως χωρῆσαι κατὰ τῶν ἐγγυητῶν, καὶ μετὰ ταῦτα ἐνάγειν τοῖς διαφέρουσι τοῖς πρωτοτύποις, καὶ ὕστερον ἐνάγειν κατὰ τῶν διαφερόντων τοῖς ἐγγυηταῖς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν ἐνεχομένων αὐτοῖς. ἀνάγνωθι τὸ τέλος τῆς ριε' νεαρᾶς.*

Δύναται[3]) *ὁ δανειστὴς κινῆσαι καὶ περσοναλίως καὶ ὑποθηκαρίως*[4])*, οὐ μὴν ἀλλὰ κατὰ τοῦ μανδάτορος αὐτοῦ καλῶς κινεῖ τὸν ὅμοιον τρόπον. τί γάρ; ὅτι ἐνετείλατό τις αὐτῷ δανεῖσαι, ἀλλ' ὁ ὑποθέμενος τὰ ἑαυτοῦ.*

Ἐὰν μὴ εὐπορεῖ χρήματα ὁ χρεώστης, μήτε ἄλλων κινητῶν πραγμάτων, ἀναγκάζεται ὁ δανειστὴς λαβεῖν τὰ καλλίονα τῶν ἀκινήτων αὐτοῦ, δοκιμαζόμενα μέντοιγε ὑπὸ τῶν ἀρχόντων, καὶ παρεχόμενα τῷ χρεώστῃ[5]) *μετὰ ἀσφαλείας. εἰ δὲ μὴ θελήσει λαβεῖν αὐτά, ὀφείλει εὑρεῖν τὸν ἀγοράζοντα, ἵνα αὐτὸς πληρωθῇ. ἀνάγνωθι βι. ζ' τοῦ κώδ. τι. οα'. ἰστέον δέ, ὅτι τὰ εἰρημένα κρατεῖ οὐ μόνον ἐπὶ δανειστῶν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πάντων τῶν ὁθενδήποτε χρεωστουμένων καὶ ἀπαιτούντων τινά, ὑφεξῃρημένων τῶν ἀργυροπρατικῶν ἀντιφωνήσεων. ἀνάγνωθι δὲ τὴν ρλς' νεαράν. σημείωσαι οὖν ἐντεῦθεν, ὅτι ὁ δανειστὴς νοεῖται ὁ χρεωστούμενος ὁθενδήποτε. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἀπριλλίῳ ὑπατείᾳ βελισαρίου.*

Novella IV.

De fideiussoribus et constitutae pecuniae reis et mandatoribus.

Legem antiquam.

1. Creditor primum conveniat debitorem principalem, si adsit et locuples sit. Quodsi abest vel pauper est, tunc [actionem] moveat adversus fideiussores eius, (qui [tamen] dilationem aliquam accipiunt, ut debitorem principalem sistant,) ut ipsi ei satisfaciant, cessis adversus debitorem principalem actionibus. Lege constitutiones, quae sunt in tit. 40 lib. VIII Cod.

2. Creditores primum in personam actione adversus principales debitores experiri debent, et tunc similiter fideiussores convenire, et postea persequi ea, quae debitorum principalium sunt, denique ea, quae fideiussorum sunt, persequi vel eos convenire, qui his tenentur. Lege finem Nov. CXV.

3. Creditor tam in personam quam hypothecaria actione uti potest, imo adversus mandatorem suum eodem modo recte agit. Quid enim, si quis ei mandavit, ut mutuam pecuniam daret, isque bona sua obligavit?

4. Si non habeat pecuniam debitor, neque alias res mobiles, creditor cogitur ex immobilibus eius, quae meliora sunt, accipere, ita tamen ut a praesidibus aestimentur, et creditori (?) cum cautione dentur. Si tamen ea accipere nolit, emtorem invenire debet, ut ipsi solvatur. Lege lib. VII Cod. tit. 71. Sciendum autem est, supradicta non tantum in creditoribus valere, sed etiam in omnibus, quibus ex qualibet causa obligatus est aliquis et actione obstrictus, exceptis argentariorum constitutis. Lege Nov. CXXXVI. Nota igitur hinc, quod creditor is intelligitur esse, cui ex qualibet causa aliquid debetur. *Data mense Aprili Belisario Consule.*

Νεαρὰ ε'.

Περὶ μοναχῶν.

[Ὁ ἐν ἀσκήσει μοναχικῇ βίος.][1])

Ἐὰν μοναστήριον κτίζεται, εὐχὴ ἐπ' αὐτῷ γίνεται ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ ὁ τίμιος σταυρὸς πηγνύσθω. ἀνάγνωθι τὸν β' τι. τοῦ α' βι. τοῦ κώδ. διάτ. ιε'.

Ὁ θέλων μονάσαι παραμείνῃ ἐπὶ γ' ἔτη, καὶ τότε λαμβανέτω τὸ σχῆμα. καὶ εἰ μὲν ἐλεύθερος εἴη, μει-

Novella V.

De monachis.

[*Exercitationis monasticae vita.*]

1. Si monasterium aedificatur, precatio ob id ab episcopo fit, et honoranda crux figatur. Lege tit 2 lib. I Cod. const. 15.

2. Qui monachus fieri vult, tres annos expectet, et tunc monasticum habitum accipiat. Et siquidem

---

1) Cod. *ἀπέστιν.* Cf. Nov. XV not. 10.
2) Cod. uno tenore praecedentibus haec coniungit.
3) Cod. uno tenore.
4) Cod. *περσονάλιος καὶ ὑποθηκάριος.*
5) Codicis lectio aperte vitiosa est. Aut *παρὰ τοῦ χρεώστου* aut *τῷ δανειστῇ* legendum est
1) A recentiore manu haec verba adscripta sunt.

νάτω ἀνεπιβούλευτος διαφυλαττόμενος· εἰ δὲ δοῦλός ἐστιν, ἐλευθερούσθω μετὰ[2]) γ' ἔτη. εἰ δὲ πρὸ τῆς τριετίας δουλαγωγήσει τις τὸν θέλοντα μονάσαι ὡς κλέψαντα, δεικνύων αὐτὸν περὶ τὰ ἄλλα πονηρόν, καλῶς ἐκδικεῖ αὐτὸν μετὰ τῶν ἐξαιρεθέντων, λόγον[3]) μέντοιγε ἀπαθείας αὐτῷ διδοὺς καὶ μηδὲν αὐτὸν καταβλάπτων ψευδῶς περιτυχεῖν[4]). ἰστέον δέ, ὅτι οὐκ ἀπαιτεῖ αὐτὸν εἰ μὴ μόνον τὰ ἀφαιρεθέντα, κἂν μετὰ τὴν τριετίαν κἂν πρὸ τῆς τριετίας αὐτὸν ἐξεδίκησεν. ἀνάγνωθι δὲ τὴν λζ' διάτ. τοῦ γ' τί. τοῦ α' βι. τοῦ κώδ. καὶ τὴν ρκγ' νεαράν.

Κοινόβια ἔστωσαν τὰ μοναστήρια, εἰ μὴ ἄρα ἀναχωρητῶν[5]) ἢ ἡσυχαστῶν εἴη. ἀνάγνωθι τὴν ρλγ' νεαράν.

Ὁ μοναχὸς εἰ ἕτερον βίον ἕληται, προσκυροῦται τῷ μοναστηρίῳ, ὅσα εἶχεν μέλλων μονάσαι. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τι. γ' διάτ. λη', ἔνθα διάστιξίν φησι περὶ τῶν ἀκινήτων καὶ κινητῶν αὐτοῦ πραγμάτων· μὴ λάθῃ δέ σε ἡ ος' νεαρά, ἀλλὰ ἀνάγνωθι αὐτάς[6]).

Ὁ εἰσιὼν εἰς μοναστήριον διατιθέτω τὰ καθ' ἑαυτὸν πρὸ τῆς εἰσόδου αὐτοῦ, ἐπεὶ προσκυροῦται τῷ μοναστηρίῳ πάντα τὰ αὐτοῦ. ἀνάγνωθι τὴν ος' καὶ τὴν ρκγ' νεαράν.

Ὁ μονάζων εἰ παῖδας ἔχει, τὸ ἐξ ἀδιαθέτου αὐτοῖς χρεωστεῖ. εἰ δὲ γαμετὴν ἔχει, διδότω αὐτῇ τὴν προῖκα αὐτῆς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀπὸ τελευτῆς κάσσους. τὰ δὲ εἰρημένα κρατεῖ καὶ ἐπὶ γυναικὸς μοναζούσης. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. γ' διάτ. νβ'. ὁμοίως δέ φησιν ρκγ' νεαρά.

Ἐὰν μοναχὸς στρατεύσηται, ἀπόλλυσι τὰ ἑαυτοῦ καὶ ταξεώτης γενήσεται. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. [τί. γ'][7]) διάτ. νβ', ἔνθα εἴρηται, ὅτι δύναται ἐντὸς ἐνιαυτοῦ ἐπιστρέψαι εἰς τὸ ἴδιον μοναστήριον. ἀνάγνωθι καὶ τὸ τέλος τῆς ρκγ' νεαρᾶς.

Ὁ ἀπὸ μοναστηρίου μετιὼν εἰς ἄλλο μοναστήριον ἐκπίπτει τῶν ἰδίων πραγμάτων μηδὲ προσδεχθείς. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ.[8]) τί. γ' διάτ. λη', καὶ μέμνησο τῆς γ' νεαρᾶς, ἀναγινώσκων καὶ τὴν ρκγ' νεαράν.

Μοναχὸς κληρούμενος, εἰ γαμήσῃ ἢ ἄλλως πορνεύσῃ, γίνεται διὰ παντὸς ἰδιώτης· εἰ δὲ στρατεύσηται, ταξεώτης γενήσεται, μέμνησο τῶν εἰρημένων σοι ἀνωτέρω, καὶ ἀνάγνωθι τὴν νε'[9]) διάτ. τοῦ γ' τί. τοῦ α' βι. τοῦ κώδ.

Οὐχ[10]) ὁ βαθμὸς ἀλλ' ἡ πολιτεία ποιεῖ τοὺς ἡγουμένους. ὁμοίως βι. α' τοῦ κώδ. τί. γ' διάτ. μς'.

Τὰ[11]) περὶ μοναχῶν ἢ κληρικῶν ἀῤῥένων εἰρημένα κρατεῖ καὶ ἐπὶ θηλειῶν. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἀπριλλίῳ ὑπατείᾳ βελισαρίου.

liber sit, ab omnibus insidiis securus maneat; si vero servus est, post tres annos liber flat. Si quis vero ante triennium eum, qui monachus fieri vult, in servitutem ducere voluerit, tamquam furti reum, et cum omnino improbum esse ostenderit, recte eum vindicat cum rebus furto ablatis, siquidem fidem ei det, nihil passurum esse, nec malo adfectum iri, quod mendax inventus fuerit. Sciendum autem est, quod non ab eo exigit, nisi quae furto ablata sunt, sive post triennium sive ante triennium eum vindicaverit. Lege const. 37 tit. 3 lib. I Cod. et Nov. CXXIII.

3. Coenobia sunto monasteria, nisi forte anachoretarum et hesychastarum sint. Lege Nov. CXXXIII.

4. Si monachus aliam vitam elegerit, omnia, quae habuit, quum monachus fieri vellet, monasterio adiudicantur. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 38, ubi distinctionem inter immobiles et mobiles eius res facit, nec lateat te Nov. LXXVI, sed lege eas.

5. Qui in monasterium ingreditur, ante ingressum suum de rebus suis testamentum facito: alioquin omnes res eius monasterio adiudicantur. Lege Nov. LXXVI et CXXIII.

6. Qui monachus fit, si liberos habet, partem ab intestato ipsis debet. Quodsi uxorem habet, dato ei dotem eius, et ea quoque, quae in casum mortis debentur. Supradicta etiam in muliere, quae monacha fit, obtinent. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 52. Similiter loquitur etiam Nov. CXXIII.

7. Si monachus militaverit, res suas amittit et officialis fiet Lege lib. I Cod. [tit. 3] const. 52, ubi dicitur, posse aliquem intra annum ad monasterium suum reverti. Lege etiam finem Nov. CXXIII.

8. Qui a monasterio ad aliud monasterium transit, rebus suis excidit et ne recipitur quidem. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 38, et memento Nov. III. legens etiam Nov. CXXIII.

9. Monachus, qui clericus factus est, si uxorem duxerit vel alias scortatus fuerit, in omne tempus privatus fit; si vero militaverit, officialis fiet. Memineris eorum, quae tibi superius dicta sunt, et legas const 55 (?) tit. 3 lib. I Cod.

10. Non gradus, sed vitae genus constituit abbatem. Similiter lib. I Cod. tit. 3 const. 46.

11. Quae de monachis et clericis maribus dicta sunt, etiam in feminis obtinent. ***Data mense Aprili Belisario Consule.***

---

2) Codex *τὸ μετὰ* habere videtur.
3) Cod. *λόγων*.
4) Corruptelam aliquam his verbis inesse crediderim.
5) Cod. *ἀναχωριτῶν*.
6) Legendum *αὐτήν*, nisi verbum *αὐτάς* tam ad *διάτ. λη'* quam ad *νεαρὰν ος'* pertinere credas.
7) In Cod. desunt verba *τί. γ'*.

8) In Cod. post *βι. α' τοῦ κώδ.* haec leguntur: *οὐχ ὁ βαθμὸς ἀλλ' ἡ πολιτεία ποιεῖ τοὺς ἡγουμένους. ὁμοίως βι. α' τοῦ κώδ.*, quae a librario ex sequentibus per errorem hic inserta esse facile intelligitur.
9) Legendum videtur: *νβ'*.
10) Codex haec cum praecedenti § iungit.
11) Codex et haec uno tenore addit

Νεαρὰ ϛ΄.

Περὶ ἐπισκόπων καὶ περὶ χειροτονιῶν.

Μέγιστα τῶν ἐν ἀνθρώποις ἐστὶ δῶρα Θεοῦ.

Ὁ γενόμενος[1]) ἐπίσκοπος μαρτυρείσθω ὡς ἄξιος, καὶ μὴ ᾖ[2]) βουλευτὴς μήτε ταξεώτης, εἰ μὴ ἄρα μονάσας νέος ὢν[3]) ἠλευθερώθη, δεδωκὼς τὸ τέταρτον τῆς οὐσίας αὐτοῦ τῇ βουλῇ ἢ τῇ τάξει, ἢ ιε΄ ἔτη ἐποίησεν ἐν μοναστηρίῳ. τοῦτο γὰρ ἐπάγει ἡ ρλζ΄ νεαρά. ἀνάγνωθι δὲ βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. γ΄ διάτ. μα΄ καὶ μζ΄ καὶ ρκγ΄ νεαράν.

Ὁ ἐπίσκοπος γινόμενος[4]) μὴ ᾖ ἀπὸ[5]) λαϊκῶν, μήτε χήραν γαμετὴν ἐχέτω, ἀλλὰ παρθένος ὀφθείη, ἢ γαμετὴν φανείη ἐσχηκὼς ἐκ παρθενίας, μήτε παλλακῇ[6]) συνοικήσας. ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. γ΄[7]) διάτ. μα΄ καὶ νεαρὰν ρκγ΄.

Μὴ εἴη τις ἐπίσκοπος ἐπὶ δωροδοκίᾳ, ἐπεὶ προσκυροῦται, ὃ δέδωκε, τῇ ἐκκλησίᾳ. ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. γ΄ διάτ. λ΄ καὶ μα΄. ὁμοίως δέ φησιν ἡ ρκγ΄ νεαρά.

Μὴ ᾖ ἄπειρος δογμάτων ὁ ἐπίσκοπος προβαλλόμενος. ἀνάγνωθι τὴν ρκγ΄ νεαράν.

Ὅτι[8]) ὁ παρὰ τὰ εἰρημένα χειροτονῶν ἢ χειροτονούμενος ἐπίσκοπος ἐκπίπτει τῆς ἱερωσύνης. ἀνάγνωθι τὴν ρκγ΄ νεαράν.

Πᾶς ἐπίσκοπος εἰδὼς τὸ δόγμα, εἰ[9]) καὶ ἐκ μοναχῶν εἴη, ἐπὶ ἑξάμηνον ἐν κλήρῳ καταταγεὶς ἔστω, καὶ μαρτυρείσθω ἐπὶ χρησταῖς πράξεσιν, καὶ διομολογείτω τηρεῖν τοὺς κανόνας. ἴσθι δέ, ὅτι φησὶν ἡ ρκγ΄ νεαρά, ὡς καὶ λαϊκὸς δύναται εἶναι ἐπίσκοπος ἐντὸς τριῶν μηνῶν.

Ὁ κερδαίνων τι διὰ χειροτονίαν λαϊκὸς διπλοῦν διδότω τῇ ἐκκλησίᾳ, ὃ[10]) ἔλαβεν, καὶ ἀειφυγίᾳ ζημιούσθω, ἀρχῆς ἢ ἀξίας ἐκπίπτων. ἀνάγνωθι τὴν ρκγ΄ νεαράν.

Λεγέτω[11]) ὁ χειροτονῶν παρόντος τοῦ λαοῦ, ὅτι μαθὼν τὸν χειροτονούμενον ἄξιον καὶ ἔχειν τὰ εἰρημένα πρὸς τὴν χειροτονίαν αὐτὸν ἄγει.

Ἐξέστω[12]) τῷ βουλομένῳ κατηγορεῖν τοῦ χειροτονουμένου ὡς ἀναξίου. τότε γὰρ ἐμποδίζεται ἡ χειροτονία μέχρι τῆς ἐξετάσεως, καὶ εἰ μὲν εὑρεθῇ ἀνάξιος, οὐ χειροτονεῖται· εἰ δὲ ἄξιος ὀφθῇ, κωλύεται διηνεκῶς μὴ[13]) κοινωνεῖν ὁ κατηγορήσας αὐτοῦ. τὸ αὐτὸ δέ ἐστι, κἂν ἀρξάμενος ὁ κατήγορος τῆς ἐναγωγῆς μὴ θελήσῃ πληρῶσαι αὐτήν, ἀλλὰ ἀποστῇ τοῦ ἐγκλήματος. ἀνάγνωθι τὴν ρκγ΄ νεαράν, ὡσαύτως καὶ τὴν ρλζ΄[14]) ὁμοίως νεαράν.

Ὁ ἐπίσκοπος μὴ ἀπολιμπανέτω τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ πλέον ἑνὸς ἐνιαυτοῦ χωρὶς θείας κελεύσεως, ἢ καλείσθω κηρύγματι καὶ ἀπειθῶν ἀπωθείσθω. ἀνάγνωθι τὴν ρκγ΄ νεαράν.

Novella VI.

De episcopis et de ordinationibus.

Maxima inter homines sunt dona Dei.

1. Qui episcopus fit, testimonium habeat, quod dignus sit, nec curialis aut officialis sit, nisi forte, quum ex prima aetate monachus fuerit, liberatus sit, quarta parte propriae substantiae curiae vel officio praestita, aut XV annos in monasterio fecerit. Hoc enim addit Nov. CXXXVII. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 41 et 47 et Nov. CXXIII.

2. Qui episcopus fit, ne sit ex laicis, nec viduam uxorem habeat, sed caelebs esse cognoscatur, aut uxorem virginem habuisse intelligatur, nec cum concubina cohabitasse. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 41 et Nov. CXXIII.

3. Ne fiat episcopus per largitionem: alioquin, quod dedit, ecclesiae adiudicatur. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 30 et 41. Similiter loquitur Nov. CXXIII.

4. Ne sit ignarus dogmatum, qui episcopus creatur. Lege Nov. CXXIII.

5. Episcopus, qui adversus ea, quae dicta sunt, ordinat vel ordinatur, sacerdotio excidit. Lege Nov. CXXIII.

6. Quivis episcopus dogmatis peritus, licet ex monachis sit, sex menses in clerum assumtus esto, ac bonorum operum testimonium habeat, et canones se servaturum esse promittat. Sciendum autem est, quod Nov. CXXIII dicit, etiam laicum intra tres menses episcopum fieri posse.

7. Laicus, qui aliquid ordinationis intuitu lucratur, duplum ecclesiae reddat, quod accepit, et perpetuo exilio puniatur, magistratu vel dignitate eiectus. Lege Nov. CXXIII.

8. Qui [episcopum] ordinat, praesente populo dicat, quod eum, qui ordinandus est, dignum esse et praedicta habere noverit et ita ad ordinationem veniat.

9. Liceat ei, qui volet, ordinandum tanquam indignum accusare. Tunc enim inhibetur ordinatio usque ad examinationem, et siquidem indignus inventus fuerit, non ordinatur: si vero dignus esse videatur, is, qui eum accusavit, in perpetuum a communione removetur. Idem est, si accusator, postquam actionem instituit, persequi eam noluerit, sed ab accusatione desistat. Lege Nov. CXXIII, et similiter Nov. CXXXVII, et similiter Nov. CXXXVII.

10. Episcopus ne abesto ab ecclesia sua ultra annum sine sacra iussione; alioquin edicto evocetur et, si non obediat, expellatur. Lege Nov. CXXIII.

---

1) Cod. *γενόμενος*.
2) Cod. *ἡ*.
3) Cod. *ἦν*.
4) Cod. *γενόμενος*.
5) Cod. *μὴ ὑπό*.
6) Cod. *παλλακὴν*.
7) Cod. *τί. α΄*.

8) Codex uno tenore haec addit.
9) Cod. *ἡ*.
10) Cod. *ὧν*.
11) Cod. praecedentibus haec coniungit.
12) Et haec Codex uno tenore addit.
13) Delendum esse videtur.
14) Cod. *ρλα΄*.

Ἐπίσκοπος μὴ ἀνίτω χωρὶς γραμμάτων συστατικῶν ἐν κωνσταντινουπόλει, καὶ ἐὰν ἀνέλθῃ, μηνυέτω πρῶτον τῷ βασιλεῖ διὰ τοῦ πατριάρχου ἢ διὰ τῶν ἀποκρισιαρίων ἑκάστης διοικήσεως ἢ διὰ τῶν ῥεφερενδαρίων τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. ἀνάγνωθι τὴν ρκγ´ νεαράν.

Οἱ γινόμενοι κληρικοὶ γράμματα γινωσκέτωσαν, καὶ μὴ ὦσιν ἐκ ταξεωτῶν ἢ βουλευτῶν, εἰ μὴ ἄρα μονάσαντες νέοι ὄντες τὸ τέταρτον τῆς ἑαυτῶν οὐσίας δεδώκασιν καὶ εἰ[15]*) ἠλευθερώθησαν κατὰ τὰ προειρημένα ἐπὶ τῶν ἐπισκόπων. ἀνάγνωθι βι. α´ τοῦ κώδ. τί. γ´ διάτ. ιβ´ καὶ κα´ καὶ νβ´*[16]*) καὶ τὴν ρκγ´ νεαράν.*

Οἱ γινόμενοι κληρικοὶ μὴ ἐχέτωσαν παλλακὴν μήτε γυναῖκα ἐξ ἀνδρός. εἰ δὲ ἤδη τῆς χειροτονίας ἠξιώθησαν, μηδὲ ὅλως γαμείτωσαν, ἐπεὶ τοῦ ἰδίου βαθμοῦ ἐκπίπτουσιν. ἀνάγνωθι βι. α´ τοῦ κώδ. τί. γ´ διάτ. με´[17]*) καὶ τὴν ρκγ´ νεαράν.*

Ἀναγνώστης δευτερογαμῶν οὐ προκόπτει· τριγαμῶν δὲ καὶ τοῦ κλήρου ἐκπίπτει. ἀνάγνωθι τὴν κβ´ καὶ ρκγ´ νεαράν.

Αἱ διακόνισσαι ν´ ἐτῶν γινέσθωσαν, παρθένοι οὖσαι ἢ μόνανδροι. ἰστέον δέ, ὅτι καὶ ἧττον[18]*) τῶν ν´ ἐτῶν δύνανται γενέσθαι διακόνισσαι, ἐν κοινοβίῳ μέντοιγε. ἀνάγνωθι τὴν ρκγ´ νεαράν, κελεύουσαν χειροτονεῖσθαι διακονίσσας τὰς οὔσας με´ ἐτῶν ἀδιαστίκτως.*

Αἱ διακόνισσαι μόνοις συνοικείτωσαν γονεῦσιν ἢ παισὶν ἢ ἀδελφοῖς ἢ θείοις.

Ὁ φθείρων τὰς διακονίσσας ὑπόκειται τοῖς κατὰ τῶν φθορέων νόμοις. ἀνάγνωθι βι. α´ τοῦ κώδ. τί. γ´ διάτ. ε´ καὶ βι. θ´ τί. ιγ´[19]*) διάτ. α´ καὶ τὴν ρκγ´ νεαράν.*

Πᾶς κληρικός, κἂν[20]*) ἀναγνώστης ἐστίν, εἰ καταλείψῃ τὴν ἱερατείαν, γινέσθω βουλευτὴς ἢ ταξεώτης. ἀνάγνωθι βι. α´ τοῦ κώδ. τί. γ´ διάτ. νβ´ καὶ τὴν ρκγ´ νεαράν.*

Τὸ μέτρον τῶν κληρικῶν ἡ συνήθεια ὁρίζει ἢ ἡ ποσότης τῆς ἐκκλησιαστικῆς προσόδου. ἀνάγνωθι βι. α´ τοῦ κώδ. τί. γ´ διάτ. ζ´[21]*) καὶ ια´.*

Τὸ δὲ εἰρημένον ἐνταῦθα οὐ προβαίνει ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας κωνσταντινουπόλεως· ὡρισμένοι γάρ εἰσι καὶ οἱ κληρικοὶ αὐτῆς, ὡς ἔγνως ἐν τῇ γ´ νεαρᾷ.

Ὁ θέλων κατηγορείτω τοῦ παραβαίνοντος τὴν παροῦσαν διάταξιν. καὶ οἱ ἄρχοντες δὲ μὴ μηνύοντες βασιλεῖ τὸ παραβαινόμενον ε´ λίτρας χρυσίου προστιβοῦνται. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἀπριλλίῳ ὑπατείᾳ μελισαρίου καὶ εὐτροπίου.

11. Episcopus ne adito Constantinopolin sine literis commendaticiis, et si adierit, primum id indicet imperatori per patriarcham vel per apocrisiarios cuiusvis dioeceseos vel per referendarios magnae ecclesiae. Lege Nov. CXXIII.

12. Qui clerici fiunt, literas cognoscant, neque ex officialibus vel curialibus sint, nisi in prima aetate monachi facti quartam propriae substantiae dederint et liberati fuerint, secundum ea, quae supra de episcopis dicta sunt. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 12 et 21 et 52 et Nov. CXXIII.

13. Qui clerici fiunt, ne concubinam habento aut uxorem, quae alii viro nupta fuit. Quodsi iam ordinatione dignati sunt, omnino uxores ne ducant: alioquin gradu suo excidunt. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 45 (?) et Nov. CXXIII.

14. Lector, qui secundas nuptias contrahit, non provehitur: si tertias, etiam clero excidit. Lege Nov. XXII et CXXIII.

15. Diaconissae fiant, quae sunt L annorum, virgines vel unius viri uxores. Sciendum autem est, quod etiam, quae minores sunt L annis, diaconissae fieri possunt, in coenobio scilicet. Lege Nov. CXXIII, quae indistincte iubet, diaconissas ordinari, quae sint XLV annorum.

16. Diaconissae solum cum parentibus vel liberis vel fratribus vel thiis cohabitent.

17. Qui diaconissas corrumpit, legibus adversus stupratores latis subiacet. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 5 et lib. IX tit. 13 const. 1 et Nov. CXXIII.

18. Omnis clericus, licet lector sit, si sacerdotium reliquerit, curialis vel officialis fiat. Lege lib. I. Cod. tit. 3 const. 52 et Nov. CXXIII.

19. Numerum clericorum consuetudo definit vel quantitas redituum ecclesiasticorum. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 7 (?) et 11.

20. Quod hic dictum est, non obtinet in ecclesia Constantinopoleos: nam clerici eius definiti sunt, sicuti didicisti in Nov. III.

21. Quicunque volet eos, qui hanc constitutionem transgrediuntur, accusato; praesides vero, qui transgressionem imperatori non indicant, quinque libris auri mulctantur. *Data mense Aprili Belisario et Eutropio Consulibus.*

---

15) Particula *εἰ* delenda esse videtur.
16) Cod. *κβ´*.
17) Legendum: *μδ´*, quamquam in vulgatis editionibus const. 45 sit. Cf. *Biener Revision des just. Codex.* S. 109. *Witte* leges restitutae p. 108.

18) Cod. *ἧττων*.
19) Cod. *ις´*.
20) Cod. *καί*.
21) Quam constitutionem Theodorus intelligat, nescio: certe const. 7 Cod. I, 3 nihil eiusmodi sancit.

Νεαρὰ ζ΄.

Περὶ ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων.

Ἕνα σκοπὸν ἀεὶ τοῦτον ἐθέμεθα.

Μηδεὶς εὐαγὴς οἶκος ἀκίνητον πρᾶγμα μήτε γεωργικὰ ἀνδράποδα μήτε πολιτικὴν σίτησιν ἐκποιείτω μήτε ἰδικῶς ἐνεχυριαζέτω μήτε διηνεκῶς ἐμφυτευέτω μήτε καταλλαττέτω τινί, εἰ μὴ μόνον βασιλεῖ διὰ χρείαν ἀναγκαίαν. ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. β΄ διάτ. ιδ΄ καὶ ιζ΄ καὶ κα΄ καὶ νεαρὰν μϛ΄ καὶ νδ΄ καὶ νε΄ περὶ τὸ τέλος.

Καλῶς ἐμφυτεύονται τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἐπὶ τῇ ζωῇ τοῦ ἐμφυτευομένου καὶ τῶν παίδων καὶ τῶν ἐγγόνων αὐτοῦ, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς γαμετῆς ἐκείνων αὐτῶν ἢ τοῦ ἀνδρός, ὅτε ῥητῶς ἐντεθῇ τῇ ἐμφυτεύσει τὸ τῶν συνοικούντων πρόσωπον, ἐπὶ μειώσει ἕκτου [1]) μέρους τοῦ ἀρχαίου κανόνος, ἢ ἐὰν ἐμειώθη ἐπὶ τῷ καὶ νῦν ἐφεστῶτι κανόνι. ἰστέον δέ, ὅτι ἐπὶ τῶν πολυτίμων προαστείων οὐχ ὁ κανὼν σκοπεῖται, οὐδὲ τὸ ἕκτον μέρος τῆς μειώσεως αὐτῶν, ἀλλὰ ἡ διατίμησις αὐτῶν. διατιμῶνται γὰρ καὶ γινώσκονται, ὅτι πόσην ποιοῦσι πρόσοδον εἰς κ΄ ἔτη, καὶ τότε ἡ πρόσκαιρος αὐτῶν ἐμφύτευσις γίνεται πρὸς τὴν ποσότητα τῆς διατιμήσεως τῆς προσόδου αὐτῶν. ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. β΄ διατ. κδ΄ καὶ νεαρὰν νε΄ καὶ ρκ΄.

Ἡ τῆς διετίας ἀγνωμοσύνη λύει τὴν ἐμφύτευσιν, μηδὲ τὰ ἐμπονήματα ἀπαιτοῦσα. ὁμοίως φησὶ καὶ ἡ ρκ΄ νεαρά. τοῦτο δὲ νόει ἐπὶ μόνης ἐκκλησιαστικῆς ἐμφυτεύσεως, ἐφ᾽ ἧς καὶ ἐλέχθη [2]). εἴρηται γὰρ ἐν τῷ α΄ βι. τοῦ κώδ. τί. δ΄ διατ. λβ΄ καὶ ἐν τῷ δ΄ βι. τί. ξϛ΄ διατ. β΄ τοῦ κώδ. ὅτι, εἰ μὴ ἐπὶ γ΄ ἔτη ἀγνωμονήσῃ ὁ ἐμφυτευτής, οὐκ ἐκβάλλεται.

Τὰ ἐρείπια [3]) τῶν ἐκκλησιῶν ἐμφυτευέσθω, καθὼς οἱ ἀρχιτέκτονες ἐνωμότως [4]) ἂν εἴπωσι παρόντων καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν διοικητῶν.

Οὐ δυνατὸν τοῖς αὐτοῖς προσώποις ἀνανεοῦσθαι τὰς τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ἐμφυτεύσεις, ἵνα μὴ ὦσι διηνεκεῖς. ἀνάγνωθι τὴν ρκγ΄ νεαράν.

Ὁ USUFRUCTOS, *τουτέστιν ἡ χρῆσις [5]), τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων διδόσθω ἄχρι μόνον τῆς ζωῆς τοῦ λαμβάνοντος, δωρουμένου πρᾶγμα ἄξιον τῆς αὐτῆς τιμῆς τῷ τὸν οὐσούφρουκτον παρέχοντι ἢ ἐμφυτεύσαντι αὐτῷ.*

Ὁ [6]) παρὰ τὰ λεχθέντα συναλλάττων ἐπὶ ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων, ἐκπίπτει καὶ τῶν ἐν μέσῳ καρπῶν ἢ κερδῶν.

Ὁ οἰκονόμος διδότω, ὅπερ ἐκέρδανεν ἢ ἐζημίωσεν τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἐκπιπτέτω τῆς οἰκονομίας ὑποκείμενος ἀγωγῇ μετὰ τῶν αὐτοῦ διαδόχων, οὐ μόνον τὰ συναλλάγματα ποιῶν παρὰ τὰ εἰρημένα, ἀλλὰ καὶ σιωπῶν, ἵνα ὑπὸ ἄλλου γένηται. ἀνάγνωθι δὲ τὴν ιδ΄ διάτ. τοῦ

---

1) Cod. *ἐκ τοῦ.*
2) Cod. *ἐλέγχθη.*
3) Cod. ERIPIA. Sed est graeca vox.

Novella VII.

De ecclesiasticis rebus.

Unum scopum semper hunc posuimus.

1. Nulla venerabilis domus rem immobilem aut mancipia rustica aut annonas civiles alienet vel specialiter obliget vel in perpetuam emphyteusin det vel alicui permutationis causa det, nisi soli imperatori propter causam necessariam. Lege lib. I Cod. tit. 2 const. 14 et 17 et 21 et Nov. XLVI et LIV et LV circa finem.

2. Ecclesiasticae res recte in emphyteusin dantur usque ad vitam eius, qui emphyteusin accipit, et liberorum et nepotum eius, verum etiam uxoris ipsorum et mariti, si disertis verbis coniugis persona in emphyteusi expressa sit, sexta parte antiqui canonis remittenda, vel, si [canon] imminutus sit, sub canone, qui etiam nunc constitutus sit. Sciendum autem est, quod in pretiosis suburbanis non canon consideratur, nec sexta pars imminutionis, sed aestimatio eorum. Aestimantur enim et computatur, quantum reditum intra viginti annos fecerint, et tunc in temporalem emphyteusin dantur pro quantitate aestimationis reditus eorum. Lege lib. I Cod. tit. 2 const. 24 et Nov. LV et CXX.

3. Si intra biennium canon non fuerit solutus, emphyteusis solvitur, et ne meliorationes quidem petuntur. Similiter loquitur etiam Nov. CXX. Hoc tamen intelligas de sola ecclesiastica emphyteusi, de qua id dictum est. Dicitur enim in lib. I Cod. tit. 4 const. 32 et in lib. IV tit. 66 const. 2 Cod. emphyteutam, nisi per triennium non solverit, non expelli.

4. Collapsa aedificia ecclesiarum in emphyteusin dantur, secundum ea, quae architectones iuramento praestito dixerint et praesentibus administratoribus ecclesiasticis.

5. Non possunt iisdem personis ecclesiasticarum rerum emphyteuses renovari, ne perpetuae sint. Lege Nov. CXXIII.

6. Ususfructus, id est usus, ecclesiasticarum rerum solum usque ad vitam eius concedatur, qui eum accipit, ita ut hic rem eiusdem aestimationis ei, qui usumfructum ei concedit vel in emphyteusin dat, donet.

7. Qui praeter dicta de ecclesiasticis rebus paciscitur, etiam fructibus medii temporis vel lucris excidit.

8. Oeconomus, non solum qui praeter dicta conventionem facit, sed et, qui dissimulavit, ut ab alio fieret, reddat, quodcunque lucratus est, et resarciat damnum ecclesiae datum, et oeconomatu excidat, et ipse cum heredibus suis actione teneantur.

---

4) Cod. *ἐνομώτως.*
5) Cod. *ὁ εἰς χρῆσιν.*
6) Codex hanc §. partem praecedentis §. facit.

β' τί. τοῦ α' βι. τοῦ κώδ., ἔνθα εἴρηται, ὅτι καὶ διηνεκῶς ἐξορίζεται[7]).

Ὁ ταβελλίων *συγγράφων ἐκκλησιαστικὸν συνάλλαγμα παρὰ τὰ λεχθέντα διηνεκῶς ἐξορίζεται· καὶ οἱ ὑπουργήσαντες ἄρχοντες ἀρχῆς καὶ οὐσίας καὶ ἀξίας ἐκπίπτουσιν. ἀνάγνωθι δὲ καὶ τὴν ρκ' νεαράν.*

Ὁ παρὰ τὰ εἰρημένα ἐκκλησιαστικὸν πρᾶγμα ὠνούμενος ἐκπίπτει τοῦ πράγματος· ὁ δὲ κατὰ δωρεὰν λαβὼν ἐκπίπτει τοῦ δωρηθέντος, καὶ ἄλλο τοιοῦτον πρᾶγμα προσδίδωσι· καὶ ὁ καταλλάξας γὰρ εἰς ἐκκλησιαστικὸν ἀπόλλυσιν ὃ δέδωκεν, ἀναδιδοὺς καὶ ὃ ἔλαβεν. ταῦτα καὶ ἐπὶ δανειστοῦ κρατεῖ λαβόντος ἀκίνητον ἐκκλησιαστικὸν πρᾶγμα εἰς ἐνέχυρον· ἀπόλλυσι γὰρ καὶ ὃ ἐδάνεισεν, ἀποδιδοὺς καὶ ὃ ἐδέξατο. ἀνάγνωθι τὴν μς' καὶ τὰ τέλη τῆς ρκ' νεαρᾶς.

Οἱ συναλλάσσοντες ἐκκλησίαις τοὺς διοικητὰς αὐτῶν εὐθύνουσιν. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. γ' διάτ. λβ' καὶ νεαρὰν ρκγ', ἔνθα φησί, μὴ ἐνάγεσθαι καθολικῶς τὸν ἐπίσκοπον περὶ ἐκκλησιαστικῆς ὑποθέσεως.

Αἱ ἐκκλησίαι δανειζόμεναι εἰς ἀναγκαίας χρείας δύνανται γενικῶς ὑποθέσθαι τὰ ἑαυτῶν, ὡς δήλου ὄντος, ὅτι ἰδικῶς οὐχὶ ὑποτίθενται. ἀνάγνωθι τὴν ρκ' νεαράν.

Ὁ διηνεκῶς ἐμφυτευόμενος ἐκκλησιαστικὸν πρᾶγμα ἐκπίπτει τῆς ἐμφυτεύσεως, καὶ τελεῖ τὴν ἐτησίαν ἐμφύτευσιν. ἰστέον δέ, ὅτι καλῶς ἀλλήλοις ἐμφυτεύουσι διηνεκῶς οἱ εὐαγεῖς τόποι.

Τὰ ἱερατικὰ σκεύη οὐδὲ[8]) *καθ' οἱονδήποτε τρόπον ἐκποιοῦνται, εἰ μὴ ἐπὶ μόνῃ ἀναῤῥύσει αἰχμαλώτων. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. β' διάτ. ιζ' καὶ κα'. ἰστέον δέ, ὅτι φησὶν ἡ ρκ' νεαρά, ὡς καὶ διὰ χρέη ἐκποιοῦνται, ἐὰν ἀπόκεινται περὶ τὰ σκεύη.*

Τὰ[9]) *εἰρημένα περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἢ ἱερατικῶν πραγμάτων μὴ παραβαινέσθω μήτε ἀπὸ θείου τύπου· τοῦ κυαίστωρος καὶ τῶν προσδεχομένων ἀρχόντων ζημιουμένων ἀνὰ ν' λιτρῶν χρυσίου, καὶ τοῦ συμβολαιογράφου διηνεκῶς ἐξοριζομένου, καὶ τῶν διοικητῶν τῆς ἐκκλησίας, κληρικῶν ὄντων, ἐκπιπτόντων τῆς ἱερωσύνης.*

Ἐάν τις τῶν ἐν δυνάμει κατὰ θεῖον τύπον μισθώσηται ἢ ἐμφυτεύσηται ἐκκλησιαστικὸν πρᾶγμα, ὑπόκειται πρὸς ταῖς εἰρημέναις ποιναῖς καὶ τῷ τῆς ἱεροσυλίας[10]) *ἐγκλήματι.*

Μοναστήριον ἔχον θυσιαστήριον, ἰδιωτικὸν μὴ γινέσθω, ἐπεὶ ἐπανάγεται εἰς τὸ ἀρχαῖον αὐτοῦ σχῆμα, καὶ τὸ συνάλλαγμα ἀκυροῦται, καὶ ἀπόλλυσι τὸ τίμημα ὁ ἀγοράσας, καὶ εἰ γέγονεν ἐπ' αὐτῷ ὑποθήκη, οὐκ ἔῤῥωται. ἀνάγνωθι τὴν ρκ' νεαράν.

Μηδεὶς εὐαγὴς τόπος δεχέσθω ἄπορον κτῆσιν μήτε κατὰ δωρεάν, ἀλλὰ ἀποδιδότω αὐτὴν χωρὶς τῶν ὡς εἰκὸς δεδομένων [τῶν διοικητῶν][11]) *ὑποκειμένων τῷ συναλλάξαντι. ὁμοίως φησὶν ἡ ρκ' νεαρά.*

Ἔξεστι[12]) *παντὶ προσαγγεῖλαι ἀφόβως τὰ [παρὰ*

Lege const. 14 tit. 2 lib. I Cod. ubi dicitur, quod etiam in perpetuum relegatur.

9. Tabellio, qui ecclesiasticum contractum praeter dicta conscribit, in perpetuum relegatur; et praesides, qui ministerium suum praebuerint, praesidatu et substantia sua et dignitate excidunt. Lege etiam Nov. CXX.

10. Qui praeter dicta rem ecclesiasticam emit, ea re excidit: qui dono accepit, re donata excidit, et aliam similem rem insuper reddit: et qui [aliquam rem] cum ecclesiastica permutavit, amittit, quod dedit, et reddit, quod accepit. Haec etiam in creditore obtinent, qui rem ecclesiasticam immobilem tanquam pignus accepit: amittit enim, quod credidit, et reddit, quod accepit. Lege Nov. XLVI et finem Nov. CXX.

11. Qui cum ecclesiis contrahunt, administratores earum conveniunt. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 32 et Nov. CXXIII, ubi dicit, episcopum ob ecclesiasticam causam omnino non conveniri.

12. Ecclesiae, quae propter necessarios usus mutuam pecuniam sumunt, res suas generaliter hypothecae dare possunt: specialiter nempe hypothecae aliquid dare non possunt. Lege Nov. CXX.

13. Qui rem ecclesiasticam in perpetuam emphyteusin accipit, emphyteusi excidit, et annalis emphyteuseos canonem solvit. Sciendum tamen est, venerabilia loca sibi invicem perpetuas emphyteuses recte dare.

14. Sacra vasa nullo modo alienantur, nisi ad solam redemtionem captivorum. Lege lib. I Cod. tit. 2 const. 17 et 21. Sciendum tamen est, quod dicit Nov. CXX, etiam propter debita alienari posse, si ea circa vasa [illa] versentur.

15. Quae de ecclesiasticis vel sacris rebus dicta sunt, ne sacra quidem forma impetrata violentur: sed quaestor et praesides, qui eam susceperint, L libris auri mulctentur, et tabellio in perpetuum relegetur, et administratores ecclesiae, si clerici sint, sacerdotio excidant.

16. Si quis eorum, qui in potentatu sunt, sacra forma impetrata rem ecclesiasticam conduxerit vel in emphyteusin acceperit, praeter dictas poenas etiam sacrilegii crimini obnoxius est.

17. Monasterium, quod altare habet, privatum ne fiat, alioquin ad antiquum eius statum reducitur, et contractus irritus fit, et pretium amittit emtor, et si qua ei hypotheca propterea data est, non valet. Lege Nov. CXX.

18. Nullus venerabilis locus sterilem possessionem ne dono quidem accipiat, sed reddat eam, et ea, quae [ipsi] forte data sunt, non restituat, [administratoribus] a contrahente conveniendis. Similiter loquitur Nov. CXX.

19. Cuilibet licet sine fraude denuntiare, quae

7) Theodorus errasse videtur: certe, si vulgatas editiones sequaris, tabellionibus quidem, sed non oeconomis perpetui exilii poena irrogatur.

8) Cod. οὔτε.

9) Cod. sequentia praecedentibus coniungit.

10) Cod. ἱερωσύνης.

11) Verba *τῶν διοικητῶν* in Cod. desunt, nec apparet aliquod in eo lacunae signum. Emendatione tamen opus erat

12) Codex haec uno tenore addit.

τὰ][13]) *εἰρημένα γενόμενα ἐπὶ*[14]) *τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πράγμασι. σημείωσαι δέ, ὅτι ἡ διάταξις ἐπὶ τῶν ῥητῶς κειμένων κρατεῖ. ἐξεφωνήθη μηνὶ μαΐῳ ἰνδ. β' ὑπατείᾳ βελισαρίου.*

in rebus ecclesiasticis adversus ea, quae dicta sunt, fiunt. Nota vero, praesentem constitutionem in iis obtinere, quae disertis verbis expressa sunt. *Data mense Maio indictione II Belisario Consule.*

Νεαρὰ η'.

Περὶ ἀρχόντων.[1])

Οἱ ἄρχοντες προῖκα γινέσθωσαν μόνας τὰς συνηθείας παρέχοντες. ὁμοίως φησὶν ιζ' καὶ ρξα' νεαρά.

Ὁ κόμης φρυγίας πακατιανῆς τὴν τοῦ βικαρίου τῆς ἀσιανῆς καὶ τοῦ ἄρχοντος φρυγίας πακατιανῆς[2]) *τάξιν ἐπέχει, ὀνομαζόμενος ἄρχων πακατιανῆς, καὶ τὰς τῶν δύο ἀρχῶν σιτήσεις λαμβάνει.*

Ὁ κόμης πρώτης[3]) *γαλατίας οὐκ ἄρχει ἄλλης τινὸς πόλεως.*

Μηδεὶς ἄρχων τοποτηρητὴν πεμπέτω εἰς τὰς ὑπ' αὐτοῦ ἀρχομένας πόλεις, ἐπεὶ τῆς ἀρχῆς ἐκπίπτει. ὁμοίως φησὶν ἡ ιζ' νεαρά.

Ὁ κόμης τῆς ἀνατολῆς καὶ ἄρχοντος τάξιν ἐπέχει. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τι. λς' διάτ. α'.

Πᾶς ἰδιώτης παντοίως ὑποκείσθω τοῖς ἄρχουσιν. ὁμοίως φησὶν ἡ ιζ' καὶ ξθ' νεαρά. ἀνάγνωθι δὲ καὶ βι. α' τοῦ κώδ. τι. μ' διάτ. β' ἔνθα φησίν......[4])

Οἱ ὑπὸ ἑτέρους ἄρχοντας [ὄντες][5]) *ἐπὶ μόνοις δημοσίοις καὶ ἐπὶ τοῖς ἐγκλήμασιν ὑποκείσθωσαν καὶ τοῖς μὴ ἔχουσι κατ' αὐτῶν δικαιοδοσίαν. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τι. μ' διάτ. β' καὶ ιζ'*[6]) *καὶ νεα. ξθ' [καὶ ργ'.]*[7]).

Οἱ ἄρχοντες μὴ συγχωρείτωσαν τοῖς ἐκβιβασταῖς λαβεῖν πλείονα τῶν διηγορευμένων σπορτούλων, ἐπεὶ οἴκοθεν ἀπολογοῦνται[8]) *τοῖς ζημιωθεῖσιν. ἐχέτωσαν δὲ*[9]) *οἱ ἄρχοντες ἐξουσίαν περὶ τούτου καὶ μηνύειν*[10]) *βασιλεῖ*[11]), *εἰ μὴ πεισθῶσιν αὐτοῖς οἱ ἐκβιβασταί. ἀνάγνωθι τὴν ιζ' καὶ πς' νεαράν.*

Οἱ ἄρχοντες κωλυέτωσαν καὶ τοὺς ἐν ὑπεροχῇ ὄντας ἀδικοῦντας[12]). *βασιλέως γὰρ τάξιν ἐπέχουσιν, ὅθεν*[13]) *καὶ τοὺς ὑπευθύνους δύνανται ἀποζῶσαι*[14]). *ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τι. μ' διάτ. β' καὶ ιζ' καὶ βι. γ' τι. ιε' διάτ. α' καὶ βι. ιβ' τι. κε' διάτ. δ'.*

Ὀμνύτωσαν οἱ ἄρχοντες, ὡς οὐδέν τινι παρέσχον τῆς ἀρχῆς χάριν, καὶ ὅτι οὐκ ἐπηγγείλαντο, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅτι καὶ αὐτοὶ οὐ λαμβάνουσίν τι παρά τινος ἐφ' ὅσον ἄρχουσιν. ἀνάγνωθι τὴν ιζ' καὶ τὴν ρξα' νεαράν.

Ὁ πλέον τῶν διηγορευμένων λαμβάνων παρὰ τῶν

Novella VIII.

De praesidibus.

1. Praesides gratis fiant et solum consuetudines praestent. Similiter loquitur Nov. XVII et CLXI.

2. Comes Phrygiae Pacatianae vicarii Asianae et praesidis Phrygiae Pacatianae vicem sustinet, nomen gerens praesidis Pacatianae, et utriusque praesidatus annonas percipit.

3. Comes primae Galatiae alii civitati non praeest.

4. Nullus praeses vicarium mittat in civitates, quibus praeest: alioquin praesidatu excidit. Similiter loquitur Nov. XVII.

5. Comes Orientis etiam praesidis vicem sustinet. Lege lib. I Cod. tit. 36 const. 1.

6. Omnis privatus in qualibet causa praesidibus subiectus sit. Similiter loquitur Nov. XVII et LXIX. Lege etiam lib. I Cod. tit. 40 const. 2, ubi dicit.....

7. Qui sub aliis magistratibus sunt, quantum ad tributa et crimina attinet, etiam iis [praesidibus] subiecti sint, qui in ipsos iurisdictionem non habent. Lege lib. I Cod. tit. 40 const. 2 et 17 et Nov. LXIX [et CIII].

8. Praesides ne permittant executoribus plures sportulas percipere, quam definitum est: alioquin iis, qui damnum passi sunt, de suo restituent. Habeant autem praesides licentiam de hac re etiam ad Imperatorem referendi, si executores iis non obediant. Lege Nov. XVII et LXXXVI.

9. Praesides prohibeant, ne, qui in potentatu sunt, quemquam iniuria afficiant. Imperatoris enim vicem sustinent, ideoque etiam reos cingulo privare possunt. Lege lib. I Cod. tit 40 const 2 et 17 et lib. III. tit. 15 const. 1 et lib. XII tit. 25 const. 4.

10. Iurent praesides, nulli se praesidatus consequendi gratia quidquam dedisse aut promisisse, sed nec ipsos quidquam durante magistratu accepturos esse. Lege Nov. XVII et CLXI.

11. Qui plus, quam statutum est, a praesidibus

---

13) Haec verba in Cod. desunt: sed necessario supplenda erant.
14) Cod. *περί*, quod ferri non poterat. Itaque levi mutatione *ἐπὶ* reposui.
1) Verba initialia huius Novellae in Cod. desiderantur. Sunt autem haec: *Ἁπάσας ἡμῖν ἡμέρας τε καὶ νύκτας.*
2) Cod. *καπατιανῆς.*
3) Cod. *προτῆς.*
4) Excidisse quaedam manifestum est.
5) Cod. *ἄρχοντες*, quod ex *ἄρχοντας ὄντες* contractum esse videtur.
6) Cod.: *ζ'.*
7) Inclusa a recentiore manu addita sunt.
8) Basil.: *ἀποδώσουσιν.*
9) Cod. *ἐχέτωσαν αὐτό. οἱ*, quod ex Basil. emendavi.
10) Basil. *καὶ μηνύειν περὶ τούτου.*
11) Basil. *βασιλεῦσιν.*
12) Basil. *ἀδικεῖν.*
13) Deest in Basil.
14) I. q. *ἀφαιρεῖσθαι ζώνης.* *Fabrotus* male vertit: subditos salvos et incolumes praestare possunt.

ἀρχόντων τετραπλοῦν ἀποδίδωσι καὶ ἐκπίπτει τῆς ἀρχῆς καὶ στρατείας καὶ ἀξίας[15]). *ἀνάγνωθι τὴν πς' νεαράν.*

Φροντιζέτω ὁ ἄρχων τῆς ἀπαιτήσεως τῶν δημοσίων. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. μ' διάτ. ι' καὶ βι. ι' τί. κγ' διάτ. β', ἔνθα εἴρηται, ὅτι καὶ τὰ λαργητιονάλια αὐτὸς ἀπαιτείτω. ὁμοίως φησὶν ἡ ρλδ' νεαρά.

Φυλαττέτω ὁ ἄρχων τοὺς ὑπηκόους ἀνεπηρεάστους. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. μ' διάτ. ια' καὶ ιβ'[16]).

Ὁμοίως ἐχέτω τοὺς[17]) *περὶ αὐτὸν ὁ ἄρχων. ἀνάγνωθι τὴν ργ' νεαράν, καὶ μὴ λάθῃ σε ἡ ιζ' ὁμοίως νεαρά.*

Καὶ οἱ βουλευταὶ δύνανται ἄρχειν. ἀνάγνωθι βι. ι' τί. λβ'.

Κλέπτων ὁ ἄρχων, ἢ γινόμενος ἐπὶ δόσει τινὶ[18]) *ἄρχων, δημεύεται καὶ ἐξορίζεται καὶ σωματικῶς τιμωρεῖται. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. μ' διάτ. ιγ' καὶ βι. θ' τί. κζ' διάτ. δ' καὶ βι. ιβ' τί. α' διάτ. ιβ' καὶ νεαρὰν ρμθ'.*

Οἱ ἐπίσκοποι καὶ οἱ πρῶτοι τῶν πόλεων μηνυέτωσαν βασιλεῖ τὰς τῶν ἀρχόντων ἀδικίας. ἀνάγνωθι τὴν πς' νεαράν.

Μετὰ τὴν ἀρχὴν δημοσιευέτω ὁ ἄρχων ν' ἡμέρας ἐν ᾗ ἦρξεν ἐπαρχίᾳ, πρὸς ὑποδοχὴν τῶν κατ' αὐτοῦ ἐναγωγῶν, ἢ συνεχέσθω ὑπὸ τῶν συντελεστῶν[19]) *καὶ ποιείτω αὐτοῖς τὸ ἱκανὸν ὧν ἐζημίωσεν· εἰ δὲ φύγῃ, ἐπαναγέσθω καὶ ἀπαιτείσθω τὸ τετραπλοῦν ὧν ἠδίκησε, μηδὲ ὑπὸ ῥεβοκατορίας, τουτέστιν ἀνακλήσεως βοηθούμενος. τοῦτο δὲ ἀναιρεῖ ἡ ρκη' νεαρά. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. μθ' διάτ. α' καὶ νεαρὰν ϟε' καὶ ρκη' καὶ ρλδ' καὶ ρξα'.*

Οἱ δοῦκες μὴ ἀδικείτωσαν τοὺς ἀρχομένους καὶ μὴ παρεμβαλλέτωσαν[20]) *ἑαυτοὺς πολιτικῷ τινι πράγματι. ὁμοίως φησὶν ἡ ρβ' νεαρά.*

Φυλαττέσθω τοῖς συντελεσταῖς ἡ τῶν δημοσίων καταβολῶν ἄτρωτος προθεσμία, τουτέστιν ἡ τετραμηνιαία κατὰ τὴν δ' διάτ. τοῦ ξε' τί. τοῦ ια' βι. τοῦ κώδ. τοῦτο δὲ νόει ἐπὶ τῶν χρυσικῶν· ἡ γὰρ τῶν εἰδῶν καταβολὴ ἐν ἀρχῇ τοῦ ἔτους δίδοται, ὡς δηλοῖ ἡ ρκη' νεαρά.

Οὐδεὶς ἔχει παραγραφὴν ἐπὶ ἐγκλήματι οὐδὲ ἐπὶ τῶν[21]) *δημοσίων εἰσφορῶν, ἀλλὰ καὶ εὐθυνέσθω εἷς ἕκαστος ἐπὶ τούτοις παρ' ἑκάστῳ ἄρχοντι, ὑπουργούντων αὐτῷ τῶν κατὰ χώραν στρατιωτῶν· οἵτινες, εἰ μὴ ὑπουργήσωσι, στρατείας καὶ σιτήσεως ἐκπίπτουσι, καὶ περὶ τὸ σῶμα κινδυνεύουσιν. ὁμοίως φησὶν ἡ ιζ' νεαρά. ἀνάγνωθι βι. γ' τοῦ κώδ. τί. κα' διάτ. β' καὶ τί. κγ'.*

Ἐχέτωσαν οἱ ἄρχοντες τάξιν λῃστοδιωκτῶν καὶ τῶν ὁμοίων. οὐδεὶς γὰρ ἄλλος[22]) *ὀφείλει γίνεσθαι λῃστοδιώκτης ἢ βιοκωλύτης ἢ ἀφοπλιστής*[23]), *ἐπεὶ ἐν εἱρκτῇ βάλλεται καὶ μετὰ μήνυσιν γενομένην βασιλεῖ ἐσχάτως τιμωρεῖται· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ στείλας τὸν τοιοῦτον λ' λίτρας χρυσίου προστιμᾶται, καὶ ἀγανακτεῖται*[24]) *βαρέως. ἀνάγνωθι τὴν ρλδ' νεαράν.*

acceperit, quadruplum restituet, et magistratu et militia et dignitate excidet. Lege Nov. LXXXVI.

12. Praeses tributorum exactionem curet. Lege lib. I Cod. tit. 40 const. 10 et lib. X tit. 23 const. 2, ubi dicitur, quod etiam largitionalia ipse exigere debeat. Similiter loquitur Nov. CXXXIV.

13. Praeses subditos ab iniuriis incolumes servet. Lege lib. I Cod tit. 40 const. 11 et 12 (?).

14. Praeses eos, qui circa eum sunt, similes [sui] habeto. Lege Nov. CIII, nec lateat te Nov. XVII.

15. Etiam curiales praesides fieri possunt. Lege lib. X tit. 32.

16. Praeses, qui furta committit, vel ita praeses factus est, ut quidpiam daret, confiscatione mulctatur et relegatur et corporaliter punitur. Lege lib. I Cod. tit. 40 const. 13 et lib. IX tit. 27 const. 4 et lib. XII. tit. 1 const. 12 et Nov. CXLIX.

17. Episcopi et primores civitatium iniurias, quae fiunt a magistratibus, imperatori indicanto. Lege Nov. LXXXVI.

18. Post administrationem praeses L dies in provincia, cui praefuit, in publico moretur, ut actiones in ipsum motas excipiat, aut a collatoribus detineatur iisque satisfaciat damni dati nomine: quodsi aufugerit, reducatur et damnum iniuria datum in quadruplum restituat, nec revocatoria, i. e. revocatio, ei prosit. Hoc tamen tollit Nov. CXXVIII. Lege lib. I Cod. tit. 49 const. 1 et Nov. XCV et CXXVIII et CXXXIV et CLXI.

19. Duces ne iniuria afficiant subditos, neve se immisceant civili negotio. Similiter loquitur Nov. CII.

20. Servetur collatoribus inviolatum tempus solutioni tributorum praestitutum, hoc est tempus quatuor mensium secundum const. 4 tit. 65 lib. XI Cod. Hoc tamen intellige de auri solutione: nam specierum solutio initio anni fit, sicuti demonstrat Nov. CXXVIII.

21. Nemo [fori] praescriptionem habet in causa criminali vel publicis illationibus, sed in his rebus quilibet apud unumquemque praesidem iudicium accipiat, militibus, qui in provincia sunt, praesidi ministerium praebentibus. Qui si ministerium non praebuerint, militia et annona excidunt, et circa corpus periclitantur. Similiter loquitur Nov. XVII. Lege lib. III Cod. tit. 21 const. 2 et tit. 23

22. Praesides latrunculatorum et similium vicem sustineant. Nullus enim alius latrunculator vel violentiarum inhibitor vel aphoplista fieri debet: alioquin in carcerem coniicitur et relatione imperatori facta ultimo supplicio afficitur: sed et, qui eum misit, triginta libris auri mulctatur et gravem indignationem sentit. Lege Nov. CXXXIV.

---

15) Basil. *οὐσίας*. Vide tamen Basil. ed. *Heimbach* tom. I p. 154 not. z.
16) Legendum esse videtur: *ις'*.
17) Cod. *τοῖς*.
18) Deest in Basil.
19) Basil.: *ὑποτελῶν*.
20) Cod. *παρεμβαλέτωσαν*.
21) Excidisse aliquid crederem, veluti: *ἐπὶ τῇ ἀπαιτήσει τῶν κ. τ. λ.*, nisi in Epitome legum (de qua vide Historiae IGR delineationem, quam edidi Heidelb. 1839. 8, §. 37) tit. XIV cap. 31 et tit. XV cap. 26, quae capita hanc nostram §. continent, similiter scriptum esset: *ἐπὶ ἐγκλήματι οὐδὲ ἐπὶ τῶν δημ. εἰσφ.*
22) Cod. *ἄλλως*.
23) Cod. *ἀφοπλήστης*.
24) Cod. *ἀγανακτῆτε*.

Οἱ ἄρχοντες κινδυνευέτωσαν περὶ τὰ δημόσια. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. μ' διάτ. ι' καὶ νεαρὰν ρλδ'.

Οἱ ἔκδικοι μηδὲν παρεχέτωσαν, εἰ μὴ τὰ προστεταγμένα, τουτέστιν ὑπὲρ προστάγματος γ' ἢ δ' νομίσματα. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. νε' τὰς ὑποκειμένας τῷ τίτλῳ διατάξεις καὶ νεαρὰν ιε' καὶ μα' [25]).

23. Praesides tributorum periculum sustineant. Lege lib. I Cod. tit. 40 const. 10 et Nov. CXXXIV.

24. Defensores nihil danto praeterquam quae praefinita sunt; hoc est pro iussione III vel IV solidos. Lege lib. I Cod. tit. 55 constitutiones titulo subiectas et Nov. XV et XLI.

Νεαρὰ θ'.

Περὶ τῆς ἐκκλησίας ῥώμης [1]).

Ἑκατονταετία μόνον ἀντίκειται ἐπὶ πάσης ἀγωγῆς τῆς ἐκκλησίας ῥώμης, καὶ εἴ τις παραβῇ τὸ λεχθέν, προστιμᾶται ν' λίτρας χρυσίου. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. β' διάτ. κγ', ἔνθα τὸ αὐτὸ εἴρηται ἐπὶ πάσης ἐκκλησίας καὶ παντὸς εὐαγοῦς τόπου. πλὴν ἴσθι, ὅτι τοῦτο ἀναιρεῖ ἡ ρια' νεαρά. ἐξεφωνήθη μηνὶ μαΐῳ ὑπατεύοντος βελισαρίου.

Novella IX.

De ecclesia Romana.

1. Solum centum annorum praescriptio alicui actioni ecclesiae Romanae obstat, et si quis hoc transgressus fuerit, L libris auri mulctatur. Lege lib. I Cod. tit. 2 const. 23, ubi idem dicitur de omni ecclesia et omni venerabili loco. Scias tamen, hoc per Nov. CXI abrogatum esse. *Data mense Maio Belisario Consule.*

Νεαρὰ ι'.

Περὶ τῶν ῥεφερενδαρίων.

Μετὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων.

Ὀκτὼ μόνοι ἔστωσαν ῥεφερενδάριοι. ἀνάγνωθι τὸ τέλος τῆς ρκδ' νεαρᾶς. ἐξεφωνήθη μηνὶ μαΐῳ τῆς ὑπατείας βελισαρίου.

Novella X.

De referendariis.

Cum aliis omnibus.

1. Octo tantum referendarii sunto. Lege finem Nov. CXXIV. *Data mense Maio Belisario Consule.*

Νεαρὰ ια'.

Περὶ PRIMας IUSTINIANῆς [1]).

Αἱ περὶ τὸ VIMINACΙΟΝ [2]) *πόλεις ὑπὸ τὸν ἀρχιεπίσκοπον PRIMας IUSTINIANῆς εἰσίν, ἔνθα καὶ ἔστιν ἡ περὶ πανονίαν ἐπαρχότης. ἐξεφωνήθη μηνὶ μαΐῳ ὑπατείᾳ βελισαρίου.*

Novella XI.

De Prima Iustiniana.

1. Urbes circa Viminacium archiepiscopo Primae Iustinianae subsunt, ubi est Pannoniae praefectura. *Data mense Maio Belisario Consule.*

Νεαρὰ ιβ'.

Περὶ ἀθεμιτογαμιῶν.

Ὑπὲρ [1]) *τῶν ἀθεμίτων ἔμπροσθεν.*

Ὁ γάμον ἀθέμιτον συναλλάξας, ἐὰν οὐκ ἔχῃ [2]) *παῖδας ἀπὸ προτέρων νομίμων γάμων, δημεύεται μετὰ τῆς*

Novella XII.

De incestis nuptiis.

De incestis nuptiis pridem.

1. Qui incestas nuptias contraxit, si non habeat liberos ex prioribus legitimis nuptiis, confiscationi

---

25) Nov. XLI cur Theodorus laudaverit, mihi quidem dubium est. Caeterum idem infra Nov. 15 §. 14: *Παρεχέτω ὁ ἔκδικος ὑπὲρ τοῦ προστάγματος γ' ἢ δ' μόνον νομίσματα. ὁμοίως φησὶν ἡ ν' νεαρά.* De Novella autem XLI et L, vide, quae in Prolegomenis dixi. — Caeterum subscriptio huius Novellae in Codice desideratur.

1) Verba initialia huius Novellae a librario non sunt notata. An propterea, quod latina essent, et latine nesciret librarius?

1) Etiam hic in Codice verba initialia Novellae desunt: scilicet haec quoque latina est. Cf. Nov. IX not. 1.

2) Cod. UHMINACION.

1) Legendum esse videtur: *Τοὺς ὑπέρ.*

2) Bas. *ἔχει.*

ἐπιδοθείσης αὐτῷ προικός. τὰ οὖν εἰρημένα ἐπὶ ἀνδρὸς καὶ ἐπὶ[3]) γυναικὸς κρατεῖ ἀθεμίτως γαμηθείσης ἐν εἰδήσει τοῦ νόμου[4]). ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. ε' διάτ. δ' καὶ ϛ'.

Ὁ ἀθεμίτως γαμῶν[5]), εἰ παῖδας ἔχῃ[6]) ἀπὸ πρώτων νομίμων γάμων[7]), διαδεχέσθωσαν αὐτόν, καὶ παραχρῆμα γίνονται[8]) αὐτεξούσιοι. πλὴν ὀφείλουσιν αὐτὸν τρέφειν καὶ χορηγεῖν[9]) αὐτῷ τὰ ἀναγκαῖα ἀναλώματα. ὡς βι. ε'[10]) τοῦ κώδ. τί. ε' διάτ. δ' περὶ τῆς ἀθεμιτογαμίας· περὶ γὰρ τῆς τροφῆς καὶ χορηγίας τῶν ἀναγκαίων ἀναλωμάτων εἴρηται βι. η' τοῦ κώδ. τί. μϛ' διάτ. ε'[11]) καὶ θ'.

Ἐάν τις πρὸ τῆς παρούσης διατάξεως ἐξαθεμιτογάμησεν[12]), οὐκ εὐθύνεται· ἐὰν δὲ μετὰ τὴν διάταξιν ἀθεμιτογαμήσας ἀποστῇ ἐντὸς δύο ἐτῶν[13]) τῶν μυσαρῶν γάμων, δημεύεται εἰς μόνον τὸ δ' μέρος τῆς οὐσίας αὐτοῦ[14]) καὶ κληρονομεῖται εἰς τὸ ἄλλο ἥμισυ τέταρτον ὑπὸ τῶν τεχθέντων αὐτῷ ἀπὸ τοῦ τοιούτου γάμου[15]), εἰ μὴ ἄρα[16]) ἀχάριστοι ὦσιν, ἐὰν δηλονότι παῖδας ἀπὸ νομίμου γάμου οὐκ ἔχει. εἰ γὰρ ἔχει, τότε οἱ μὲν[17]) νόμιμοι αὐτοῦ παῖδες τρία μέρη λαμβάνουσιν ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ[18]), οἱ δὲ ἀθεμίτως τεχθέντες τὸ ἄλλο ἓν[19]) μέρος λήψονται. τὰ αὐτὰ δὲ κρατεῖ καὶ εἰ μετὰ τὸ λῦσαι τὸν γάμον τὸν[20]) ἀθέμιτον σχῇ ἀπὸ νομίμου γάμου παῖδας· πάλιν γὰρ οἱ ἐξ ἀθεμιτογαμίας ἓν μέρος κληρονομοῦσιν, οἱ δὲ νομίμως τικτόμενοι τὰ ἄλλα[21]) τρία μέρη λαμβάνουσιν. καὶ ταῦτα μέν, ἐὰν ὁ ἀθεμιτογαμήσας[22]) μετὰ τὴν διάταξιν ἐντὸς β' ἐτῶν[23]) ἀποστῇ τοῦ τοιούτου γάμου. εἰ γὰρ τῆς διετίας[24]) διαδραμούσης[25]) μὴ λύσῃ[26]) τὸν ἀθέμιτον γάμον, τότε δημεύεται πᾶσα τοῦ μὲν[27]) ἀνδρὸς ἡ περιουσία, τῆς δὲ γυναικὸς ἡ προίξ, νομίμων μέντοιγε[28]) παίδων μὴ ὑπόντων αὐτοῖς· οἱ γὰρ ἐκ τοῦ ἀθεμίτου γάμου τεχθέντες αὐτοῖς οὐδὲν παντελῶς[29]) λήψονται[30]).

Ἐὰν δέ, ὡς διέστιξα[31]), ἔχωσιν οἱ οὕτως ἀθεμιτογαμεῖν[32]) ἐμμείναντες νομίμους παῖδας, τότε αὐτοὶ οἱ ὄντες υἱοὶ λαμβάνουσι τρία μέρη ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ ἰδίου[33]) πατρός, καὶ τὸ ἄλλο[34]) μέρος δημεύεται σὺν τῇ πάσῃ προικὶ τῆς μητρὸς[35]) αὐτῶν. τοῦτο δὲ νόησον, ἐὰν μετὰ τὸν ἀθέμιτον γάμον ἐτέχθησαν οἱ νόμιμοι παῖδες· εἰ γὰρ προεγεννήθησαν τοῦ τοιούτου γάμου, τότε τὸ πᾶν λαμβάνουσιν κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς παρού-

subiicitur cum dote ipsi data. Quae igitur de viro dicta sunt, etiam in muliere obtinent, quae incestas nuptias contraxit legis haud ignara. Lege lib. V Cod. tit. 5 const. 4 et 6.

2. Si is, qui incestas nuptias contrahit, liberos ex anterioribus legitimis nuptiis habeat, illi succedunt, et statim sui iuris fiunt. Sed debent eum alere et necessarium sumtum ei praebere. Vide lib. V Cod. tit. 5 const. 4 de incestis nuptiis: de alimentis enim et sumtuum suppeditatione dictum est lib. VIII. Cod. tit. 46 const. 5 et 9.

3. Si quis ante praesentem constitutionem incestas nuptias solverit, non fit reus; quodsi is, qui incestas nuptias contraxit, post hanc constitutionem intra biennium ab abominandis istis nuptiis desistat, quarta tantum pars substantiae eius confiscatur, et in dimidiam et quartam partem succedunt, qui ei ex hoc matrimonio procreati sunt, nisi ingrati sint, scilicet si liberos ex legitimis nuptiis non habeat. Nam si habeat, tunc legitimi eius liberi tres partes ex bonis eius capiunt: qui vero ex incestis nuptiis procreati sunt, reliquum quadrantem capient. Idem obtinet, et si post solutionem nuptiarum incestarum ex iustis nuptiis liberos susceperit: nam et hic ex incestis nuptiis procreati unam partem ferunt, legitime nati autem tres reliquas partes accipiunt. Et haec quidem si is, qui incestas nuptias contraxit, post constitutionem intra biennium ab eiusmodi nuptiis desistat. Nam si biennium praeterierit et incestas nuptias non solverit, tunc confiscatur tota substantia viri et dos mulieris, scilicet si legitimos liberos non habeant: nam liberi, quos ex incestis nuptiis susceperunt, nihil penitus accipient.

4. Si vero, sicuti distinxi, ii, qui in incestis nuptiis perseverarunt, legitimos liberos habeant, tunc filii, qui sunt, tres partes substantiae patris accipiunt, et reliqua pars confiscatur una cum integra dote matris eorum. Hoc autem sic intelligo, si post incestas nuptias legitimi liberi procreati sunt: nam si ante huiusmodi nuptias nati sunt, tunc solidum capiunt secundum initium praesentis constitutionis.

---

3) Deest in Basil.
4) Bodl. γάμου.
5) Bodl. ἀθεμιτογαμῶν.
6) Bas. ἔχει. Sic et Bodl.
7) Bas. et Bodl. γάμων νομίμων.
8) Bas. γίνωνται.
9) Cod et Bas. χωρηγεῖν. Ille mox χωρηγίας.
10) Cod. ι', quod ex Bodl. correxi.
11) Cod. καὶ διάτ. ε'.
12) Cod. εἰ ἀθεμ. — Bas. ἀθεμιτογαμήσῃ. Bodl. ἀθεμιτογάμησεν. Sed textus Nov. XII cap. 3 postulare videtur, ut illud εἰ ἀθεμ. in ἐξαθεμ. mutemus, et totum locum aliter interpretemur, quam *Fabrotus* et *Heimbachius* interpretati sunt. Nostra interpretatio verbis, quae infra recurrunt: καὶ ταῦτα μὲν κ. τ. λ. comprobatur.
13) Bas. μὴ ἀποστῇ ἐντὸς β' ἔτους.
14) Bas. τῆς αὐτοῦ περιουσίας.
15) Cod. ἀπὸ τοιοῦτον γάμον. Quod certe in „ἀπὸ τοιούτων γάμων" corrigendum erat: sed alteram lectionem ex Bas. et Bodl. in textum recipere malui.
16) Deest in Bas.
17) Deest in Bodl.
18) Cod. αὐτῶν. In Bodl. autem αὐτῷ deest.
19) Bas.: ἓν ἄλλο.
20) Deest in Bas.
21) Bas.: τἄλλα.
22) Bodl.: ἐὰν ἀθεμιτογαμήσας. Bas: ἐὰν ὁ ἀθεμίτως γαμήσας.
23) Bas. ἐνιαυτῶν.
24) Cod. τριετίας, quod ex Bas. et Bodl. correxi.
25) Bas. παραδραμούσης.
26) Sic Bodl. et Bas. Cod.: λύσει.
27) Bas. δημεύεται μὲν πᾶσα τοῦ ἀνδρός.
28) Bodl. μέντοι.
29) Cod. τὸ παντελῶς.
30) Bas. λήψονται.
31) Cod. διέστιξα. Bodl. διέστιξαν. Bas. διεστήξαμεν.
32) Cod. ἀθεμιτογαμὴν. Bas. ἀθεμιτογαμίᾳ.
33) Deest in Bas.
34) Bas. τὸ ἓν ἄλλο.
35) Bodl. συμπάσῃ τῇ μητρικῇ προικὶ αὐτῶν

σης διατάξεως. ἀνάγνωθι δὲ[36]) βι. ε' τοῦ κώδ. τί. ε' διάτ. δ' καὶ ς', οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ τέλος οδ' νεαρᾶς.

Ἡ ἐγκαίρως[37]), τουτέστιν ἐντὸς τῆς διετίας, ἀποστᾶσα γυνὴ τῆς ἀθεμιτογαμίας τὴν ἑαυτῆς[38]) προῖκα λαμβάνει μηδὲν ζημιουμένη.

Οἱ ἐξ απροίκου νομίμου γυναικὸς τικτόμενοι παῖδες τῇ ποιήσει τῶν προικῴων γνήσιοι γίνονται. ὁμοίως βι. ε' τοῦ κώδ. τί. κζ' διάτ. ε' καὶ ς' καὶ ζ' και ι' καὶ νεαρὰ ιθ' καὶ οδ' καὶ πθ'. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἰουνίῳ ὑπατείᾳ βελισαρίου.

Lege lib. V Cod. tit. 5 const. 4 et 6, sed etiam finem Novellae LXXIV.

5. Mulier, quae opportuno tempore, hoc est intra biennium, ab incestis nuptiis desistit, dotem suam recipit neque ullum damnum sentit.

22) Excidit, nisi fallor, hoc loco §, quam nobis servaverunt Basilicorum scholia (ed. *Fabrot.* IV p. 290. *Heimbach Ἀνέκδ.* I p. 228). Quae quidem sic restituenda est: *Περιορισμὸς ἐπέχων χώραν* aquae et ignis interdictionos *οὐ λύει τὸν γάμον. ἀνάγνωθι βι. ε΄ τοῦ κώδ. τί. ις΄ διάτ. κδ΄ καὶ τί. ιζ΄ διάτ. α΄ καὶ βι. θ΄ τί. μζ΄ διατ. θ΄.* — h. e. *Deportatio, quae aqua et igni interdictionis locum obtinet, matrimonium non solvit. Lege lib. V Cod. tit. 16 const. 24 et tit. 17 const. 1 et lib. IX tit. 47 const. 9.* — Sed cf. supra §. 7.
23) Cod. *δέκα*, cui recentior manus superscripsit: *πέντε*, nisi fallor ob ea, quae §. 6 dicta sunt.
24) Codex novam hinc lineam incipit.
25) Cod. *ιζ΄ omisso articulo ἡ.*

Ὅλα τὰ εἰρημένα τρόποι εἰσὶ τῆς βονα γρατία λύσεως τῶν γάμων καὶ ποινὴν οὐκ εἰσάγουσιν, ἀλλ᾽ ἢ ὅλως ἁρμόζουσιν ἐπ᾽ αὐτῶν οἱ κάσοι καὶ οὐκ ἀεί[26]), ἀλλ᾽ ὅτε ὁ λύων τὸν γάμον μιμεῖται τελευτῶντα, ὡς ὁ μονάζων.

Αἰτίαι ῥεπουδίου εἰσί· μοιχεία, φόνος, φαρμακία, ἐπιβουλὴ βασιλείας, πλαστογραφία, τυμβορυχία, ἱεροσυλία, λῃστεία καὶ λῃστῶν ὑποδοχή, ἀπελασία, ἀνδραποδισμός, πορνεία ἐπ᾽ ὄψει τῆς γαμετῆς γινομένη, ἐπιβουλὴ τῆς ζωῆς τοῦ ἀνδρός, ἡ γυνὴ ἀλόγως ἔξω καθεύδουσα, ἡ θεωροῦσα παραγνώμην τοῦ ἀνδρός, ἡ γυνὴ ἐπάγουσα χεῖρας τῷ ἀνδρί, ἡ ἐπίτηδες καὶ παραγνώμην αὐτοῦ ἀμβλωθρίδιον ποιοῦσα διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν ἔχθραν, ἡ γυνὴ συλλουομένη ἀνδράσιν, ἡ γυνὴ διαλέγουσα περὶ ἄλλου αὐτῆς γάμου, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ἀλόγως τοῦ ῥεπουδίου πομπή. καὶ ἰστέον, ὅτι ὁ ὑποπίπτων μιᾷ τῶν εἰρημένων αἰτιῶν ζημιοῦται τὰ ἐπιδοθέντα ἢ ἐπερωτηθέντα χάριν προικὸς τυχὸν ἢ ἔδνων· καὶ ἐὰν ἡ γυνὴ περιπέσῃ, οὐ δύναται πρὸ ε΄ ἐτῶν τῆς λύσεως τοῦ γάμου δευτερογαμεῖν, ἐπεὶ γίνεται ὑπὸ πούβλικαν κατηγορίαν· εἰ δὲ ἀνὴρ περιπέσῃ, ἐνιαυτὸν ὀφείλει ἀναμεῖναι μετὰ τὴν λύσιν τοῦ πρώτου γάμου, καὶ οὕτως δευτέρῳ προσομιλῆσαι γάμῳ· καὶ γὰρ ἡ γυνή, κἂν βονα γρατία λύσει τὸν γάμον, εἰ μὴ παρέλθοι ἐνιαυτός, οὐ δύναται δευτέρῳ ἀνδρὶ προσομιλῆσαι ἢ συνάπτεσθαι. ἀνάγνωθι τὰς ὑποκειμένας διατάξεις τοῦ ιζ΄ τί. τοῦ ε΄ βι. τοῦ κώδικος, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν ριζ΄ νεαράν, καὶ γνώσει τὰς τῶν ῥεπουδίων αἰτίας. ἡ γὰρ εἰρημένη νεαρά φησι περὶ τὸ τέλος αὐτῆς, ἄλλο ἐπιτίμιον γίνεσθαι ἐπὶ τοῦ ἀνδρὸς λύοντος ἀλόγως τὸν γάμον, ὃ οὐ προβαίνει. πλὴν ἴσθι σύ, ὅτι σήμερον ποιναὶ ἴσαι εἰσὶν ἀνδρὸς καὶ γυναικός, κατὰ τὴν ρκζ΄ νεαράν.[27])

Ἐναπόγραφος ἐλευθέραν μὴ γαμείτω, ἐπειδὴ γάμον οὐ συνίστησιν. ἀνάγνωθι τὰς ὑποκειμένας διατάξεις τῷ μη΄ τί. τοῦ ια΄ βι. τοῦ κώδικος, καὶ γνώσει[28]) τὰ περὶ τῶν ἐναπογράφων.

Τὰ ἄπροικα συνοικέσια ζημιοῦσι τὸν ἀλόγως λύοντα τὸν γάμον εἰς τὸ τέταρτον τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ἐὰν δηλονότι οὐχ ὑπερβαίνει τὰς ρ΄ τοῦ χρυσίου λίτρας αὐτὸ τὸ τέταρτον· ἡ γὰρ μεγίστη προὶξ τετρακοσίων λιτρῶν ἐστιν. ἰστέον δέ, ὅτι πρὸς τὸ ἀπολέσαι τὸ δ΄ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἀναγκάζεται ὁ ἀλόγως λύων τὸ ἄπροικον συνοικέσιον, εἰ μὲν ἀνήρ ἐστιν, ἐνιαυτὸν ποιῆσαι πρὸ τοῦ δευτερογαμῆσαι[29])· εἰ δὲ γυνὴ ᾖ ἡ τοῦτο ποιοῦσα, οὐ δύναται δευτέρῳ γάμῳ προσομιλῆσαι, εἰ μὴ παρέλθῃ ἡ πενταετία. ἀνάγνωθι βι. ε΄ τοῦ κώδ. τί. ιζ΄ διάτ. ι΄, καὶ ἴσθι, ὅτι τὸ περὶ τοῦ χρόνου λεχθὲν ἐκεῖ ἀνῄρηται· δύο γὰρ ἔτη μόνον λέγει μεῖναι τὴν γυναῖκα. ὁμοίως δὲ τοῖς ἐνταῦθα κειμένοις φησὶν καὶ ἡ οδ΄ καὶ ριζ΄ νεαρά.

13. Quae dicta sunt, species sunt bona gratia solutionis matrimoniorum, nec poenam inducunt, sed lucra ex casu mortis aut omnino [non] competunt in iis, [aut] non semper, sed tum demum, si is, qui matrimonium solvit, morienti similis est, veluti is, qui monachus fit.

14. Causae repudii sunt: adulterium, homicidium, veneficium, insidiae imperatori structae, falsi crimen, sepulcri violati crimen, sacrilegium, latrocinium et latronum susceptio, abigeatus, plagium, stuprum sub oculis uxoris factum, insidiae vitae mariti factae, si mulier sine idonea ratione foris pernoctaverit, si invito marito spectatum iverit, si mulier manus iniecerit marito, si ex proposito et invito eo ob odium in ipsum medicamentum abortivum paraverit, si mulier cum viris se lavaverit, si mulier de aliis nuptiis ab ipsa contrahendis sermonem fecerit, denique repudii missio sine causa facta. Et sciendum est, eum, in quem una ex dictis causis ceciderit, omnibus mulctari, quae forte in dotem vel propter nuptias donationem data vel promissa sunt: et si in mulierem ceciderit, non potest ante V annos a solutione matrimonii secundas contrahere nuptias, alioqnin publicae accusationi obnoxia fit: si vero in virum ceciderit, annum post solutionem prioris matrimonii exspectare debet, et sic ad secundas accedere nuptias: mulier scilicet, etiamsi bona gratia matrimonium solverit, nisi annus praeterierit, non potest secundo viro coniungi vel copulari. Lege constitutiones, quae subsunt tit. 17 lib. V Codicis, et similiter Nov. CXVII, et disces repudiorum causas. Haec tamen Novella circa finem aliam poenam in viro statuit, qui sine causa matrimonium solvit, quod non procedit. Scias enim, viri et mulieris poenas hodie aequales esse, secundum Nov. CXXVII.

15. Adscriptitius liberam ne ducat, alioquin nuptias non contrahit. Lege constitutiones, quae subsunt tit. 48 lib. XI Codicis, et scies, quae ad adscriptitios pertinent.

16. In indotatis matrimoniis qui sine causa matrimonium solvit, quarta parte substantiae suae mulctatur, scilicet si haec quarta non excedat C auri libras: nam maxima dos quadringentarum librarum est. Sciendum tamen est, quod is, qui sine causa indotatum matrimonium solvit, praeterquam quod quartam substantiae suae partem amittit, etiam cogitur, siquidem vir est, annum facere, antequam ad secundas nuptias transeat: sin autem mulier sit, quae hoc fecit, non potest ad secundas nuptias transire, nisi quinquennium praeterierit. Lege lib. V Cod. tit. 17 const. 10, et scias sublatum esse, quod ibi de tempore dictum est: nam biennium tantum mulierem exspectare dicit. Similiter autem his, quae hoc loco statuuntur, loquitur Nov. LXXIV et CXVII.

---

26) Haec corrupta esse videntur, nec sine violentia sanari possunt. Fortasse legendum: *ἀλλ᾽ ἢ ὅλως οὐχ ἁρμόζουσιν ἐπ᾽ αὐτῶν οἱ κάσοι ἢ οὐκ ἀεὶ κ. τ. λ.*

27) In ultimis verborum structura minus expedita est. Quid sibi velit auctor, ex iis, quae infra Nov. CXVII §. 24 profert, facile intelligitur.

28) Basil. *γνώσῃ*.

29) Cod. *ποιήσει πρὸ τοῦ δευτερογαμήσει*. De hac signifi-

Μήτε ὑπεξούσιος μήτε EMANCIPATO*ς λυέτωσαν τὰ αὐτῶν*[30]) *συνοικέσια ἐπὶ βλάβῃ τῶν ἰδίων γονέων ἐκτὸς τῆς ἐκείνων βουλήσεώς τε καὶ συναινέσεως. ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. ιζ' διάτ. ιβ'.*

Θανάτου συμβάντος ἑνὶ ἐκ τῶν γάμον[31]) *συναλλαττόντων, ὁ ἐπ' αὐτῷ* CASO*ς ἁρμοζέτω. ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. ιγ' διάτ. α' καὶ τί. ιδ' διάτ. ς', ἔνθα φησίν, ὅτι δύναται συμφωνεῖσθαι κέρδος γίνεσθαι πᾶσαν τὴν προῖκα.*

Τὰ σύμφωνα[32]) *τῶν προικῶν καὶ τῶν προγάμου δωρεῶν ἴσα γινέσθωσαν. ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. ιδ' διάτ. ι'. ὁμοίως δέ φησιν ἡ ϟζ' νεαρά.*

Αἱ ἐπιδόσεις πρὸς τὸ δοκοῦν τοῖς γάμον συναλλάττουσιν γίνονται, κἂν ἄνισοι εἴησαν. τοῦτο ἀναιρεῖ ἡ ϟζ' νεαρά· ἴσαι γὰρ ὀφείλουσιν εἶναι. ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. ιδ' διατ. θ'.

Ἐὰν ἐν τοῖς CASOι*ς ἐπερωτήσῃ ὁ μὲν πλέον ὁ δὲ ἧττον, τότε πρὸς τὸ ἧττον κανονίζεται τὸ κέρδος. ὁμοίως βι. ε'*[33]) *τοῦ κώδ. τί. ιδ' διάτ. θ'.*[34]).

Τῶν γαμικῶν κερδῶν οἱ μὴ δευτερογαμοῦντες τελείως δεσπόζουσιν. μέμνησο τῆς δευτέρας νεαρᾶς. τοῦτο ἀναιρεῖ ἡ ϟη' νεαρά. πλὴν ἴσθι, ὅτι ἄλλο προστίθησι τῇ εἰρημένῃ ϟη' νεαρᾷ ἡ ρκζ' ὁμοίως νεαρά. ἀνάγνωθι οὖν τὰς β' διατάξεις. σήμερον γὰρ ὁ μὴ δευτερογαμῶν ἑνὸς μόνου παιδὸς ἔχει μέρος κατὰ δεσποτείαν[35]).

Ἐὰν οἱ δευτερογαμοῦντες τὰ γαμικὰ κέρδη μὴ ἐκποιήσωσι, μήτε ὑπόθωνται[36]) *ῥητῶς, μήτε ἄλλοις παραπέμψωσιν ἀπὸ τελευταίας βουλήσεως*[37]), *λαμβανέτωσαν αὐτὰ οἱ τεχθέντες αὐτοῖς ἐκ τοῦ αὐτοῦ γάμου παῖδες*[38]) *ἐξ ἴσου, κἂν μὴ κληρονομήσωσιν*[39]) *αὐτούς, εἰ μὴ ἄρα ὀφθῶσιν ἀχάριστοι· τὸ γὰρ τοῦ ἀχαρίστου παιδὸς μέρος προσαυξάνεται τοῖς λοιποῖς αὐτοῦ*[40]) *ἀδελφοῖς, εἰ δὲ πάντες οἱ παῖδες εὑρεθῶσιν ἀχάριστοι, τότε τὸ μέρος αὐτῶν προστίθεται τοῖς κληρονόμοις τῶν ἰδίων γονέων, κἂν ἐξωτικοὶ εἶεν. ἴσθι δέ, ὅτι καὶ ἐνταῦθα οἱ ἔγγονοι ὑπεισέρχονται*[41]) *τὸ πρόσωπον τῶν ἰδίων γονέων*[42]), *ἐὰν τὸν πατέρα κληρονομῶσιν*[43]). *καὶ σημείωσαι, ὅτι κρατεῖ τὰ εἰρημένα*[44]) *καὶ ἐπὶ τῶν ἀπροίκων κερδαινόντων τὸ τέταρτον τῆς οὐσίας ἢ οἱονδήποτε*[45]) *μέρος ἀπὸ τῶν κάσων· καὶ αὐτοὶ γὰρ*[46]) *καλῶς πακτεύουσιν. ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. θ' διάτ. θ'*[47]), *καὶ μέμνησο τῆς β' νεαρᾶς, καὶ ἀνάγνωθι τὴν ϟη' ὁμοίως νεαράν*[48]).

17. Neque is, qui sub potestate est, neque emancipatus matrimonia sua solvant in damnum parentum suorum absque illorum voluntate et consensu. Lege lib. V Cod. tit. 17 const. 12.

18. Si cui ex iis, qui nuptias contraxerunt, mors contigerit, locum habeat id, de quo in casum mortis eius convenit. Lege lib. V Cod. tit. 13 const. 1 et tit. 14 const. 6, ubi dicit, quod etiam conveniri potest, ut tota dos lucrum fiat.

19. Conventiones super dotibus et ante nuptias donationibus aequales fiant. Lege lib. V Cod. tit. 14 const. 10. Similiter loquitur Nov. XCVII.

20. Dationes fiunt, quemadmodum contrahentibus placuerit, licet inaequales sint. Hoc tollit Nov. CXVII; aequales enim esse debent. Lege lib. V Cod. tit. 14 const. 9.

21. In lucris in casu mortis capiendis si alter plus, alter minus stipuletur, lucrum ad minorem quantitatem reducitur. Similiter lib. V Cod. tit. 14 const. 9 (10?)

22. Lucrorum nuptialium, qui ad secundas nuptias non accedunt, perfecte domini fiunt. Memineris Nov. II. Hoc tollit Nov. XCVIII. Sed scias, aliud dictae XCVIII Nov. per Nov. CXXVII adiici; legas ergo utramque constitutionem. Hodie scilicet, qui secundas nuptias non contrahit, unius tantum filii portionem quoad proprietatem capit.

23. Si ii, qui secundas nuptias contrahunt, lucra nuptialia non alienaverint, neque specialiter obligaverint, neque per ultimam voluntatem ad alios transmiserint, liberi ex eodem matrimonio procreati ex aequo ea capiant, licet heredes illis non existant, nisi forte ingrati esse intelligantur; nam ingrati filii portio accrescit reliquis eius fratribus, et si omnes liberi ingrati inventi fuerint, tunc eorum portio heredibus parentum suorum additur, licet extranei sint. Scias vero, hic quoque nepotes in parentum suorum locum succedere, si patri heredes exstiterint. Et notes, ea, quae dicta sunt, valere etiam in indotatis personis, quae quartam substantiae vel qualemcunque partem ex casu mortis lucrantur: nam et hae recte paciscuntur. Legas lib. V Cod. tit. 9 const. 9, et memineris Nov. II, et legas Nov. XCVIII similiter.

---

catione verbi *ποιεῖν* vide, quae notavi in editione *τῶν ῥοπῶν* cap. XIX §. 4.

30) *Heimbach* *Ἀνέκδ.* I p. 228 sine idonea ratione *αὐτῶν* scribit. Mox idem proprio Marte *βουλήσεων* scripsit. Nisi haec forte typothetae errata sunt.

31) Cod. *ἐνιαυτὸν γάμων.* Fortasse: *ἑνὶ ἀπὸ τῶν γάμων.*

32) Scilicet in casum mortis.

33) Numerus *ε'* in Codice deest.

34) Legendum videtur: *ι'*. Nam ad const. 10 Theodorum respexisse, probabilius est.

35) Haec verba: *κατὰ δεσπ.* Basil. habent, *Heimbachius* tamen in *Ἀνέκδ.* tom. I p. 229 omisit.

36) Cod. *ὑποθῶνται.*

37) In Basil. corruptela est; ibi enim hic locus sic audit: *ὑπόθωνται ῥητῶς τελευταίαν βούλησιν.*

38) Deest in Bodl.

39) Basil. *κληρονομήσουσιν.*

40) In Bodl. et Basil deest.

41) Bodl. haec verba transponit: *ὑπεισ. οἱ ἔγγονοι.*

42) Bodl. et Basil. *τοῦ ἰδίου γονέως.*

43) Bodl. *κληρονομήσωσι.*

44) Basil: *τὰ εἰρ. κρατεῖ.* In Bodl. haec verba *καὶ ση. ὅτι* desunt.

45) In Cod. particula *ἢ* deest. — Bodl. *ἢ οὐδήποτε.*

46) Bodl. *οὗτοι γάρ.* Basil. *αὗται γάρ.*

47) Videtur significari constitutio, quae in nostris editionibus *octava* eius tituli est. Sed ne mutes numerum: mutilus enim est titulus ille in editionibus. Videsis *Biener Revision des justin. Codex S.* 185.

48) In Basilicis *Fabroti* (IV p. 448) additur: *σημείωσαι, ὅτι ἔνστασις οὐκ ἔστιν ἐκποίησις· τὸ ἐναντίον λέγει βι. ε' τοῦ κώδ. τι. θ'. διατ. η'.* *Fabrotus* tamen adnotat: „haec non erant in ms. Regio." In Codice Laurentiano autem, unde hausta sunt, *Heimbachio* (*Ἀνέκδ.* tom. I p. 229 not. 75) teste praecedentibus non sunt coniuncta, sed novi scholii locum obtinent.

Ἡ πρὸ τοῦ πενθίμου χρόνου δευτερογαμοῦσα γυνὴ ἀτιμοῦται, μηδὲν ἐκ τοῦ προτέρου[49] *γάμου κερδαίνουσα, μήτε πλέον τοῦ γ' μέρους τῆς ἰδίας οὐσίας δυναμένη ἐπιδοῦναι τῷ δευτέρῳ ἀνδρί. καὶ τότε τοῦτο νόει ὅτι δύναται ποιῆσαι, ὅταν*[50] *παῖδας οὐκ ἔχῃ ἀπὸ τοῦ πρώτου ἀνδρός*[51]*. εἰ γὰρ ἔχῃ*[52] *παῖδας, τὸ ἁρμόζον μόνον*[53] *ἑνὶ τῶν παίδων ἀπὸ τοῦ τρίτου μέρους τῆς προτέρας αὐτῆς προικὸς μεριζομένου*[54] *πᾶσι τοῖς ἐκ τοῦ πρώτου γάμου τεχθεῖσιν υἱοῖς δίδωσι τῷ δευτέρῳ ἀνδρὶ εἰς προῖκα, ὡς ἀνήνεκται ἐν τῷ ε' βι. τοῦ κώδ. τι. θ' διάτ. ϛ'. ἀνάγνωθι δὲ τὴν α' καὶ β'. καὶ γ' διάτ. τοῦ εἰρημένου*[55] *τι. καὶ βι. ϛ' τι. νϛ' διάτ. δ'.*

Ἡ πρὸ τοῦ πενθίμου χρόνου δευτερογαμοῦσα οὐ δύναται πρὸς τοῖς εἰρημένοις λαβεῖν τι παρὰ[56] *οἱουδήποτε*[57] *κατά τινα φιλοτιμίαν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῇ ἐαθέντα ἐλεύσονται εἰς τὰ ι' πρόσωπα τῶν συγγενῶν αὐτοῦ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, εἰς*[58] *ἀνιόντας δέ φημι καὶ κατιόντας καὶ τοὺς ἐκ πλαγίου μέχρι*[59] *δευτέρου βαθμοῦ· εἰ δὲ οὐχ ὕπεστιν*[60] *ἓν τῶν εἰρημένων προσώπων, εἰς τὸ ταμιεῖον*[61] *προσκυροῦνται*[62]*. οὐ μόνον δὲ τὸ λεχθὲν ὑπομένει ἡ δευτερογαμοῦσα, ἀλλ' οὐδὲ τοὺς ἐπέκεινα τοῦ γ' βαθμοῦ συγγενεῖς αὐτῆς διαδέχεται. ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τι. θ' διάτ. α' καὶ β'.*

Ἡ ἀτιμία τῆς δευτέρῳ γάμῳ πρὸ τοῦ πενθίμου χρόνου προσομιλούσης[63] *λύεται*[64] *ἐξ ἀπαιδίας*[65] *μὲν βασιλικοῖς γράμμασι τοῦτο κελευόντων, ἐπὶ παισὶ δὲ οὐδὲ βασιλέως*[66] *κελεύσει, εἰ μὴ ἄρα αὐτὴ*[67] *ἡ γυνὴ τὸ ἥμισυ τῆς ἰδίας περιουσίας καθαρῶς δωρήσηται τοῖς ἐκ τοῦ πρώτου ἀνδρὸς αὐτῆς παισί, μήτε τὴν χρῆσιν αὐτοῦ τοῦ ἡμίσεως μέρους παρακατέχουσα. ἰστέον δέ, ὅτι, ἐὰν τελευτήσει*[68] *εἷς τῶν εἰρημένων αὐτῆς*[69] *υἱῶν, κληρονομοῦσιν αὐτὸν οἱ ἴδιοι αὐτοῦ παῖδες· εἰ δὲ υἱοὺς οὐκ ἔχει, διαδέχονται αὐτὸν οἱ ἴδιοι*[70] *αὐτοῦ ἀδελφοὶ εἰς τὸ λεχθὲν ἥμισυ μέρος τὸ δωρηθὲν αὐτοῖς ἐκ τῆς μητρῴας ὑποστάσεως· εἰ δὲ ὁ τελευτήσας ἀπὸ τῶν παίδων υἱοὺς οὐκ ἔχει οὐδὲ ἀδελφούς*[71]*, ἀλλὰ μόνος ἦν, καὶ οὐδὲ διέθετο*[72] *τότε ἡ ἰδία μήτηρ*[73]*, τουτέ-*

24. **Mulier**, quae ante annum luctus secundas nuptias contrahit, infamia notatur, nec quicquam ex priori matrimonio lucratur, neque ultra tertiam partem suae substantiae secundo marito dare potest. Et hoc eam tunc facere posse intelligas, si liberos non habeat ex priori marito. Nam si liberos habeat, solum id, quod competit uni ex liberis ex triente prioris dotis, qui inter omnes liberos ex priore matrimonio procreatos dividi debet, secundo marito in dotem dat, sicuti relatum est lib. V Cod. tit. 9 const. 6. Lege etiam const. 1 et 2 et 3 dicti tituli et lib. VI tit. 56 const. 4.

25. **Mulier**, quae ante annum luctus secundas nuptias contrahit, insuper non potest a quoquam aliquid accipere liberalitatis titulo, sed ea, quae a marito ei relicta sunt, ad decem personas cognatorum ipsius mariti venient, ad ascendentes, inquam, et descendentes et ex latere cognatos usque ad secundum gradum: et si nulla subsit ex dictis personis, fisco vindicantur. Non solum autem, quod dictum est, patitur ea, quae secundo nubit, sed nec succedit cognatis suis ultra tertium gradum. Lege lib. V Cod. tit. 9 const. 1 et 2.

26. Infamia eius, quae ante annum luctus ad secundas nuptias properavit, solvitur, siquidem liberos non habeat, literis principalibus hoc iubentibus; sin autem liberos habeat, ne iussu quidem imperatoris, nisi forte ea mulier dimidiam substantiae suae partem pure donaverit liberis suis ex priore marito susceptis, ne usumfructum quidem huius dimidiae partis retinens. Sciendum autem est, si unus ex dictis filiis eius decesserit, liberos eius ipsi heredes esse: sin liberos non habet, succedunt ei fratres eius in dictam dimidiam partem ex materna substantia ipsis donatam: quodsi qui decessit ex liberis, nec filios habet nec fratres, sed solus fuit, neque testamentum fecit, tunc eius mater, i. e. mulier,

---

49) Basil. *δευτέρου.*
50) Basil. *ὅτε*
51) Basil. *ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς τοῦ πρώτου.*
52) Basil. hic et paulo superius: *ἔχει.*
53) Deest in Basil.
54) Codex et Basil. *μεριζομένης* habent. *Fabrotus* (IV p. 498) vertit: „*Nam si liberos habeat, quod competit uni ex filiis ex tertia parte prioris dotis suae, ea divisa inter omnes liberos susceptos ex priore matrimonio, secundo marito in dotem dat.*“ *Heimbachius* vero (*Ἀνέκδ.* I p. 229) vertit: „*Nam, si liberos habeat, id, quod uni ex liberis ex triente competit, secundo marito in dotem dat, priore ipsius dote inter omnes filios ex priore matrimonio susceptos dividenda.*“ Et in nota ad hunc locum haec dicit: „*Ego ex Novellae 22 capite 22 et const. 6 Cod. V. 9 interpretationem composui meam. Fabrotus post vocem τοῦ τρίτου μέρους non distinxit, ideoque, quae coniungenda non erant, coniunxit.*“ — Sed *Heimbachii* interpretatio genio styli, quo *Theodorus* utitur, omnino contraria est, nec magis iuri et legibus consentanea, quam illa *Fabroti*, quam vituperat. Legendum est *τοῦ τρίτου — μεριζομένου*, ut sensus procedat. Nempe haec est *Theodori* sententia: Mulier, quae liberos ex priore matrimonio habet, si intra tempus luctus ad secundas nuptias transeat, secundum Nov. XXII c. 22 de tertia tantum parte substantiae i. e. dotis suae, — nam reliqua lucra nuptialia amittit, — in favorem secundi mariti disponere potest, ita tamen, ut, secundum lib. V Cod. tit. 9 const. 6, non possit plus ex illo triente in hunc conferre, quam uni ex liberis dederit.
55) Cod. *εἰρημένου γ' τι.*
56) Basil. *ἀπό.*
57) Basil. *προσώπου* addunt.
58) Basil. simpliciter: *ἀνιόντας φημὶ κ. τ. λ.*
59) Deest in Basil.
60) Cod. et Basil. *ὑπέστιν.* Quod genus scribendi, licet vulgare sit et a librario nostro semper usurpatum, tamen improbandum esse videtur.
61) Bas. *ταμεῖον.*
62) Bas. *προσκυροῦται.*
63) Bas. *προσομιλησάσης πρὸ τοῦ πενθ. χρ.*
64) Bas. *κωλύεται.*
65) Bas. *ἀπαιδείας.*
66) Bas. *βασιλικῇ.*
67) Bas. *αὐτή.*
68) Bas. *τελευτήσῃ.*
69) Bas. *αὐτῶν.*
70) Bas. *οἰκεῖοι.*
71) Bas. *ἀδελφόν.*
72) Cod. *ἰδιέθετο.*
73) Cod. *ἡδίαμῆρ.*

στιν ἡ[74]) *δευτερογαμοῦσα γυνή, κληρονομήσει αὐτόν, δηλονότι εἰς μόνον*[75]) *τὸ πολλάκις ῥηθὲν ἥμισυ μέρος τὸ καὶ δωρηθὲν*[76]) *παρ' αὐτῆς διὰ τὴν τῆς ἀτιμίας*[77]) *ἐπίλυσιν. σὺ γὰρ οὕτω νόει τὸ ῥητὸν τῆς παρούσης*[78]) *διατάξεως, καὶ μὴ εἴπῃς, ὅτι*[79]) *ἕτεροι δοξάζουσιν, ὅτι ἄλλων παίδων μὴ ὑπόντων κληρονομεῖ τὸν μόνον ὑπολειφθέντα υἱὸν αὐτῆς ἡ δευτερογαμοῦσα πρὸ τοῦ πενθίμου χρόνου εἰς τὸ πᾶν τῆς ἄλλης ὅλης*[80]) *περιουσίας. ἀνάγνωθι βι. ϛ' τοῦ κώδ. τί. νϛ' διάτ. δ'.*[81]).

quae secundo nupsit, heres ei erit, scilicet in solam, quam saepius memoravimus, dimidiam partem, quam et ipsa donavit propter remissionem infamiae. Sic enim intelligas textum praesentis constitutionis, nec dicas, quod quidam opinantur, eam, quae ante annum luctus secundo nupsit, si alii liberi non sint, filio, qui solus ex liberis eius remanserit, in reliqua tota substantia ex asse heredem fieri. Lege lib. VI Cod. tit. 56 const. 4.

Οἱ γονεῖς ἐπὶ παισὶ δευτερογαμοῦντες τὴν[82]) *χρῆσιν μόνον*[83]) *ἔχουσιν ὧν κερδαίνουσιν ἀπὸ τοῦ πρώτου γάμου, μήτε βεβαίως ἐκποιοῦντες αὐτά. εἰ γὰρ ἐκποιήσωσί*[84]) *τι αὐτῶν, ἐκδικεῖται*[85]), *εἰ μὴ ἄρα τριακονταετία*[86]) *παρῆλθεν*[87]) *ἀφ' οὗ γεγόνασιν αὐτεξούσιοι οἱ ὀφείλοντες αὐτὰ*[88]) *διεκδικεῖν παῖδες ἢ ἔγγονοι. ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. θ' διάτ. γ' καὶ ε'*[89]) *καὶ βι. ζ' τοῦ κώδ. τί. μ' διάτ. α'. ὅμοιον*[90]) *δὲ ἔγνως ἐν*[91]) *τῇ β' νεαρᾷ. καὶ ἴσθι, ὅτι τοῦτο προβαίνει καὶ ἐπὶ τῶν μὴ*[92]) *δευτερογαμούντων· καὶ αὐτοὶ γὰρ ἔχουσι*[93]) *τὴν χρῆσιν τῶν γαμικῶν κερδῶν. ἀνάγνωθι δὲ τὴν ϟη' νεαράν. πλὴν οἱ μὴ δευτερογαμοῦντες ἔχουσι πρὸς τῇ χρήσει καὶ ἑνὸς παιδὸς μέρος κατὰ δεσποτείαν, ὡς δηλοῖ ἡ ρκζ' νεαρά· ἐν τούτῳ οὖν διαφέρουσι τῶν δευτερογαμούντων.*

27. Parentes, qui liberos habent, si secundas nuptias contrahunt, usumfructum solum habent eorum, quae ex priori matrimonio lucrantur, neque firmo iure ea alienant. Etenim si quid eorum alienaverint, vindicatur, nisi forte tricennium praeterierit, ex quo sui iuris facti sunt liberi nepotesve, qui ea vindicare debent. Lege lib. V Cod. tit. 9 const. 3 et 5 et lib. VII Cod. tit. 40 const. 1. Idem didicisti in Nov. II. Et scias, hoc etiam in iis obtinere, qui secundas nuptias non ineunt: nam et hi usumfructum lucrorum nuptialium habent. Lege vero Nov. XCVIII. Sed qui secundas nuptias non contrahunt, praeter usumfructum etiam unius filii portionem proprietatis iure habent, sicuti declarat Nov. CXXVII; in hoc ergo ab iis differunt, qui secundas nuptias contrahunt.

Ἐν τοῖς γαμικοῖς κέρδεσιν οὐ δύνανται οἱ γονεῖς προτιμῆσαι[94]) *θάτερον παῖδα αὐτῶν τοῦ ἑτέρου· ἀλλὰ καὶ οἱ παῖδες τοῦ τελευτήσαντος υἱοῦ τὸ πρόσωπον τοῦ πατρὸς αὐτῶν ὑπεισέρχονται. μέμνησο τῆς β' νεαρᾶς καὶ ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. θ' διάτ. ε', ἥτις ἐκαινοτομήθη ἐκ τῆς προκειμένης διατάξεως*[95]). *ἔφη γάρ, ὅτι ὡς θέλει διανέμει τοῖς παισὶ τὰ γαμικὰ κέρδη τὸ κερδαῖνον αὐτὰ πρόσωπον.*

28. In lucris nuptialibus parentes non possunt alterum ex liberis alteri praeferre; imo liberi filii defuncti in patris sui locum succedunt. Memineris Nov. II et legas lib. V Cod. tit. 9 const. 5, quae per praesentem constitutionem innovata est. Dicebat enim, personam, quae lucra nuptialia lucraverit, posse ea inter liberos dividere, quemadmodum voluerit.

Οἱ γονεῖς δύνανται ἐκποιεῖν τὰ κερδανθέντα[96]), *ἐὰν οἱ παῖδες αὐτῶν προετελεύτησαν, δηλονότι μὴ ἔχοντες ἄλλους διαδόχους· εἰ γὰρ ἔχουσι, τὸ ἐξ ἀπαιδίας μόνον ἐκποιοῦσιν. μέμνησο τῆς β' νεαρᾶς καὶ ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. θ' διάτ. γ' καὶ ε'.*

29. Parentes lucra alienare possunt, si liberi eorum praemortui sunt, et alios successores non habent. Nam si habeant, id solum alienant, quod ex pacto non existentium liberorum ad eos pervenit. Memineris Nov. II et legas lib. V Cod. tit. 9 const. 3 et 5.

Ἑνὸς τῶν παίδων τελευτῶντος ἄπαιδος, ὁ μὲν περιὼν γονεὺς δευτερογαμήσας δηλονότι μόνον τὸ ἐξ ἀπαιδίας μέρος λαμβάνει, τὸ δὲ λοιπὸν εἰς τοὺς διαδόχους[97]) *αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ ἐλεύσεται, εἴτε ἀδελφοί εἰσιν, εἴτε ἐξωτικοί. μέμνησο τῆς β' νεαρᾶς.*

30. Si unus ex liberis sine liberis decedat, parens superstes, scilicet si secundas nuptias contraxerit, partem tantum ex pacto non existentium liberorum accipit: id autem, quod reliquum est, ad successores ipsius filii perveniet, sive fratres sint sive extranei. Memineris Nov. II.

---

74) Bas. *μήτηρ τε καὶ δευτ.* Sed hoc „*τε*" legendum est „*τουτέστιν.*" Vide librum, quem edidi, *Αἱ ῥοπαί* p. 28 not. 33, et *Heimbach* *Ἀνέκδ.* tom. I p. 172 not. 42.
75) Deest in Basil.
76) Bas. *τοῦ δωρηθέντος.*
77) Bas. *αἰτίας.*
78) Bas. *πάσης.*
79) Bas. *ὡς.*
80) Bas. *καὶ ὅλης αὐτοῦ.*
81) Basil. *α'.*
82) Deest in Bodl.
83) Bodl. et Cod. Florent. Basil. *μόνην.*
84) Basil. *ἐκποιήσουσιν.* Bodl. *ἐκποιήσονται.*
85) Basil. Fabroti: *αὐτῷ ἐκποιεῖται.*
86) Basil. Fabroti: *τριάκοντα ἔτη.*
87) Bodl. *παρῆλθε ψηφιζόμενος ὁ χρόνος ἀφ' οὗ.*
88) Idem: *ταῦτα.*
89) Basil. *η'.*
90) Basil. *ὁμοίως.*
91) Bas. *καὶ ἐν.*
92) Deest in Codice.
93) Pro *γὰρ ἔχ.* Codex habet *παρέχουσι.*
94) Basil. Fabroti: *προτιμεῖσθαι.* Cod. Basil. Florent: *προτιμᾶσθαι*, probante *Heimbachio* *Ἀνέκδ.* tom. I p. 230 not. 96.
95) Deest in Basil.
96) Bodl. *κερδηθέντα.*
97) Bodl. *εἰς τοὺς διαδόχους τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ ἐλεύσεται·* Reliqua non habet.

Τὰ κερδανθέντα [98]) *ἀπὸ τῶν γαμικῶν προφάσεων* [99]) *τοῖς γονεῦσιν αὐτῶν οἱ παῖδες ἐξ ἴσου λαμβάνουσιν, κἂν μὴ κληρονομήσωσι τοὺς ἰδίους γονεῖς, εἰ μὴ ἄρα ὦσιν ἀχάριστοι. τοῦτο ἔγνως καὶ ἀνωτέρω. ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. θ' διάτ. ς' καὶ ζ'.*

Τὸ δευτερογαμοῦν ἐπὶ παισὶ πρόσωπον κατ' οὐδένα τρόπον δίδωσιν ἐκ τῆς αὐτοῦ περιουσίας εἰς προῖκα ἢ πρὸ γάμου δωρεὰν πλέον τοῦ ἁρμόζοντος μέρους [100]) *ἑνὶ τῶν παίδων τῷ* [101]) *τὸ ἔλαττον ἔχοντι, δηλονότι ἐχόντων αὐτῶν τῶν παίδων τὸ νόμιμον ποστημόριον* [102]), *ἐξωθουμένων μέντοιγε* [103]) *τῶν ὄντων ἐν αὐτοῖς* [104]) *ἀχαρίστων. ἰστέον δὲ* [105]), *ἡ οὐσία τοῦ τὴν* [106]) *προῖκα ἢ τὴν προγάμου δωρεὰν καταγράφοντος* [107]) *σκοπεῖται ἐξ ἰμβέντου κατὰ τὴν τελευτὴν τοῦ προαποθανόντος* [108]), *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ ποσὸν ὧν ἐπιδίδωσιν* [109]). *ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. θ' διάτ. ς' καὶ θ' καὶ ι' καὶ μὴ λάθῃ σε [ἡ]* [110]) *ιγ' διάταξις τοῦ αὐτοῦ τί. καὶ βι. διαστίζουσα περὶ ἐπερωτήσεων* [111]), *καὶ ἀνάγνωθι [καὶ]* [112]) *τὴν ιη' διάταξιν.*

Παίδων ὄντων ἀπὸ πρώτου καὶ δευτέρου γάμου τὰ μὲν ἕδνα ἢ τὴν προῖκα ἑκάστου γάμου οἱ ἐξ αὐτοῦ τεχθέντες τοῦ γάμου παῖδες μόνοι [113]) *λαμβάνουσι κατ' ἐξαίρετον. διαδέχονται δὲ τὸ δευτερογαμῆσαν πρόσωπον ἐξ ἴσου πάντες οἱ ἀπὸ τοῦ πρώτου καὶ ἀπὸ* [114]) *τοῦ δευτέρου γάμου παῖδες* [115]). *τὸ δὲ λεχθὲν κρατεῖ καὶ ἐπὶ πάσης λύσεως γάμου καὶ ἐπὶ τῶν ἀπροίκων. ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. θ' διάτ. δ'* [116]) *ὁμοίως* [117]).

Συνεστῶτος τοῦ γάμου δυνατὸν αὐξάνεσθαι καὶ μειοῦσθαι τὰς ἐπιδόσεις, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐπιδίδοσθαι [118]), *εἰ μὴ ἄρα δεύτερος γάμος ἐμποδίσῃ τῇ μειώσει τῶν ἐπιδόσεων* [119]), *ἔνθα δηλονότι παῖδες προϋπεισιν ἑνὶ τῶν συναπτομένων. ἔγνως γάρ, ὡς ὁ* [120]) *ἐπὶ παισὶ δευτερογαμῶν οὐκ ἐπιδίδωσι πλέον τοῦ ἁρμόζοντος ἐλάττονος μέρους ἑνὶ τῶν ἀπὸ τοῦ πρώτου* [121]) *γάμου παίδων. ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. γ' διάτ. ιθ' καὶ κ'* [122]), *ἔνθα φησίν, ὅτι δυνατὸν [αὔξειν]* [123]) *καὶ μειοῦν τὰς ἐπιδόσεις συνισταμένου τοῦ γάμου.*

Ἐάν τις τῶν γημάντων θατέρῳ [124]) *κατὰ* USUFRUCTON *πρᾶγμα* [125]) *ἐάσῃ* [126]), *οὐδὲ δεύτερος γάμος λύσει αὐτὸν* [127]), *εἰ μὴ ἄρα ὁ καταλιπὼν εἴπῃ λυθῆναι* [128]) *αὐτὸν τὸν* USUFRUCTON *τῇ δευτερογαμίᾳ· εἰ δὲ εὑρεθῇ ὁ*

31. Lucra nuptialia parentum suorum liberi ex aequo capiunt, licet heredes parentibus suis non exsistant, nisi forte ingrati sint. Hoc didicisti etiam superius. Lege lib. V Cod. tit. 9 const. 6 et 7.

32. Si quis, quum liberos habeat, secundas nuptias contrahat, nullo modo ex substantia sua in dotem vel ante nuptias donationem plus dat quam partem, quae uni ex liberis, qui minimam habet, competit: ipsis scilicet liberis habentibus legitimam portionem, relectis autem his, qui inter eos sunt ingrati. Sciendum autem, substantiam eius, qui dotem vel ante nuptias donationem scribit, et etiam quantitatem eorum, quae dederit, inventario facto computari post mortem [coniugis binubi], quum praedefunctus fuerit. Legas lib. V Cod. tit. 9 const. 6 et 9 et 10, nec lateat te const. 13 eiusdem tituli et libri, quae inter stipulationes distinguit, et legas quoque const. 18.

33. Si liberi sint ex primo et secundo matrimonio, antenuptialem donationem vel dotem uniuscuiusque matrimonii, qui ex hoc ipso matrimonio procreati sunt, soli capiunt praecipuam. Binubo autem parenti omnes, tam qui ex primo quam qui ex secundo matrimonio nati sunt, ex aequo succedunt. Hoc vero, quod dictum est, et in matrimonio quovis modo soluto, et si indotatae fuerint mulieres, locum habet. Lege similiter lib. V Cod. tit. 9 const. 4.

34. Constante matrimonio augeri possunt et minui, quae data sunt, quin etiam nunc primum dationes fieri; nisi forte secundae nuptiae obstent, quominus dationes minuantur, quum scilicet unus ex coniugibus liberos ex priori matrimonio susceptos habeat. Didicisti enim, eum, qui liberos habeat et ita secundas nuptias contrahat, amplius dare non posse, quam uni ex liberis prioris matrimonii, qui minimum habiturus sit, competat. Lege lib. V Cod. tit. 3 const. 19 et 20, ubi dicit, dationes augeri et minui posse constante matrimonio.

35. Si ex coniugibus alter alteri usumfructum rei reliquerit, hunc ne secundae quidem nuptiae perimunt, nisi forte is, qui reliquit, eum usumfructum secundis nuptiis perimi dixerit. Si tamen iste usus-

---

98) Cod. et Basil. Fabr. *κερδαθέντα.*
99) Basil. Fabr. *τῶν γάμων προφάσει*, Cod. Flor. Basil. *ἀπὸ τῶν γάμων προφάσει.*
100) Deest in Basil.
101) Deest in Bodl. et Cod. Flor. Basil., Fabrot. *τῷ τοῦ ἔλ. ἔχοντος.*
102) Bodl. *τὸ ποστημόριον τουτέστι τὸ νόμιμον.*
103) Deest in Bodl.
104) Verba *ἐν αὐτοῖς* desunt in Bodl.
105) Basil. *ἰστέον μέντοι ὅτι ἡ οὐσία.* Bodl. tamen cum nostro facit.
106) Bodl. et Basil. *τοῦ τοιούτου πρ.*
107) Bodl *καταγραφέντος.* — Basil. Fabroti: *καταγράφοντα.*
108) Basil. Fabrot.: *κατὰ τελ. τὴν τοῦ προαποθ.*
109) Basil. *ἀποδίδωσιν.*
110) Articulum non habet Codex.
111) Bodl. *ἐπερωτήσεως.* Similiter Cod. Florent. Basil.
112) Supplevi ex Basil. et Bodl.
113) Cod. Florent. Basil. *οἱ ἐξ αὐτοῦ τεχθ. μόνοι τοῦ γάμου.* Verbum *παῖδες* etiam apud Fabr. deest.
114) Basil. *οἱ ἀπό.*
115) Basil. *τεχθέντες* habent pro *παῖδες.*
116) Basil. in edit. Fabroti: *διάτ. α'*, in Cod. Flor. *διάτ. οδ'.*
117) Hoc verbum in Cod. ad initium sequentis §. ponitur. In Basil. deest.
118) Verti: „*quinetiam nunc primum dationes fieri possunt.*“ Verum etiam sic intelligi haec verba possunt: „*quemadmodum etiam ab initio dationes inaequaliter fieri possunt.*“
119) Basil. Cod. Flor.: *τῆς ἐπιδόσεως.*
120) In Basil. deest.
121) In Basil. Fabroti deest.
122) Cod. *καὶ ἡ κ'.* Basil. Fabr. *καὶ η'.*
123) Supplevi ex Basil.
124) Deest in Bodl.
125) Bodl. *πράγματα.*
126) Basil. Fabrot. *ἐάσει.*
127) Basil: *λύει.* Bodl. *λύει αὐτά.*
128) Cod. *ἐπιλυθῆναι*, quod ex Basil. in *εἴπῃ λυθῆναι* mutavi. Bodl: *εἴπῃ μὴ δοθῆναι αὐτῷ τὸν κ. τ. λ.*

USUFRUCTOς[129]) μέρος τῶν ἐπιδοθέντων ἐν προικὶ ἢ προγάμου δωρεᾷ[130]), τότε οὐδὲ λύεται κἂν κελεύσει[131]) ὁ ἐάσας αὐτὸν λυθῆναι, ἐφ' ὅσον περίεστιν ἐκεῖνος, ᾧπερ[132]) ὁ CASOς ἥρμοσεν. ἀνάγνωθι βι. γ' τοῦ κώδ. τί. λγ' διάτ. γ' καὶ ς', καὶ βι. ε' τί. ι' διάτ. α'[133]).

Τῶν ἁρμοζόντων τοῖς παισὶ καθ' οἱονδήποτε τρόπον προσκτήσεως[134]) ἡ μὲν χρῆσις τῷ πατρὶ αὐτῶν ἀνήκει καὶ δευτερογαμοῦντι ὑπεξῃρημένων τῶν κανστρεσίων καὶ ὡσανεὶ κανστρεσίων[135]), ἡ δὲ δεσποτεία αὐτοῖς τοῖς υἱοῖς φυλάττεται. ἀνάγνωθι βι. ς' [τοῦ κώδ.] διάτ. ς' καὶ η' καὶ ια' τί. ξα', καὶ βι. η' τί. [μς'] διάτ. β'.[136]).

Οὐ δύναται δευτερογαμῆσαι ἄκοντος τοῦ πάτρωνος δούλη ἐλευθερωθεῖσα καὶ νομίμως αὐτῷ γαμηθεῖσα. τοῦτο γὰρ ποιοῦσα γάμον οὐ συνιστᾷ, ἀλλὰ καὶ πορνείαν καὶ φθορὰν πλημμελεῖ. ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. ε' διάτ. α'.

Μήτηρ θέλουσα καὶ προτεινομένη ἀναγέτω τοὺς ἰδίους παῖδας, μὴ δευτερογαμοῦσα μέντοιγε. τοῦτο νόει, ἐὰν τελευτῇ ἐλύθη ὁ γάμος· ἀνάγνωθι βι.[137]) ε' τοῦ κώδ. τί. μθ' διάτ. α' καὶ β'. εἰ γὰρ REPUDίῳ ἐλύθη[138]). ὁ γάμος, τότε παρὰ τῷ μὴ διδωκότι τὴν αἰτίαν τῆς λύσεως οἱ παῖδες μένουσι κατὰ τὴν ριζ' νεαράν. ἀνάγνωθι δὲ καὶ τὴν α' διάτ. [τοῦ προλεχθέντος τί.][139]) τοῦ ε' βι. τοῦ κώδικος.

Ὁ ἀνὴρ συνεστῶτος τοῦ γάμου μὴ διδότω τῇ γυναικὶ τὴν προῖκα [χωρὶς εὐλόγου αἰτίας. τοῦτο γὰρ ποιῶν δοκεῖ δωρεῖσθαι αὐτῇ, καὶ ἀπαιτεῖται τὴν προῖκα][140]) αὖθις μετὰ καὶ τῶν ἐν τῷ μέσῳ[141]) καρπῶν. ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. ιβ' διάτ. κθ' καὶ τί. ιθ' διάτ. α'[142]).

Δύναται ὁ ἀνὴρ μετὰ τελευτὴν τῆς γυναικὸς ἀπαιτῆσαι τὴν ὁμολογηθεῖσαν αὐτῷ προῖκα, δηλονότι ἐντὸς μόνον[143]) ι' ἐτῶν κατὰ τὴν ρ' νεαράν.

Γυνὴ τῶν ἰδίων παίδων ἐπιτροπεύουσα ὀμνύτω μὴ δευτερογαμεῖν. ἐὰν δὲ δευτερογαμήσῃ[144]), αἰτείτω τοῖς παισὶν ἐπίτροπον, καὶ λογοποιήσασα πληρούτω ἃ ἐποφείλει ἐκ τῆς ἐπιτροπῆς. ἴσθι δέ, ὅτι τὸ περὶ τοῦ[145]) ὅρκου ῥηθὲν ἀνῄρηται· οὐ γὰρ ὀμνύει ἡ μήτηρ σήμερον μὴ δευτερογαμεῖν, ἀλλ' εἰ δευτερογαμήσει, ἐκπίπτει τῆς ἐπιτροπῆς. ἀνάγνωθι γὰρ[146]) τὴν ριη' καὶ ρνε' νεαράν. ἀνάγνωθι καὶ βι. ε' τοῦ κώδ. τί. λα' διάτ. γ' καὶ ς'.

fructus pars eorum, quae in dotem aut antenuptialem donationem data sunt, esse inveniatur, tunc, etiamsi is, qui reliquit, eum perimi insserit, non perimitur, quamdiu superest is, cui casus competiit. Lege lib. III Cod. tit. 33 const. 3 et 6, et lib. V tit. 10 const. 1.

36. Eorum, quae ex qualibet acquisitione liberis competunt, ususfructus quidem ad patrem pertinet, licet secundas nuptias contrahat, exceptis tamen castrensibus et quasi castrensibus rebus, proprietas autem liberis ipsis servatur. Lege lib. VI Cod. const. 6 et 8 et 11 tit. 61. et lib. VIII tit. 46 const. 2.

37. Non potest invito patrono secundas nuptias contrahere ancilla, quae ab illo manumissa eique legitimo matrimonio iuncta est. Nam si hoc faciat, nuptias non contrahit, imo adulterium et stuprum committit. Lege lib. V Cod. tit. 5 const. 1.

38. Mater, si velit seque offerat, liberos suos educato, siqnidem secundas non contrahat nuptias. Hoc intellige, si matrimonium morte solutum fuerit: lege lib. V Cod. tit. 49 const. 1 et 2. Nam si repudio matrimonium solutum fuerit, tunc apud eum, qui solutionis causam non praebuit, liberi manent secundum Nov. CXVII. Legas etiam const. 1 supradicti tit. lib. V Codicis.

39. Vir constante matrimonio ne dato uxori dotem absque iusta causa. Hoc enim si faciat, ipsi donare videtur, et dos ab eo repetitur cum fructibus medii temporis. Lege lib. V Cod. tit. 12 const. 29 et tit. 19 const. 1.

40. Maritus post mortem uxoris dotem ipsi promissam petere potest, nempe intra X solum annos secundum Nov. C.

41. Mulier, quae liberorum suorum tutelam gerit, iuret se iterum non esse nupturam. Sin autem secundas nuptias contrahat, tutorem liberis petat, et redditis rationibus solvat, quae ob tutelam debet. Scias autem abrogatum esse, quod de iureiurando dictum est: non enim iurat hodie mater, se iterum non esse nupturam, sed si secundas nuptias contraxerit, tutela excidit. Lege Nov. CXVIII et CLV. Lege etiam lib. V Cod. tit. 31 const. 3 et 6.

---

129) Bodl: ἡ χρῆσις.
130) Ita Bodl. Basil: δωρεάν. Cod: ἐν προῖκα ἢ πρ. δωρεάν.
131) Bodl. κελεύσῃ. Basil. τελευτήσῃ.
132) Bodl. ὥσπερ. Basil. in Cod. Flor. ὅπερ.
133) Pro verbis: ἀνάγνωθι κ. τ. λ. Bodl. habet: ὡς νεαρᾷ β'. Scribendum κβ'.
134) Basil. πρὸς κτῆσιν.
135) Cod. ὑφεξῃρημένων......νοίνων καὶ ὁ καντ(ρ)εσίων κ. τ. λ. Basil. Fabroti verba καὶ ὡσανεὶ — δεσποτεία omittunt. Basil. in Cod. Florent. καὶ κονάσει κανστρ. κ. τ. λ. — Excitatur hic locus in *Tractatu de peculiis* (cf. Delineationem hist. iuris GR., quam edidi, §. 50 et *Heimbach* 'Ανέκδ. II p. 253), ubi scribitur: καὶ ὡσανεὶ κανστρ. Sic certe in Bod. Paris. 1351, quem sequutus sum.
136) Uncis inclusa, quae in Cod. deerant, supplevi. Basil. Fabroti in fine laudant διάτ. α'. Sic et Cod. Flor. Basilicorum. In *Tractatu de peculiis* (*Heimbach* 'Ανέκδ. II p. 253), si Cod. Paris. 1351 sequaris, legitur: βι. ς' τοῦ κώδ. τί. ξα' διάτ. η'. ια' καὶ βι. ' τοῦ κώδ. τί. μς' διάτ. α'. Codex autem Bonon., in quo idem tractatus extat: βι. ς' τοῦ κώδ. τί. ξα' διάτ. καὶ η ια' καὶ βι. ς' τοῦ κώδ. τί. μς' διάτ. β'. Codicis Bon. lectionem paulo diversam exhibet *Heimbach* 'Ανέκδ. I p. 233 not. 49. 52. — Caeterum hanc §. excipere debebant illae, quas librarius hoc loco omisit et infra quinto et quarto loco a fine collocavit.
137) *Heimbach* ex Cod. Flor. dedit: καὶ ἀνάγν.
138) Idem: διελύθη.
139) Ita *Heimbach*: in Cod. inclusa desunt.
140) Verborum similitudine deceptus librarius haec verba in Cod. omisit; quae ex Basilicis restitui, ita tamen, ut uncis includerem. Caeterum Cod. mox male: αὖθις pro αὖθις.
141) Basil. Fabrot. ἐν μέσῳ.
142) Cod. κα'.
143) Cod. ὁμοίως, quod ex Basil. emendavi.
144) Bas. Fabr. δευτερογαμήσει.
145) Articulus deest in Cod. Flor. Basilicorum.
146) Verbum γὰρ Basil. Fabr. non habent.

Ἡ ἐπιτροπεύουσα τῶν ἑαυτῆς παίδων εἰ διγαμήσῃ [147], *ἐνέχεται ταῖς κατὰ τῆς πρὸ τοῦ πενθίμου χρόνου δευτερογαμούσης ποιναῖς, καὶ ὑπόκειται τὰ αὐτῆς πράγματα, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ τοῦ δευτέρου ἀνδρὸς αὐτῆς, τοῖς ἐκ τοῦ πρώτου γάμου τεχθεῖσιν αὐτῇ, καὶ οὐδὲ τὴν* [147 b] *ἄνηβον αὐτῆς παῖδα διαδέχεται. τὰ αὐτὰ δὲ κρατεῖ, κἂν τοὺς φυσικοὺς αὐτῆς* [148] *παῖδας ἡ μήτηρ ἐπιτροπεύουσα δευτερογαμήσῃ. ἀνάγνωθι τὴν ϞΔ' νεαράν* [149]. *ἀνάγνωθι δὲ καὶ βι. β' τοῦ κώδ. τί. λδ' διάτ. β' περὶ τῆς διαδοχῆς τοῦ ἀνήβου, καὶ βι. ε' τί. λα'* [150] *διάτ. ια' περὶ τῶν φυσικῶν.*

42. Mulier liberorum suorum tutelam gerens si secundo nupserit, poenis tenetur, quae adversus eam statutae sunt, quae intra tempus luctus secundas nuptias contrahit, et res tam ipsius quam secundi mariti liberis ex priori matrimonio natis obligatae sunt, et filiae suae impuberi non succedit. Eadem obtinent, etiamsi naturalium liberorum tutelam mater gerat et ita secundas nuptias contraxerit. Lege Nov. XCIV [et CLV]. Insuper lege etiam lib. II Cod. tit. 34 const. 2 de successione impuberis, et lib. V tit. 31. const. 11 de naturalibus liberis.

Δευτερογαμῶν ὁ πατὴρ ἀπαιτεῖται ὑπὸ τοῦ ἰδίου παιδὸς λεγαταρίου ὄντος τὴν [151] LEGATORUM SERVANDORUM *ἱκανοδοσίαν. εἰ γὰρ μὴ δευτερογαμήσῃ* [152], *οὐκ ἀπαιτεῖται τὴν τοιαύτην ἀσφάλειαν. ἀνάγνωθι βι. ς' τοῦ κώδ. τί. νδ' διάτ. α' καὶ β' καὶ δ'* [153].

43. A patre, qui secundas nuptias contrahit, filius, qui legatarius est, legatorum servandorum causa satisdationem exigit. Scilicet si secundas nuptias non contrahat, eiusmodi cautionem pater non praestat. Lege lib. VI Cod. tit. 54 const. 1 et 2 et 4.

Τὰ ἐπὶ τῷ μὴ δευτερογαμῆσαι καταλιμπανόμενα ὑπὸ τοῦ συνοίκου οὐκ ἀπαιτοῦνται πρὸ ἐνιαυτοῦ, εἰ μὴ ἄρα ἱερωσύνη τὴν δευτερογαμίαν ἐκώλυσεν. μετὰ γὰρ τὸν ἐνιαυτὸν λαμβάνει αὐτὰ ἀσφαλιζόμενος, ὡς, εἰ δευτερογαμήσει, ἀναδίδωσιν αὐτὰ μετὰ τῶν ἐπαυξήσεων. ἀλλ' εἰ μὲν ἀκίνητα εἴησαν [154], *διόμνυται* [155] *τὴν ἀμείωτον αὐτῶν ἀποκατάστασιν μετὰ καρπῶν* [156], *ὑποτιθέμενος τὰ ἑαυτοῦ, κἂν τὰ μάλιστα σιωπηρῶς ὑπόκειται* [157]. *εἰ δὲ κινητά εἰσιν, ὁμολογείτω τὴν ἀποκατάστασιν* [158] *μετὰ καρπῶν* [159], *ἐὰν εὔπορός ἐστιν. εἰ δὲ χρήματα εἴησαν* [160], *ἀναδιδότω καὶ οὓς ἔλαβεν αὐτῶν* [161] *τόκους δανείσας· εἰ δὲ οὐκ ἐδάνεισεν, ἀλλὰ συνεχρήσατο, τρίτον* [162] *ἑκατοστῆς τόκον διδότω. ἐὰν δὲ ἄπορος εἴη* [163], *καὶ ἐγγύας ἀπαιτείσθω· εἰ δὲ* [164] *ἐγγυῶν οὐκ εὐπορῇ* [165], *ἐξομνύσθω. ἰστέον δέ, ὅτι ἐὰν δευτερογαμήσῃ* [166] *ὁ τοιοῦτος, ἐκδικεῖται παρ' αὐτοῦ τὰ ἐαθέντα αὐτῷ ἐπὶ τῷ μὴ δευτερογαμεῖν, καὶ εἰ μὲν χρήματά εἰσιν καὶ ἀπορεῖ ἐγγυῶν* [167] *καὶ περιουσίας, τρίτον ἑκατοστῆς τόκον δίδωσιν* [168]. *τὰ δὲ εἰρημένα κρατεῖ οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ἀλλήλοις συναπτομένων καὶ λεγατευόντων* [169] *ἑαυτοῖς τινα πράγματα ἐπὶ τῷ* [170] *μὴ δευτερογαμεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἐξωτικῶν λεγατευόντων τισὶν ὑπὸ τοιαύτην αἵρεσιν. γνῶθι δέ, ὅτι τὰ τυχηρὰ καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις λεγάτοις κατὰ τοὺς πάλαι* [171] *περὶ αὐτῶν κειμένους νόμους τρακταΐζονται* [172]. *καὶ μὴ λάθῃ σέ, ὡς δύναται* [173] *ὁ καταλιμπάνων τὸ τοιοῦτον λεγάτον συγχωρῆσαι* [174] *τὴν περὶ αὐτοῦ εἰρημένην ἀσφάλειαν. ἀνάγνωθι βι. ς' τοῦ κώδ. τί. μδ' διάτ. δ' καὶ τί. νδ' διάτ. β' καὶ ζ'* [175].

44. Quae sub conditione viduitatis relinquuntur, a coniuge ante annum non exiguntur, nisi forte sacerdotium secundas nuptias impediat. Post annum scilicet ea capit, ita ut caveat, res eum augmentis se esse restituturum, si secundas nuptias contraxerit. Et siquidem res sint immobiles, restitutionem earum cum fructibus sine aliqua imminutione iureiurando promittit, et res suas suppônit, licet vel tacite suppositae sint: quodsi mobiles sint, restitutionem cum fructibus promittat, si locuples sit. Quodsi pecunia sit, etiam usuras, quas foenerando percepit, restituat: et si non foeneraverit, sed in suum usum converterit, trientes usuras praestet. Si vero non sit locuples, etiam fideiussores dare compellatur, et si fideiussorum copiam non habeat, iuratoriam cautionem praestet. Sciendum autem est si is secundas nuptias contraxerit, peti ab eo, quae sub conditione viduitatis relicta sunt, et, si pecunia sit et fideiussores vel substantiam non habeat, trientes usuras praestat. Quae vero dicta sunt, non tantum in his, qui sibi invicem matrimonio iuncti sunt et res sibi invicem legant sub conditione viduitatis, sed etiam obtinent, si extranei quibusdam legata sub eiusmodi conditione reliquerint. Scias autem, casus etiam in his legatis secundum leges, quae dudum de iis positae sunt, tractari: nec te lateat, eum, qui huiusmodi legatum relinquit, cautionem, quae de hoc supra dicta est, remittere posse. Legas lib. VI Cod. tit. 44 const. 4 et tit. 54 const.

---

147) Basil. *γαμήσει* vel *γαμήσῃ*.
147 b) Bas. *τόν*.
148) Deest in Cod. Flor. Basilicorum.
149) Bas. *τὴν ϞΔ' καὶ ρνε' νεαράν*.
150) Cod. *λδ'*, quod ex Basil. emendavi.
151) Basil. Fabr. *τῶν*, in Cod. Flor. autem *τὴν τῶν*.
152) Basil. *δευτερογαμήσει*.
153) Hic interponendae sunt tres §§, quas hoc loco omissas in fine Nov. librarius repetit.
154) Bodl. *εἰσί*.
155) Bodl.: *διομνύτω*. In eodem mox verbum *ἀμείωτον* deest.
156) In Basil. et in Bodl. verba *μετὰ καρπῶν* desunt.
157) Basil. et Bodl. *ὑπόκεινται*.
158) Ibidem: *τὴν αὐτῶν ἀποκ*.
159) Ibidem: *μετὰ τῶν καρπῶν*.
160) Bodl. *εἰσίν*.
161) Bodl. *ἐξ αὐτῶν*.
162) Basil. Fabr. *τρίτης*.
163) Bodl. *ἐὰν δὲ ἀπορῇ*.
164) Bodl. *εἰ δὲ καί*.
165) Idem et Basil.: *εὐπορεῖ*.
166) Bas. *δευτερογαμήσει*.
167) Bas. *ἐγγυητῶν*.
168) Verba: *ἰστέον — δίδωσιν* in Bodl. desunt, eorumque loco haec leguntur: *ἀνάγνωθι βι. ε' τί. θ' διάτ. γ'. ε' τοῦ κώδικος*.
169) Cod. Flor. Basil. *ληγατευθέντων*.
170) Basil. Fabroti: *τό*. Sic et Bodl., qui praeterea negationem *μή*, quae sequitur, omittit.
171) Cod. Flor. Bas. *πάλιν*.
172) Verba: *γνῶθι — τρακταΐζεται* a Bodl. absunt.
173 Bodl. *ὡς οὐ δύναται*.
174) Cod. *συγχωρεῖται*.
175) Basil. Fabr. *βι. ς' τοῦ κώδ. τί. λα' διάτ. α' καὶ ς' καὶ*

καὶ ἴσθι ὅτι φησὶν ἡ ρκγ' νεαρά, ὡς τὰ ἐαθέντα[176]) τινὶ ἐπὶ αἱρέσει γάμου ἢ παιδοποιΐας λύεται, εἰ χειροτονηθῇ ἢ μονάσῃ[177]).

Τῶν μὲν ἀκινήτων πραγμάτων τῶν ἕδνων ἔχει[178]) τὴν χρῆσιν ἡ γυνὴ καὶ δευτερογαμοῦσα, καὶ εἰ προτελευτήσωσιν[179]) αὐτῆς οἱ παῖδες κερδαίνει τὸν ἐξ ἀπαιδίας κάσον κατὰ δεσποτείαν. τῶν[180]) δὲ κινητῶν τρίτον ἑκατοστῆς τόκον λαμβάνει. εἰ δὲ ἐν κινητοῖς καὶ ἀκινήτοις εἰσὶ τὰ ἕδνα, ἐπιλεγέσθω ἡ γυνὴ τὰ πράγματα σὺν τῇ ἀσφαλείᾳ τῆς ἀποκαταστάσεως ἢ τὸν τόκον· ὃ γὰρ βούλεται ποιείτω. μέμνησο τῆς β' νεαρᾶς καὶ ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. θ' διάτ. γ' καὶ δ' καὶ ε' καὶ ια'.

Ἡ μήτηρ καὶ[181]) δευτερογαμοῦσα[182]) λαμβάνει τὰ ὑπὸ τοῦ ἰδίου παιδὸς ἐαθέντα[183]) αὐτῇ ἐν διαθήκῃ. ἔγνως γὰρ ἐν τῇ β' νεαρᾷ, ὡς ἀναγκάζεται αὐτῇ ἐᾶσαι τὸ νόμιμον ποστημόριον. ὁμοίως ἐπὶ γυναικὸς εἴρηται ἐν τῷ ϛ' βι. τοῦ κώδ. τί. μ' διατ. β'.

Ἐάν τις ἀδιάθετος τελευτήσῃ ἐπὶ δευτερογαμησάσῃ μητρὶ καὶ ἀδελφοῖς, τῶν μὲν πατρῴων αὐτοῦ πραγμάτων ἤτοι τῶν ἕδνων ἡ μήτηρ ἐχέτω τὴν χρῆσιν, ἐπειδὴ τελευτώσης[184]) αὐτῆς καὶ ἡ χρῆσις τῶν τοιούτων πραγμάτων τοῖς περιλιμπανομένοις παισὶν ἁρμόζει κατὰ τὴν β'[185]) νεαράν. εἰ δὲ προτελευτήσαιεν[186]) οἱ παῖδες, λαμβανει ἀπὸ τῶν ἕδνων τὸ ἐξ ἀπαιδίας καὶ κατὰ δεσποτείαν[187]). τὸ οὖν εἰρημένον ἐνταῦθα νόει[188]), εἴγε[189]) ζώντων τῶν παίδων δευτερογαμήσῃ[190]) ἡ μήτηρ· μόνην[191]) γὰρ τὴν χρῆσιν ἔχει τῶν ἕδνων, τὸ ἐξ ἀπαιδίας καὶ κατὰ δεσποτείαν[192]), ὡς ταῦτά φησιν ἡ προλεχθεῖσα β' νεαρά[193]). ἀνάγνωθι δὲ καὶ τὸ μετὰ τὸ παρὸν κεφάλαιον τῆς προκειμένης διατάξεως.

Ἔχει οὖν ἡ δευτερογαμοῦσα γυνή, ὡς εἴρηται, τὴν χρῆσιν τῶν ἕδνων[194])· εἰς δὲ τὰ λοιπὰ πράγματα τοῦ πρώτου[195]) αὐτῆς ἀνδρὸς καλεῖται μετὰ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, δηλονότι IN CAPITA[196]), *φυλαττομένων καὶ[197]) ἐνταῦθα τῶν περὶ ἀχαριστίας νόμων[198]). ἰστέον δέ, ὅτι ἀχάριστος ἀδελφὸς νοεῖται ὁ ἐπιβουλεύων τῇ ζωῇ [ἢ][199]) τῇ οὐσίᾳ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ καὶ ὁ ἐγκληματικῶς αὐτὸν[200]) κατηγορῶν. τοῦ γὰρ τοιούτου ἀδελφοῦ τὸ μέρος συγκληρονομεῖ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ τοῖς λοιποῖς[201]) ἡ μήτηρ. μέμνησο τῆς β' νεαρᾶς, καὶ σημ-*

2 et 7: et scias, in Nov. CXXIII dici, si qua alicui relicta sint sub conditione, si nuptias contraxerit vel liberos susceperit, conditionem remitti, quum ordinatus vel monachus factus fuerit.

45. Rerum immobilium, quas antenuptialis donatio complectitur, usumfructum mulier habet, etiamsi ad secundas nuptias transeat, et, si liberi ante ipsam moriantur, partis, quae ei in casum orbitatis competit, etiam proprietatem lucratur; mobilium autem rerum trientes usuras accipit. Quodsi in rebus mobilibus et immobilibus propter nuptias donatio consistit, mulier eligat aut ipsas res sub cautione de restitutione aut usuras: nam quod voluerit facere potest. Memineris Nov. II et legas lib. V Cod. tit. 9 const. 3 et 4 et 5 et 11.

46. Mater, licet ad secundas nuptias transeat, accipit, quae ipsi a filio relicta sunt testamento. Didicisti enim in Nov. II, cogi eum, ut legitimam portionem illi relinquat. Similiter de uxore loquitur lib. VI Cod. tit. 40 const. 2.

47. Si quis intestatus decesserit, relicta matre, quae secundas nuptias contraxerit, et fratribus, paternarum quidem rerum eius sive propter nuptias donationis usumfructum mater habeat, quandoquidem ipsa moriente etiam ususfructus earum rerum liberis superstitibus competit secundum Nov. II. Si vero liberi antea defuncti fuerint, partis, quae ei ob orbitatem competit, etiam proprietatem accipit. Igitur quod hic dictum est, de hoc casu intelligas, si viventibus liberis mater iterum nupserit: propter nuptias donationis enim usumfructum solum habet, partis vero ob orbitatem ei competentis etiam proprietatem, sicuti haec exponit praedicta Nov. II. Lege etiam sequens caput praesentis constitutionis.

48. Habet igitur mulier, quae secundas nuptias contrahit, sicuti dictum est, usumfructum propter nuptias donationis: ad reliqua vero bona mariti sui prioris una cum fratribus illius vocatur, in capita scilicet, ita ut et hic leges de ingratitudine observentur. Sciendum autem est, fratrem ingratum intelligi eum, qui vitae vel substantiae fratris sui insidietur eumve criminis reum faciat: in huiusmodi fratris portionem scilicet mater cum reliquis fratribus eius succedit. Memento Nov. II, et nota hinc,

---

τι. μϛ' διάτ. δ'. — Cod. Flor. Basil. βι. ϛ' τοῦ κώδ. τι. μ' διάτ. α' καὶ γ' καὶ τι. μϛ' διάτ. δ' καὶ τι. νδ' διάτ. β' καὶ ζ'. — Bodlei: ὡς βι. ϛ' τοῦ κώδ. μδ' διάτ. ϛ'.

176) Bodl. ἐνταῦθά τινι — παιδοποιΐας, εἰ χειροτονηθῇ ἢ μονάσῃ, λύεται ἡ τοιαύτη ἀσφάλεια.

177) Bas. μονάσει.

178) Bas. Fabr. ὧν ἔχει.

179) Bas. προτελευτήσουσιν.

180) Cod. τόν.

181) Cod. Flor. Bas. non habet, nec Bodl.

182) Basil. διγαμοῦσα.

183) Bodl. τὸ — ἐαθέν.

184) Bodl. καὶ τελ., mox καὶ omittens.

185) Cod. Flor. Basil. νβ'.

186) Bas. Fabr. προτελευτήσωσιν. Cod. Flor. Basil. et Bodl. προτελευτήσουσιν.

187) Bas. Fabr. λαμβ. κατὰ δεσπ. ἀπὸ τ. ἕδν. τὸ ἐξ ἀπ.

188) Sic Bodl. — Codex et Basil. νόμιμον habent pro νόει. Fortasse legendum: νόμιμον νόει.

189) Basil. simpliciter: εἰ.

190) Basil. et Bodl. δευτερογαμήσει.

191) Cod. Flor. Basil. μόνον.

192) Haec verba in Basil. et in Bodl. desunt. Rectius, ni fallor.

193) Basil. Fabr.: ὥς φησιν ἡ προλ. α' νεαρά.

194) Quae in fine praecedentis §. leguntur: ἀνάγνωθι κ. τ. λ. et haec verba: Ἔχει — ἕδνων in Bodl. desunt.

195) Cod. Flor. Basil.: πρό. Bodl.: προτέρου.

196) Bodl. ἐπ' ἴσης.

197) Deest in Cod. Flor. Basil.

198) Bodl. φυλαττομένου — τοῦ — νόμου.

199) Ex Basil. supplevi.

200) Basil. αὐτοῦ.

201) Basil. τοῦ λοιποῦ.

μείωσαι ἐντεῦθεν, ὅτι ἀχαριστία[202]) καὶ ἐξ ἀδιαθέτου τρακταΐζεται.

Ἡ γυνὴ δευτερογαμοῦσα τὴν χρῆσιν μόνην ἔχει τῶν ἔδνων, κἂν ἦν[203]) κληρονομήσασα ἕνα τῶν ἐκ τοῦ πρώτου γάμου αὐτῆς[204]) τεχθέντων, ᾧ[205]) καὶ ἔλαχε μέρος τῆς δεσποτείας ἢ τὸ πᾶν τῶν ἔδνων. μέμνησο τῆς β' νεαρᾶς καὶ ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. θ' διάτ. δ' καὶ ια'[206]) καὶ τί. ι' διάτ. α' καὶ βι. ϛ' τί. νϛ'[207]) διάτ. ε'.

Ἡ μήτηρ συγκληρονομεῖ τοῖς ἰδίοις τέκνοις, κἂν ἄῤῥενες κἂν θήλειαί εἰσιν[208]), τὸν τελευτήσαντα αὐτῆς μὲν υἱὸν ἐκείνων δὲ ἀδελφόν, ἑνὸς ἀδελφοῦ καὶ αὐτὴ μέρος λαμβάνουσα. ὁμοίως φησὶν ἡ β' νεαρά. ἀνάγνωθι βι. ϛ' τοῦ κώδ. τί. νϛ' διάτ. ζ', ἥτις καὶ ἐκαινοτομήθη.

Τὸ ἐξ ἀδιαθέτου μέρος οὐ μόνον τοῖς[209]) ἐκ τοῦ πρώτου γάμου ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐκ [τοῦ][210]) δευτέρου συνοικεσίου ἁρμόζει, καὶ τὸ ὑπολελειμμένον ὡς θέλουσιν οἱ γονεῖς διανέμουσιν. σημείωσαι δέ, ὅτι τοῦτο τὸ[211]) νόμιμον συμβουλευτικόν ἐστι καὶ οὐκ ἀναγκαστικόν. ἀνάγνωθι δὲ ὁμοίως ἐν τῇ ριζ' νεαρᾷ, καὶ μέμνησο τῆς ιη' νεαρᾶς, ἐξ ἧς ἔγνως, πόσον ἐστὶ τὸ νόμιμον ποστημόριον· καὶ ἴσθι, ὅτι ἡ προκειμένη διάταξις οὐκ ἀνακλᾶται[212]) εἰς τοὺς πρὸ αὐτῆς χρόνους. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἀπριλλίῳ μετὰ τὴν ὑπατείαν βελισαρίου.

Περὶ δωρεᾶς ἐν ἄλλῳ θέματι[213]).

Μήτηρ υἱῷ δωρουμένη εἰ δευτερογαμήσει[214]), οὐκ ἀφαιρεῖται παρ'[215]) αὐτοῦ τὸ δωρηθέν, οὐδὲ ὡς[216]) ἀπὸ ἀχαρίστου, εἰ μὴ ἄρα περὶ τὴν ζωὴν ἢ περὶ πᾶσαν τὴν οὐσίαν αὐτῆς ἐπεβουλεύθη ἐξ αὐτοῦ[217]) ἢ ἐτύφθη. ἀνάγνωθι βι. η' τοῦ κώδ. τί. νε' διάτ. ζ' καὶ θ'[218]).

Ἡ δευτερογαμοῦσα ἐκπίπτει τῆς ἀξίας τοῦ πρώτου[219]) ἀνδρὸς αὐτῆς. ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. δ' διάτ. ι' καὶ βι. ιβ' τί. α' διάτ. ιγ'.

Περὶ κληρικῶν.

Κληρικὸς δευτερογαμῶν τοῦ κλήρου ἐκπίπτει. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. γ' διάτ. μδ'[220]), καὶ μέμνησο τῆς ϛ' νεαρᾶς. ἀνάγνωθι δὲ καὶ τὴν ρκγ' ὁμοίως νεαράν[221]).

Ἀναγνώστης δευτερογαμῶν οὐ προκόπτει περὶ τὴν χειροτονίαν· τριγαμῶν δὲ καὶ τοῦ κλήρου ἐκπίπτει. μέμνησο τῆς ϛ' νεαρᾶς· ἀνάγνωθι δὲ καὶ τὴν ρκγ' ὁμοίως νεαράν.

Ὁ δίγαμος οὐ χειροτονεῖται, κἂν χήραν κἂν πόρνην ἔχει· εἰ δὲ καὶ ὁ χειροτονηθεὶς τοῦτο ποιήσῃ, τοῦ κλήρου ἐκπίπτει. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. γ' διάτ. μδ' καὶ νεαρὰν ρκγ'[222]).

ingratitudinem etiam [in successione] ab intestato tractari.

49. Mulier, quae secundas nuptias contrahit, solum usumfructum propter nuptias donationis habet, licet successerit uni ex liberis prioris matrimonii, cui proprietas donationis propter nuptias aut pro parte aut tota obvenerit. Memineris Nov. II, et legas lib. V Cod. tit. 9 const. 4 et 11 et tit. 10 const. 1 et lib. VI Cod. tit. 56 const. 5.

50. Mater una cum liberis suis, sive masculi sive feminae sint, filio quidem ipsius illorum autem fratri succedit, uniusque fratris portionem et ipsa accipit. Similiter loquitur Nov. II. Lege lib. VI Cod. tit. 56 const. 7, quae quidem innovata est.

51. Portio ab intestato non tantum prioris sed etiam secundi matrimonii liberis competit, et quod reliquum est, parentes dividunt, quemadmodum volunt. Nota tamen, hanc dispositionem ad suadendum, non ad cogendum spectare. Legas, quod similiter dicitur in Nov. CXVII, et memineris Nov. XVIII, ex qua didicisti, quanta sit legitima portio: et scias, praesentem constitutionem ad anteriora tempora non trahi. *Data mense Aprili post consulatum Belisarii.*

De donatione in alio themate.

52. Mater, quae filio donavit, si ad secundas nuptias transit, donum ab eo non revocat, nec si ingratus sit, nisi forte vitae vel universae substantiae eius insidiae ab eo structae vel verbera ipsi illata sint. Lege lib. VIII Cod. tit. 55 const. 7 et 9.

53. Quae secundas nuptias contrahit, dignitate prioris mariti excidit. Lege lib. V Cod. tit. 4 const. 10 et lib. XII tit. 1 const. 13.

De clericis.

54. Clericus, qui secundas nuptias contrahit, clero excidit. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 44, et memento Nov. VI: et similiter lege Nov. CXXIII.

55. Lector, qui secundas nuptias contrahit, in ordinatione non procedit: si tertias contraxerit, etiam clero excidit. Memento Nov. VI et lege similiter Nov. CXXIII.

56. Qui secundas nuptias contraxit, non ordinatur, [et qui] sive viduam sive meretricem duxerit: et si is, qui ordinatus est, hoc fecerit, clero excidit. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 44 et Nov. CXXIII.

---

202) Basil. Fabrot.: *ἡ ἀχαρ.*
203) Basil. *ἦ*. *Heimbach* coniecit: *κἂν εἰ κληρονομήσῃ.*
204) Basil. *αὐτῇ.*
205) Basil. *ὅς.*
206) Verba *καὶ ια'* in Bas. desunt.
207) Bas. *ν'.*
208) Bas. *ὦσι.*
209) Bas. *τῶν.*
210) Deest in Cod.
211) Deest in Basil.
212) Bas. *ἀνακαλεῖται.*
213) Quae sequuntur quinque §§. superius omissae esse videntur, et appendicis loco in fine a librario adiectae. Vide quae dixi not. 136. 153.
214) Bodl. *δευτερογαμήσοι.*
215) Idem: *ἀπ'.*
216) Sic Bodl. Basil.: *οὐδ' ὡς.* Codex: *ὡς οὐδέ.*
217) Bodl. *ἐπεβούλευσεν ἢ ἐξ αὐτοῦ ἐτύφθη.*
218) Bas. in Cod. Flor. *διάτ. ζ' καὶ θ'*, apud Fabr. *ζ' καὶ ι'.* Noster et Bodl. Codex: *διάτ. β' καὶ θ'.*
219) Hoc verbum deest in Cod. Flor. Basil. — Fabrotus: *ἀπολλύει τὴν τοῦ πρώτου ἀνδρὸς ἀξίαν.*
220) Bas. Fabr. *μα.*
221) Pro his: *καὶ μέμνησο — νεαράν* Cod. Flor. Bas. habet: *καὶ ϛ' καὶ τὴν ρκγ'.* Fabr.: *ζήτει νεαρὰν ρκγ'.*
222) Ad §. 55. 56. vide, quae notavit *Heimbach* *Ἀνέκδ.* I p. 235 not. 74b — 76.

Νεαρὰ κγ'.
Περὶ ἐγκλήτων.
Τῶν πρῴην νόμων[1]).

Πᾶσα ἔγκλητος ἐντὸς ι' ἡμερῶν μετὰ τὴν ἀπόφασιν ἐπιδιδόσθω. σὺ δὲ ὑπέξελε τὰς κατὰ τῶν θείων δικαστῶν ἐπιδιδομένας ἐγκλήτους· ἔχουσι γὰρ δύο μηνῶν προθεσμίαν, ὥς φησιν ἡ πβ' νεαρά. καὶ ἴσθι, ὅτι κἂν εἴσω ι' ἡμερῶν δίδοται ἡ ἔγκλητος, ἐντὸς β' ἐτῶν γυμνάζεται κατὰ τὴν μθ' νεαράν. καὶ [ἀνάγνωθι][2]) τὰς ὑποκειμένας διατάξεις τῷ ξβ' τί. τοῦ ζ' βι. τοῦ κώδικος, μάλιστα τὴν ς' διάταξιν, ἥτις καὶ ἀνετράπη. ἀνάγνωθι δὲ καὶ τὴν α' διάτ. τοῦ ξγ' τί. τοῦ εἰρημένου ζ' βι. τοῦ κώδικος.[3]).

Novella XXIII.
De appellationibus.
Anteriorum legum.

1. Omnis appellatio intra decem dies post sententiam offeratur. Tu autem excipias appellationes a sacris iudicibus faciendas; habent enim duorum mensium tempus, sicuti dicit Nov. LXXXII. Et scias, appellationem, licet intra decem dies offeratur, intra biennium exerceri secundum Nov. XLIX. Et legas constitutiones, quae subsunt tit. 62 lib. VII Codicis, potissimum const. 6, quae quidem abrogata est. Lege etiam const. 1 tit. 63 dicti lib. VII Cod.

Νεαρὰ κδ'.
Περὶ τοῦ PRAETOROς PISSIDιας.
Καὶ τοὺς πάλαι νόμους[1]).

Ὁ πραίτωρ πισιδίας τάξιν ἔχει καὶ πολιτικοῦ καὶ στρατιωτικοῦ ἄρχοντος, καὶ ἡγεῖται τῶν ἐν τῇ χώρᾳ στρατιωτῶν, λαμβάνων τὰς σιτήσεις ἑκατέρας ἀρχῆς, κεχρημένος τάξει μιᾷ ταξεωτῶν ρ', τὰς PROBATORίας[2]) τῶν ταξεωτῶν δεχομένων ἀπὸ κωνσταντινουπόλεως.

Ὁ πισιδίας πραίτωρ φυλαττέτω τὰ δίκαια τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ, καὶ φροντιζέτω τῶν πολιτικῶν ἔργων.

Οἱ λογοθέται τῶν πολιτικῶν ἐκ θείας μόνης κελεύσεως γίνονται. ἀνάγνωθι βι. ι' τοῦ κώδ. τί. λ'[3]) διάτ. δ'. ὁμοίως ἐπὶ τῶν λογοθετῶν τῶν δημοσίων. ἀνάγνωθι τὴν ρκη' νεαράν.

Ἡ τάξις ἐχέτω τὸν [τῶν] δημοσίων κίνδυνον[4]). ὁμοίως ἔγνως περὶ ἄρχοντος ἐν τῇ ιζ' νεαρᾷ. ἀνάγνωθι δὲ καὶ τὴν ρλ'[5]) νεαράν.

Ὁ πραίτωρ πισιδίας ἐχέτω δίφρον ἀργύρεον καὶ πέλυκα καὶ ῥάβδους καὶ [ad responsum][6]) κατὰ τῶν στρατιωτῶν. περίβλεπτος γάρ ἐστι, καὶ τάξιν ἔχει τοῦ κόμητος ἀνατολῆς καὶ τοῦ κόμητος φρυγίας πακατιανῆς καὶ γαλατίας. ὁμοίως δὲ ἴσος ἐστὶ τοῖς ἀνθυπάτοις.

Ὁ πισιδίας πραίτωρ τὰς κατ' αὐτοῦ ἐφέσεις τοῖς ἐπάρχοις καὶ τῷ κυαίστωρι παραπέμπει, καὶ τῶν [κατὰ τῶν] ἐκ παραπομπῆς βασιλέως [ἢ] τῶν κωνσταντινουπόλεως ἀρχόντων δικαζόντων[7]) ἄχρι τ'[8]) νομισμάτων ἐφέσεων ἀκροάσθω, ἔνθα μὴ περίβλεπτός ἐστιν ὁ δικαστής.

Novella XXIV.
De Praetore Pisidiae.
Et antiquas leges.

1. Praetor Pisidiae vicem sustinet tam civilis quam militaris magistratus, et dux est militum, qui in provincia sunt, et utriusque magistratus annonas percipit, et uno officio utitur centum officialium, qui quidem officiales probatorias Constantinopoli accipiunt.

2. Pisidiae praetor iis, qui ad eum accedunt, iustitiam servet, et curam gerat publicorum operum.

3. Discussores in causis civitatium ex sola sacra iussione constituuntur. Lego lib. X Cod. tit. 30 const. 4. Similiter in discussoribus publicorum. Lege Nov. CXXVIII.

4. Officium publicorum tributorum periculum habeat. Similiter hoc in praeside cognovisti in Nov. XVII. Lege etiam Nov. CXXX[IV].

5. Praetor Pisidiae habeat sellam argenteam et securim et fasces et ad responsum propter milites. Spectabilis enim est, et locum tenet comitis Orientis et comitis Phrygiae Pacatianae et Galatiae. Similiter aequalis est proconsulibus.

6. Pisidiae praetor appellationes ab ipso factas praefectis et quaestori remittit, et de appellationibus ab iis, qui ex delegatione imperatoris vel magistratuum Constantinopoleos iudicant, factis usque ad CCC solidos cognoscit, nisi is iudex spectabilis sit.

---

1) Cod. τὸν πρῴην νόμον.
2) In Cod. deest.
3) Subscriptio deest, sed et excerpta ex cap. 2, 3 et 4 Nov. XXIII excidisse videntur. Cf. infra Nov. LXXXII c. 1. 11.

1) In nostris editionibus Nov. XXIV inc.: *Καὶ τοὺς πάλαι ῥωμαίους.*
2) Cod.: PROUATORIAS.
3) In vulgatis editionibus est tit. 30. *Bienerus*, quem *Beckius* sequitur, tit. 31 esse voluit. Theodorus tamen tit. 30 vocat. Vide infra Nov. CXXVIII.
4) Cod. τὸν δημοσίων κινδύνον (sic).
5) Legendum videtur: ρλδ'.
6) In Codice hoc verbum deest. Supplevi ex textu Novellae.
7) Locus in Codice corrupte sic scribitur: *καὶ τῶν ἐκ παραπομπῆς βασιλέως τῶν κωνσταντινουπόλεως ἀρχόντων δικαζόντω* (sic). *Κατὰ τῶν* post *καὶ τῶν* facile excidere potuit.
8) In Nov. XXIV cap. 5 legitur φ', apud Athanasium τ'. Vide Nov. XXV §. 1.

Πρὸς τοῖς κωδικίλλοις λαμβανέτω καὶ τὰ θεῖα παραγγέλματα ὁ πραίτωρ πισιδίας, καὶ τὸν νενομισμένον ὅρκον διδότω.

Ἐχέτω δὲ ἀνόνας τ' νομίσματα, ὁ δὲ σύνεδρος αὐτοῦ νομίσματα οβ' 9), *καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ λίτρας β'* 10). *γινόμενος δὲ πραίτωρ παρεχέτω τοῖς χαρτουλαρίοις τοῦ κουβουκλείου νομίσματα θ', καὶ τῷ πριμικηρίῳ* 11) *τῶν τριβούνων καὶ τοῖς λατερκούλοις νομίσματα κδ'* 12), *καὶ τῷ βοηθῷ αὐτοῦ νομίσματα γ', καὶ τῇ τάξει τῶν ἐπάρχων νομίσματα ξ'* 13). *ἀνάγνωθι τὴν κε' νεαράν. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἰουνίῳ ὑπατείᾳ* 14) *βελισαρίου.*

7. Praeter codicillos praetor Pisidiae accipiat etiam sacra mandata, et statutum iusiurandum praestet.

8. Habeat autem annonas solidos CCC, et assessor eius solidos LXXII, et officium eius libras II. Et quum praetor flet, praestet chartulariis cubiculi solidos IX, et primicerio tribunorum et laterculis solidos XXIV, et adiutori eius solidos III, et officio praefectorum solidos LX. Lege Nov. XXV. *Data mense Iunio Belisario Consule.*

Νεαρὰ κε'.
Περὶ τοῦ πραίτορος λυκαονίας.
Τὸ λυκαόνων ἔθνος.

Ὁ πραίτωρ λυκαονίας τὴν αὐτὴν τάξιν ἔχει τῷ πραίτορι πισιδίας, πλὴν ἀκροᾶται τῶν ἕως φ' νομισμάτων ἐγκλήτων.

Δεῖ τὴν περὶ τὸ δημόσιον ῥαθυμίαν τῶν πλησίον ἀρχόντων 1) *ἐξετάζειν τοὺς περιβλέπτους ἄρχοντας. ἀνάγνωθι τὴν ρλδ' νεαράν.*

Ἐχέτω ὁ πραίτωρ λυκαονίας ὑπὲρ ἀνόνας νομίσματα τ', καὶ ὁ σύνεδρος αὐτοῦ νομίσματα οβ' 2), *καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ νομίσματα ρκδ'* 3). *γενόμενος δὲ πραίτωρ παρεχέτω τοῖς χαρτουλαρίοις νομίσματα θ'* 4), *καὶ τοῖς λατερκούλοις καὶ τῷ πριμικηρίῳ τῶν τριβούνων νομίσματα κδ', καὶ τῷ βοηθῷ αὐτοῦ νομίσματα γ', καὶ τῇ τάξει τῶν ἐπάρχων νομίσματα ξ'* 5). *μέμνησο τῆς κδ' νεαρᾶς, καὶ ἀνάγνωθι τὴν κϛ' καὶ κθ' καὶ ρλδ' νεαράν. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἰουνίῳ ὑπατείᾳ βελισαρίου.*

Novella XXV.
De praetore Lycaoniae.
Lycaonum gentem.

1. Praetor Lycaoniae eundem gradum habet ac praetor Pisidiae, praeterquam quod de appellationibus usque ad D solidos cognoscit.

2. Negligentiam praesidum vicinorum circa tributa spectabiles magistratus examinare debent. Lege Nov. CXXXIV.

3. Habeat praetor Lycaoniae pro annona solidos CCC, et assessor eius solidos LXXII, et officium eius solidos CXXIV. Et quum praetor factus fuerit, praestet chartulariis solidos IX, et laterculis et primicerio tribunorum solidos XXIV, et adiutori eius solidos III, et officio praefectorum solidos LX. Memineris Nov. XXIV et legas Nov. XXVI et XXIX et CXXXIV. *Data mense Iunio Belisario Consule.*

Νεαρὰ κϛ'.
Περὶ τοῦ πραίτορος θρᾴκης.
Ἐκεῖνο 1) *τῶν ἀνωμολογημένων.*

Ὁ πραίτωρ θρᾴκης SPECTABILιός 2) *ἐστιν ἄρχων, καὶ κατὰ τὸ μακρὸν τεῖχος μενέτω, πράττων, ὅσα καὶ οἱ προγεγραμμένοι ποιοῦσι, μὴ ἐλαττούμενοι τοῦ ἄρχοντος θρᾴκης, οἷα δὴ καὶ ἐν ἄλλοις τόποις διάγοντος.*

Novella XXVI.
De praetore Thraciae.
Illud in confesso.

1. Praetor Thraciae spectabilis magistratus est, et prope longum murum maneat, eadem peragens, quae et antea dicti faciunt, ita tamen, ut non sint minores praeside Thraciae, quippe qui etiam in aliis locis degat.

---

9) Notitia Nov. XXIV subiecta „sol. LXXI" habet in *Scrimgeri* editione. *Haloander* „*νομίσματα οβ'*."

10) Verba: *ἐχέτω — λίτρας β'* in Cod. repetuntur. Notitia apud Hal.: *χρυσοῦς νβ'*, quod in „*χρυσοῦ λίτρας β'*" mutes. Basil. (VI, 8, 7): *λίτρας δύο*.

11) Codex ubique *πριμηκηρίῳ*.

12) Notitia „sol. XXV" habet apud Scrimg. Hal. *νομίσματα με'*. Basil. (VI, 8, 7): *κε'*.

13) Notitia *Scrimg.* „sol. X." — *Haloander*: *νομίσματα ζ'*, non *ξ'*, quod *Hombergk zu Vach* adnotavit. Basilica (VI, 8, 7): *ἑξήκοντα* habent.

14) Cod. *ὑπο* (sic).

1) Cod. *τὸν πλησίον ἄρχοντα*.

2) Basil. (VI, 9, 7): *ἑβδομήκοντα*.

3) Notitia Nov. XXV subiecta apud *Scrimg.* „auri lib. II" habet. Hal.: *χρυσοῦς νβ'*. Vide Nov. XXIV not. 10. Basil. l. l.: *χρυσοῦ λίτρας δύο*.

4) *Scrimg.* „sol. VIII." Basil. l. l.: *νομίσματα ὀκτώ*.

5) Scrimg.: „sol. XI."

1) Cod. *Ἐκεῖνοι*.

2) Cod. SPRESTABILIOS.

Ἐχέτω ὁ πραίτωρ θρᾴκης ὑπὲρ ἀννόνας νομίσματα τ' [3]) καὶ ὁ σύνεδρος αὐτοῦ νομίσματα ιβ' [4]), ἡ δὲ τάξις αὐτοῦ λίτρας β' [5]). δίδοται δὲ τοῖς χαρτουλαρίοις τοῦ κουβουκλείου νομίσματα θ', καὶ τῷ πριμικηρίῳ τῶν τριβούνων νομίσματα κδ', καὶ τῷ βοηθῷ νομίσματα γ' [6]), καὶ τῇ τάξει τῶν ἐπάρχων νομίσματα γ' [7]). ἐξεφωνήθη μηνὶ ἰουνίῳ ὑπατείᾳ βελισαρίου.

2. Habeat praetor Thraciae pro annona solidos CCC, et assessor eius solidos XII, officium vero eius libras II. Dantur autem chartulariis cubiculi solidi IX, et primicerio tribunorum solidi XXIV, et adiutori solidi III, et officio praefectorum solidi III. *Data mense Iunio Belisario Consule.*

Νεαρὰ κζ'.

Περὶ τοῦ κόμητος ἰσαυρίας.

Ὅπερ τισὶ τῶν πρὸ ἡμῶν αὐτοκρατόρων.

Ὁ κόμης ἰσαυρίας σπεκταβίλιός ἐστιν ἄρχων, καὶ τὰ σύμβολα τῆς στρατιωτικῆς ἀρχῆς ἐκ τοῦ σκρινίου τῶν λιβέλλων λαμβάνει, ὁμοίως [1]) ὢν τοῖς εἰρημένοις ἄρχουσιν.

Ὁ κόμης ἰσαυρίας τὰς αὐτὰς ἐχέτω ἀνόνας τῷ πραίτορι θρᾴκης· παρεχέτω τοῖς χαρτουλαρίοις τοῦ κουβουκλείου καὶ τοῖς λοιποῖς ὁμοίως. μέμνησο τῆς προλαβούσης κε' νεαρᾶς. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἰουνίῳ τῆς ὑπατείας βελισαρίου.

Novella XXVII.

De comite Isauriae.

Quod quibusdam ante nos imperatoribus.

1. Comes Isauriae spectabilis magistratus est, et codicillos militaris magistratus ex scrinio libellorum accipit, et similis est praedictis magistratibus.

2. Comes Isauriae easdem annonas, quas praetor Thraciae habeat; praestet chartulariis cubiculi et reliquis similia. Memento Nov. XXV, quae praecedit. *Data mense Iunio Belisario Consule.*

Νεαρὰ κη'.

Περὶ τοῦ MODERATOROς ELENOPONTOU.

Τὸ καλῶς καὶ ἄνωθεν.

Ἑλενοπόντου καὶ πόντου πολεμονιακοῦ εἷς μοδεράτωρ ἀρχέτω. ἰστέον δέ, ὅτι ἑλενοπόντου πόλεις εἰσίν· ἀμάσεια καὶ εἴβορα [1]), εὐχάϊτα, ζῆλα, ἄνδραπα, σινώπη, ἀμισός, λεοντόπολις, τοῦ δὲ πόντου πολεμονιακοῦ πόλεις εἰσίν· νεοκαισάρεια, κόμανα, τραπεζοῦς, κερασοῦς, πολεμόνιον, πιτυοῦς, σεβαστόπολις· ὧντινων μητροπόλεις εἰσὶ ἀμάσεια καὶ νεοκαισάρεια, καὶ μητροπολίτας ἐχέτωσαν χειροτονουμένους μὲν ἐν κωνσταντινουπόλει, χειροτονοῦντας δὲ κατὰ χώραν τοὺς ὑπὸ χεῖρα αὐτῶν.

Ὁ μοδεράτωρ καὶ στρατιωτικὸς καὶ πολιτικὸς [ἄρχων] [2]) ἔστω, ἁρμοστὴς ὀνομαζόμενος· ἐχέτω δὲ λίτρας χρυσίου δέκα σίτησιν, ὁ δὲ σύνεδρος αὐτοῦ λίτραν μίαν, καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ νομίσματα υμζ' [3]).

Novella XXVIII.

De moderatore Helenoponti.

Quod bene et antiquitus.

1. Heleneponto et Ponto Polemoniaco unus moderator praesit. Sciendum autem est, quod Helenoponti urbes sunt: Amasia, Ibora, Euchaita, Zela, Andrapa, Sinope, Amisus, Leontopolis; Ponti autem Polemoniaci urbes sunt: Neocaesarea, Comana, Trapezus, Cerasus, Polemonium, Pityus, Sebastopolis; quarum metropoles sunt Amasia et Neocaesarea, quae metropolitas accipiunt ordinatos quidem Constantinopoli, sed qui in provincia subiectos ipsis ordinent.

2. Moderator tam militaris quam civilis magistratus sit, et harmosta vocetur. Habeat autem decem librarum auri annonam, et assessor eius libram unam, et officium eius solidos CCCCXLVII.

---

3) Codex vel sic, vel ε', vel ω', vel σ': dubia enim est litera. Scrimg.: „sol. CCC." Hal. νομίσματα σ'. Sic et Basil. VI, 10, 5.
4) Sic Codex: malim οβ'. Scrimg.: „sol. XXII."
5) Scrimg.: „auri lib. VII." Hal.: χρυσοῦς νβ'.
6) Scrimg.: „sol. IIII."
7) Scrimg.: „sol. XI." Hal.: νομίσματα μ'.
1) An: ὅμοιος;
1) Nomina urbium, quae sequuntur, in aliis aliter scribuntur. Noster quoque vario scribendi genere utitur: idem enim primum ἀμάσεια, mox ἀμασία, et primum νεοκαισαρεία, mox νεοκαισάρεια habet. Quae correxi.
2) Deest in Cod.
3) In annonarum quantitate definienda Codices minime conveniunt; nolui tamen hoc loco et in sequentibus, quod in superioribus Novellis feci, integram lectionis varietatem ex Scrimgero, Haloandro vel Basilicis adnotare. Sufficiat hos fontes critices indicasse, quibus praeterea et liber Authenticorum addi potest: sed et Notitia Novellae VIII subiecta consulenda est.

Δι' ἑαυτοῦ περινοστείτω ὁ μοδεράτωρ τὰς πόλεις, τοποτηρητὰς μὴ ἐκπέμπων.

SPECTABILιός[4]) *ἐστιν ἄρχων ὁ μοδεράτωρ.*

Μὴ συγχωρείτω[5]) *μοδεράτωρ τίτλους ἰδιωτικοὺς ἐπιτίθεσθαι, ἐπεὶ*[6]) *τὰ πράγματα τοῦ ἐπιθήσαντος τιτλοῦνται, καὶ εἴ τις φροντιστὴς τοῦτο ποιήσει, ποιναῖς αὐτὸν ὑποβαλλέτω. ἀνάγνωθι βι. β' τοῦ κώδ. τί. ιε' διάτ. α' καὶ β' καὶ τί. ις' διάτ. α' καὶ νεαρὰν λ', καὶ μαθήσει τὰ περὶ τῶν ἰδιωτικῶν τίτλων.*

'Ομοίως[7]) *ἔστω ὁ μοδεράτωρ τοῖς προλαβοῦσιν ἄρχουσι τὰς ἐγκλήτους γυμνάζων. ἀνάγνωθι τὴν ρβ' νεαράν. ἐξεφωνήθη μηνὶ αὐγούστῳ ὑπατείᾳ βελισαρίου.*

3. Ipse moderator urbes peragret, et vicarios non mittat.

4. Spectabilis magistratus moderator est.

5. Ne concedat moderator privatos titulos imponi: alioquin rebus eius, qui illos affixit, [publici] tituli imponuntur, et si procurator hoc fecerit, poenis eum subiiciat. Lege lib. II Cod. tit. 15 const. 1 et 2 et tit. 16 const. 1 et Nov. XXX, et disces, quae ad privatos titulos spectant.

6. Quemadmodum praedicti magistratus, similiter moderator appellationes exerceat. Lege Nov. CII. *Data mense Augusto Belisario Consule.*

Νεαρὰ κθ'.

Περὶ τοῦ PRAETORος *παφλαγονίας.*

Τὸ παφλαγόνων ἔθνος.

'Ο παφλαγονίας πραίτωρ καλείσθω στρατηγός, καὶ ἀρχέτω ὀνωριάδος [καὶ][1]) *παφλαγονίας μετακληθεισῶν*[2]), *τῶν μητροπόλεων περὶ τὰ ἴδια δίκαια οὐ καινιζομένων*[3]). *πόλεις δὲ παφλαγονίας εἰσὶν αἵδε· ὀνορίας, προυσίας, κρατεία, ἀδριανούπολις*[4]), *ἡράκλεια, ἡ πρὸς γάγγραν, πομπηϊούπολις, δάδυβρα, σῶρα, ἄμαστρις, ἰουνόπολις*[5]).

'Αρχέτω ὁ πραίτωρ παφλαγονίας κατὰ τὰ εἰρημένα περὶ τοῦ μοδεράτορος ἑλενοπόντου, καὶ τὰς αὐτοῦ[6]) *σιτήσεις ἐχέτω, καὶ* SPECTABILιος *ὢν ἄρχων ὁμοιούσθω τοῖς λοιποῖς* SPECTABILίοις. *μέμνησο τῆς κη' νεαρᾶς. ἐξεφωνήθη μηνὶ αὐγούστῳ τῆς ὑπατείας βελισαρίου.*

Novella XXIX.

De praetore Paphlagoniae.

Paphlagonum gentem.

1. Paphlagoniae praetor dux nominetur, et praesit Honoriadi et Paphlagoniae aliud nomen accipientibus, ita tamen ut circa metropolium iura nihil innovetur. Urbes autem Paphlagoniae sunt: Honorias, Prusias, Cratea, Hadrianopolis, Heraclea, urbs prope Gangram, Pompeiopolis, Dadybra, Sora, Amastris, Iunopolis.

2. Praeter Paphlagoniae magistratum gerat secundum ea, quae dicta sunt in moderatore Helenoponti, huiusque annonas habeat, et spectabilis magistratus sit, ita ut reliquis spectabilibus aequiparandus sit. Memineris Nov. XXVIII. *Data mense Augusto Belisario Consule.*

Νεαρὰ λ'.

Περὶ τοῦ ἀνθυπάτου καππαδοκίας.

Τῶν καππαδόκων ὄνομα[1]).

'Ο καππαδοκίας ἀνθύπατος καὶ πολιτικὸς καὶ στρατιωτικὸς καὶ ταμιακὸς ἄρχων νοεῖται, ἑκάστης τάξεως τὰ προσήκοντα αὐτῇ πραττούσης.

Novella XXX.

De proconsule Cappadociae.

Cappadocum nomen.

1. Cappadociae Proconsul tum civilis tum militaris tum aerarius magistratus esse intelligitur, et unumquodque officium eius peragit, quae ei competunt.

---

4) Codex hanc §. a praecedenti non separat.

5) Codex verba *μὴ συγχωρείτω* praecedenti §. adiungit, et a verbis *ὁ μοδεράτωρ* novam lineam inchoat.

6) Cod. *ἐπί.*

7) Et haec §. praecedenti in Codice non interrupto lineae tenore additur.

1) Deest in Codice.

2) Cod. *μετακληθέντων.*

3) Cod. *καινιζόμενον.*

4) Cod. *ἀδριανουπόλεως*, quod, quum ferri omnino non posset, emendavi. Similiter mox pro *πομπηιουπόλεως*, quod in Codice scriptum erat, *πομπηϊούπολις* reposui. Reliqua autem, licet vitiis scatere videantur, intacta reliqui.

5) In Nov. XXIX cap. 1 duodecim urbes numerantur *προυσίας, κρατεία, ἀδριανούπολις, τίος, κλαυδιούπολις, ἡράκλεια, γερμανικόπολις, πομπηϊούπολις, δάδυβρα, σῶρα, ἄμαστρις, ἰωνόπολις.* Sed ibidem etiam *Honorias* (in textu Authenticorum) et *urbs prope Gangram* (in textu Haloandri et Basilicorum) laudari videtur.

6) Cod. *αὐτῶν.*

1) Nov. XXX incipit: *Πόσον ἐστι το καππαδόκων ὄνομα.*

Οἱ δεκατρεῖς πράκτορες διδότωσαν τοῖς μαγίστορσιν[2]) *ἀνὰ ν' νομισμάτων.*

Εἰσπραττέσθωσαν[3]) *αἱ συνήθειαι τῶν ταξεωτῶν καὶ τὰ δημόσια καππαδοκίας κατὰ τοὺς τύπους νικήτου*[4]).

Ὁ ἀνθύπατος καππαδοκίας φροντιζέτω καὶ τῶν ταμειακῶν, καὶ ν' λίτρας χρυσίου ἐτησίας εἰσφερέτω τῇ δεσποίνῃ· σίτησιν δὲ ἐχέτω λίτρας κ', καὶ ὁ σύνεδρος αὐτοῦ λίτρας β', ἡ δὲ τάξις αὐτοῦ τὰς ἰδίας λαμβανέτω συνηθείας. ἐκδικείτω δὲ τὰ ταμειακὰ χωρία [οὐ][5]) *διὰ τοποτηρητῶν, ἀλλὰ τοῖς ἐκδίκοις καὶ τοῖς προσφόροις ὑπουργοῖς προστασσέτω τοῦτο ποιῆσαι.*

Ἐὰν ὁ ἀνθύπατος καππαδοκίας συγχωρήσῃ τίτλους ἐπιτιθέναι τινὶ πράγματι, ζώνης καὶ περιουσίας ἀφαιρεῖται. μέμνησο τῆς κη' νεαρᾶς. ἀνάγνωθι βι. β' τοῦ κώδ. τί. ιε' διάτ. β'.

Ἡ τοῦ ἀνθυπάτου καππαδοκίας ἀρχὴ περίβλεπτός ἐστιν. ἀνάγνωθι τὴν ργ' νεαράν. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἀπριλλίῳ μετὰ τὴν ὑπατείαν βελισαρίου.

Ὁ τῆς ἀφρικῆς ἡγούμενος τάξιν ἐπάρχων ἐπέχει. ἀνάγνωθι τὴν λς' νεαράν[6]).

2. **Tredecim exactores magistris quinquaginta solidos solvant.**

3. **Consuetudines officialium et tributa Cappadociae exigantur secundum formas Nicetae.**

4. **Proconsul Cappadociae etiam fiscalium rerum curam gerat, et quinquaginta libras auri annuas imperatrici inferat; habeat autem annonam libras XX, et assessor eius libras II, et officium eius proprias consuetudines accipiat. Fiscalia autem praedia non per vicarios vindicet, sed defensores et competentes adiutores hoc facere iubeat.**

5. **Proconsul Cappadociae, si cui permiserit titulos alicui rei imponere, cingulo et substantia privatur. Memineris Nov. XXVIII. Legas lib. II Cod. tit. 15 const. 2.**

6. **Magistratus, quo proconsul Cappadociae fungitur, spectabilis est. Lege Nov. CIII.** ***Data mense Aprili post consulatum Belisarii.***

7. **Qui Africae praeest, vicem praefectorum sustinet. Lege Nov. XXXVI.**

Νεαρὰ λα'.

Περὶ ἀρχόντων ἀρμενίας.

Τὰ μάτην κείμενα.

Τῆς πρώτης ἀρμενίας ἡγείσθω ὁ[1]) *ἀνθύπατος. μητρόπολίς ἐστι πρώτης ἀρμενίας ἰουστινιανούπολις ἤτοι βαζάνη, ἣ καὶ λεοντόπολις, ἥτις ἔχει θεοδοσιούπολιν, σάταλαν, νικόπολιν*[2]), *κολώνιαν, τραπεζοῦντα, κερασοῦντα.*

Τῆς δευτέρας ἀρμενίας ἡγεῖται ἡγεμονικός. ἔχει πόλεις ταύτας· σεβάστιαν, σεβαστιανούπολιν, κόμαναν, ζῆλαν, βέρισσαν[3]).

Τῆς τρίτης ἀρμενίας κόμης εἴη[4]) *ἰουστινιανός,* SPECTABILιος. *ἔχει δὲ πόλεις ταύτας· μελιτινήν, ἄρκαν, ἀραβισόν, ἀριαρωθείαν, κώμαναν τὴν καὶ χρυσὶν*[5]), *κουακουσόν. ἰστέον δέ, ὅτι ὁ τούτων ἄρχων ἔχει σιτήσεις νομίσματα τ', καὶ ὁ σύνεδρος αὐτοῦ ἔχει νομίσματα οβ', ἡ δὲ τάξις αὐτοῦ νομίσματα ξ'.*

Τῆς τετάρτης ἀρμενίας ἡγείσθω ὑπατικός. ἔστι δὲ αὕτη ἡ ἀρμενία ἐν ἔθνεσιν, καὶ πόλεις ἔχει ζ'· τοφαινίνιν[6]), *βιτίνιν, ἀνζητίνιν, ζοφάνιν, ἀσιανίνην, βαλαμιτίνιν, μαρτυρόπολιν, κιθαριζόν.*

Novella XXXI.

De praesidibus Armeniae.

Ea, quae frustra posita sunt.

1. **Primae Armeniae proconsul praesit. Metropolis primae Armeniae est Iustinianopolis sive Bazane, quae etiam Leontopolis vocatur, quae comprehendit Theodosiopolin, Satalam, Nicopolin, Coloniam, Trapezuntem, Cerasuntem.**

2. **Secundae Armeniae corrector praeest. Habet urbes has: Sebastiam, Sebastianopolin, Comanam, Zelam, Berissam.**

3. **Tertiae Armeniae comes Iustinianus praesit, spectabilis. Habet autem urbes has: Melitenam, Arcam, Arabisum, Ariarothiam, Comanam, quae etiam Chrysis dicitur, Quacusum. Sciendum autem est, harum urbium praesidem accipere pro annonis solidos CCC, et assessorem eius solidos LXXII, et officium eius solidos LX.**

4. **Quartae Armeniae consularis praesit. Constat autem haec Armenia ex gentibus [barbaris], et habet urbes VII: Tophanenem, Vitenem, Anzetenem, Zophanem, Asianenem, Balamitenem, Martyropolin, Citharizum.**

---

2) Cod. *μαγίστορσι* MAGTISIN, ubi a recentiore manu superscriptum est: MAGISTORSIN.

3) Cod. *εἰςπραττέτωσαν.*

ς
4) Cod. *νικητ.*

5) Cod. *τὰ τῶ ταμιακὰ* (sic) *χωρία.* Videntur quaedam excidisse; fortassis Theodorus haec scripsit: *ἐκδικείτω δὲ τὰ τῷ ταμείῳ ἀνήκοντα. Μὴ ἐπιβλεπέτω τὰ ταμειακὰ χωρία διὰ τοποτηρητῶν κ. τ. λ.* Cf. *Athanasium* tit. IV const. 10 (*Heimbach Ἀνέκδ.* I p. 56). Quum tamen haec coniectura nimis audax esse videretur, leviorem emendationem praetuli, quo sensus procederet.

6) Haec §. aut ex margine in textum irrepsit, aut a librario per errorem transposita est.

1) Articulus *ὁ* delendus esse videtur.

2) Codex: *σαταλανικόπολιν.*

3) Haec urbium nomina mutare nolui, licet nonnulla vitiosa esse videantur. Vide textum Nov. XXXI et supra Nov. XXVIII §. 1.

4) Legendum crediderim: *ἡγεῖται.*

5) Cod. *τὴν κεχρυσίν.* Reliqua intacta reliqui.

6) Cod. *τὸ φαινίνιν.* Reliqua non mutavi. Sed mox legendum: *ἀνζητήνην ἣν καὶ ζοφάνην*, ne VIII urbes evadant.

Ὁ ἀνθύπατος πρώτης ἀρμενίας δεχέσθω τὰς ἕως φ´ νομισμάτων ἐγκλήτους τῆς δευτέρας ἀρμενίας.

Ὁ κόμης τῆς τρίτης ἀρμενίας κρινέτω τὰς ἐγκλήτους τῆς τετάρτης ἀρμενίας.

[Μητροπολιτῶν] [7]) ἱερατικὴ τάξις κατὰ μηδένα τρόπον καινιζέσθω.

Ὁ κόμης τρίτης ἀρμενίας καὶ στρατιωτικῶν καὶ πολιτικῶν ἀρχέτω, καὶ πρὸς ὀνόματα καλείτω τοὺς κατὰ χώραν στρατιώτας. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἀπριλίῳ μετὰ τὴν ὑπατείαν βελισαρίου.

5. Proconsul primae Armeniae recipiat appellationes usque ad D solidos ex secunda Armenia.

6. Comes tertiae Armeniae iudicet de appellationibus quartae Armeniae.

7. [Metropolitarum] in sacerdotio ordo nullo modo innovetur.

8. Comes tertiae Armeniae tam militaris quam civilis magistratus sit, et milites, qui in provincia sunt, ad nomina vocet. *Data mense Aprili post consulatum Belisarii.*

Νεαρὰ λβ´.

Περὶ τῶν δανειζόντων γεωργοῖς.

Πρᾶγμα δεινόν [1]).

Ὁ δανείζων γεωργῷ μὴ λαμβανέτω εἰς ὑποθήκην τὴν γῆν αὐτοῦ. τόκον δὲ ἀπαιτείτω αὐτὸν ἐπὶ μὲν καρποῖς [2]) ὀγδόην μοῖραν [3]), ἐπὶ δὲ χρυσίῳ [4]) κατὰ νόμισμα ἕνα κεράτιν [5]), καὶ ἐὰν λάβῃ τὸν τοιοῦτον τόκον, ἀναγκαζέσθω ἀποδιδόναι [6]) ὅσα ἔσχεν ἐνέχυρα παρ᾽ αὐτοῦ, κἂν γῆ [7]) κἂν βοσκήματα κἂν ἀνδράποδα εἴη. ὁ γὰρ παρὰ τὰ εἰρημένα γεωργῷ [8]) δανείζων καὶ τοῦ χρέους ἐκπίπτει. ἀνάγνωθι βι. η´ τοῦ κώδ. τί. κ´ [9]) διάτ. η´, οὐ μὴν ἀλλὰ ὁμοίως ἀνάγνωθι καὶ τὸν μη´ τί. τοῦ ια´ βι. τοῦ κώδικος, μάλιστα τὴν ιθ´ [10]) διάτ. τοῦ αὐτοῦ τί. καὶ βιβλίον, ὅπως μάθῃς τὰ περὶ τῶν γεωργῶν. μὴ λάθῃ σὲ δὲ ἡ ι´ [11]) διάτ. τοῦ ι´ τί. τοῦ δ´ βι. τοῦ κώδικος, ἥτις φησίν, ὅτι COLONος*, κἂν παρουσίᾳ τοῦ οἰκείου [12]) δεσπότου δανείσηται, οὐ ποιεῖ αὐτὸν ἔνοχον. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἰουλίῳ μετὰ τὴν ὑπατείαν βελισαρίου.*

Novella XXXII.

De his, qui mutuum dant agricolis.

Rem duram.

1. Qui agricolae mutuum dat, terram eius hypothecae non accipiat. Usuras vero exigat, si fructus dederit, octavam partem, sin aurum, pro solido unam siliquam. Et si huiusmodi usuras acceperit, cogatur reddere, quae ab illo pignora detinuit, sive terra sive pecora sive mancipia sint. Qui enim adversus dicta agricolae mutuum dat, etiam credito excidit. Lege lib. VIII Cod. tit. 20 [16?] const. 8, nec non similiter tit. 48 lib. XI Cod. et maxime const. 19 eius tit. et libri, ut discas, quae ad agricolas pertinent. Nec te lateat const. 10 (11?) tit. 10 lib. IV Codicis, quae dicit, colonum, licet praesente domino suo mutuum acceperit, eum non obligare. *Data mense Iulio post consulatum Belisarii.*

7) Codex: *Πὰν τίτλον.* Quod aperte depravatum est. Ex Nov. XXXI cap. 2: „*τῶν προτέρων μητροπολιτῶν ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν μενόντων τάξεως, ὥστε μηδὲν τό γε ἐπ᾽ αὐτοῖς καινισθῆναι*" emendandum putavi: *μητροπολιτῶν*, quod quum in Cod. MSS. *μ̄ροπολιτῶν* scribatur, librarium facile in errorem inducere potuit. Quamquam *μητροπολιτῶν ἱερατικὴ τάξις* inusitatius dictum est; et Codicis scriptura potius emendationem „*παράτιτλον*" indicare videtur. Quae quomodo defendi possit, infra videbis not. 2 ad Nov. XXXVIII.

1) Cod. *Ἐμιμοῦντο πρᾶγμα δεινόν.* Nempe adhaesit aliquid ex inscriptione, qua Nov. XXXII Agerochio praesidi *Αἱμιμόντου* data esse dicitur.

2) Basil. *ἐπὶ μὲν τῶν καρπῶν.*

3) Basil. addunt *τοῦ μοδίου.*

4) Cod. *χρυσίον.* Basil. *χρυσοῦ.*

5) Basil. *κατὰ νόμισμα α´ κεράτιον α´.* — Videsis Delineationem hist. iuris GR. quam edidi Heidelb. 1839. 8. p. 106 lin. 5.

6) Basil. *ἀποδοῦναι.*

7) Basil. *γῇ.* Codex: *γῆν.*

8) Basil. *γεωργοῖς.*

9) Basil. *ιζ´.* Significari videtur c. 8 C. quae res pignori. VIII, 16 (in vulgatis editionibus VIII, 17).

10) Basil. *κ´.*

11) Basil. *ια´.* In vulgatis editionibus sane est const. 11. Sed videndum, ne hic correxerit nonnulla *Fabrotus.*

12) *Heimbach* (*Ἀνέκδ.* I p. 238 not 12b) notat: „Hoc loco Fabrotus, stellula adiecta, ad marginem notavit *διοικητοῦ*. Videtur voluisse, vocem *διοικητοῦ* ante verba *τοῦ οἰκείου δεσπότου* excidisse. Sic certe in latina versione expressit: *licet praesente actore domini sui mutuam pecuniam acceperit.* Recte, ni fallor. Cod. IV, 10, 11: *nec ad eum obligandum actorum ipsius adiuvat te praesentia.*" Sed conferas Basil. XXIV, 3, 15 (ed. Fabrot. III p. 531) et scholium *Theodori* (ibid. p. 537 schol. y), unde patet, nil hoc loco esse mutandum.

Νεαρὰ λγ'.

Περὶ τῶν δανειζόντων γεωργοῖς.

Καταπιστευομένων[1]).

Ἡ παροῦσα διάταξις ὅμοια[2]) τῇ πρὸ αὐτῆς λβ' φησίν[3]), παρακελευομένη, μήτε στρατιώτην δύνασθαι δανείζειν γεωργῷ[4]) παρὰ τὰ λεχθέντα. ἐξεφωνήθη καὶ αὐτὴ μηνὶ ἰουλίῳ ὑπατείᾳ βελισαρίου.

Novella XXXIII.

De his, qui mutuum dant agricolis.

[*Propter avaritiam creditorum.*]

1. Praesens constitutio eadem quae praecedens XXXII dicit, sanciens, ne militem quidem agricolae praeter dicta mutuum dare posse. *Etiam haec data est mense Iulio post consulatum Belisarii.*

Νεαρὰ λδ'.

Περὶ τῶν δανειζόντων γεωργοῖς.

Πρᾶγμα διπλασιάζων[1]).

Καὶ ἡ προκειμένη λδ' διάταξις τὰ αὐτὰ λέγει τῆς[2]) πρὸ αὐτῆς λβ'[3]) καὶ λγ' νεαρᾶς διατάξεως[4]), διαγορεύουσα τὸν δανείζοντα γεωργοῖς παρὰ τὰ εἰρημένα[5]) ὑποκεῖσθαι ταῖς προκειμέναις διατάξεσι, μήτε δυνάμενον τῷ οἱῳδήποτε χρήσασθαι προνομίῳ. ἐξεφωνήθη δὲ ὡσαύτως μηνὶ ἰουλίῳ μετὰ τὴν ὑπατείαν βελισαρίου.

Novella XXXIV.

De his, qui mutuum dant agricolis.

[*Rem duram.*]

1. Etiam praesens XXXIV constitutio eadem dicit, quae praecedens novella constitutio XXXII et XXXIII, statuens, eum, qui praeter dicta agricolis mutuum dederit, his constitutionibus obnoxium fieri, nec quoquam privilegio uti posse. *Data similiter mense Iulio post consulatum Belisarii.*

Νεαρὰ λε'.

Περὶ τῶν βοηθῶν τοῦ QUAESTOROς.

Μεταξὺ τῶν ζώντων[1]).

Ἡ προκειμένη διάταξις δηλοῖ, ὡς τινες τῶν MEMORIALίων δύνανται βοηθοὺς ποιεῖν εἰς ἴδιον τόπον. εἰσὶ δὲ βοηθοὶ κς', ὧν καὶ οἱ κληρονόμοι τὴν αὐτὴν δικαιοδοσίαν ἔχουσιν. ἀνάγνωθι τὴν ρδ' νεαρὰν καὶ ριδ'. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἰουλίῳ μετὰ τὴν ὑπατείαν βελισαρίου.

Novella XXXV.

De adiutoribus Quaestoris.

[*Inter viros.*]

1. Praesens constitutio significat, quod quidam ex memorialibus in locum suum adiutores constituere possint. Sunt autem adiutores XXVI, quorum etiam heredes eandem iurisdictionem habent. Lege Nov. CIV et CXIV. *Data mense Iulio post consulatum Belisarii.*

---

1) Hal. verba initialia latine exhibet, sic: PRAE AVARICIA. — Verum Nov. XXXIII incipit a verbis: *Propter avaritiam creditorum.* Quae verba corrupta fuisse videntur in prototypo, quo usus est, qui verba initialia latina graece vertit; isque „*Procrastinatorum*" vel simile quid legisse videtur, quod graece reddidit: *Καταπιστευομένων.*

2) Cod. ὅμοία. Hal. ὁμοία.

3) Hal. φύσει.

4) Hal. γεωργόν.

1) Hal. verba initialia latine exhibet: REM DURAM. Ille autem, qui eiusmodi verba initialia graece vertit, „*rem duplam*" legisse, et graece „πρᾶγμα διπλασιάζον" reddidisse videtur.

2) Hal. ταῖς

3) Hal. τῇ λβ'.

4) Hal. νεαραῖς διατάξεσιν.

5) Hal. προειρημένα.

1) Codex: *Περὶ τῶν βοηθούντων τοῦ* CUAESTOROS. — *Κυαίστωρι μεταξὺ τῶν ζώντων.* — *Haloander: Περὶ τῶν βοηθῶν τοῦ κοιαίστωρος.* — INTER PRUDENTES. Cf. *Biener Gesch. d. Nov. S. 560.* — Sed Nov. XXXV incipit a verbis: *Inter viros.* Iam ille, qui verba initialia latina graece vertit, „Inter *vivos*" legit, eaque verba graece reddidit: *μεταξὺ τῶν ζώντων.* Verbum *Κυαίστωρι*, quod in Codice praeponitur, ad inscriptionem pertinet, et continet explicationem verbi „Quaestoris", quod latinis literis exaratum erat. Caeterum rubrica etiam sic emendari potest: *περὶ τῶν βοηθούντων τῷ* QUAESTORI (*Κυαίστωρι*).

Νεαρὰ λϛ΄.

Περὶ τῶν ἐν ἀφρικῇ διαδόχων. [1])

Οἱ [2]) *ἄφροι ἐκδικείτωσαν τὰ ἀφαιρεθέντα ἐξ αὐτῶν ἐν τοῖς βανδήλων* [3]) *καιροῖς εἴσω ε΄ ἐνιαυτῶν, εἴτε αὐτῶν εἴησαν εἴτε τῶν ἰδίων γονέων ἢ πάππων ἑκατέρας φύσεως, εἴτε τῶν ἐκ πλαγίων* [4]) *ὦσιν ἄχρι γ΄ βαθμοῦ, εἰ μὴ ἄρα νομίμοις* [5]) *παραγραφαῖς ἀποκλείονται.*

Ἐπὶ [6]) *πίστεως γένους ἄμφω τὰ μέρη προφέρουσιν ἀποδείξεις. σημείωσαι αὐτό* [7]).

Πάντες [8]) *οἱ ἄφροι τοῖς ῥωμαίων* [9]) *νόμοις ὑπόκεινται. ὅμοιον ἔγνως ἐν τῇ κα΄ νεαρᾷ περὶ ἀρμενίων. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἰαννουαρίῳ μετὰ τὴν ὑπατείαν βελισαρίου.*

Novella XXXVI.

De successoribus in Africa.

[*Omne infinitum.*]

1. Afri res Vandalorum temporibus ipsis ereptas intra quinque annos vindicent, sive ipsorum fuerint, sive propriorum parentum vel avorum utriusque sexus, sive ex transverso cognatorum usque ad tertium gradum, nisi forte legitimis praescriptionibus excludantur.

2. Ad fidem generis faciendam ambae partes probationes proferunt.

3. Omnes Afri Romanorum legibus subiecti sunt. Idem didicisti in Nov. XXI de Armeniis. *Data mense Ianuario post consulatum Belisarii.*

Νεαρὰ λζ΄.

Περὶ τῶν ἐν ἀφρικῇ ἐκκλησιῶν.

Τῶ σεμνοτάτω ἐκκλησιῶν. [1])

Ἀφρικῆς αἱ ἐκκλησίαι [2]) *κομιζέσθωσαν* [3]) *τὰ παρὰ τῶν ἀρειανῶν ἀφαιρεθέντα, δημόσια μέντοιγε ὑπὲρ αὐτῶν συντελοῦσαι, τῶν ἀκινήτων ἐξ αὐτῶν ὑπὸ μηδενὸς χρόνου* [4]) *βλαπτομένων.*

Αἱρετικὸς μὴ βαπτιζέτω, μήτε πολιτευέσθω, μήτε [5]) *μετελθέτω οἱονδήποτε πολιτικὸν ὀφφίκιον. ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. ε΄ διάτ. ιβ΄ καὶ ιδ΄ καὶ ιη΄ καὶ τί. θ΄ διάτ. ιη΄.*

Ὁ ἀναβαπτισθεὶς στρατείας μόνης κωλυέτω [6]). *ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. ϛ΄ διάτ. β΄ καὶ γ΄.*

Ἰουδαῖος χριστιανὸν ἀνδράποδον μὴ ἐχέτω, μήτε κατηχούμενον περιτεμνέτω. ἀνάγνωθι τὸ μὲν περὶ τοῦ κτᾶσθαι ἀνδράποδον βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. γ΄ διάτ. νδ΄ καὶ τί. ε΄ διάτ. κα΄ [7]) *καὶ τί. ϛ΄ διάτ. γ΄ καὶ τί. ι΄ διάτ. α΄. κεῖται δὲ περὶ τοῦ μὴ περιτέμνειν βι. α΄ τί. θ΄ διάτ. ιϛ΄ καὶ τί. ιδ΄* [8]) *διάτ. α΄.*

Μὴ ἐχέτω οἱαδήποτε αἵρεσις οἶκον ἢ τόπον προσευχῆς. ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. α΄ διάτ. β΄ καὶ τί. ε΄ διάτ. γ΄ καὶ ε΄ καὶ ιδ΄ καὶ κ΄, καὶ νεαρὰν νη΄ καὶ ρλα΄.

Novella XXXVII.

De ecclesiis in Africa.

[*Venerabilem ecclesiam.*]

1. Africae ecclesiae capiant, quae ab Arianis ablata sunt, ut tamen publica super iis conferant, et ita, ut in immobilibus nulla praescriptione detrimentum patiantur.

2. Haereticus non baptizet, et nihil publicum gerat, neque quodcunque publicum officium suscipiat. Lege lib. I Cod. tit. 5 const. 12 et 14 et 18, et tit. 9 const. 18.

3. Rebaptizatus militia sola arceatur. Lege lib. I Cod. tit. 6 const. 2 et 3.

4. Iudaeus christianum mancipium ne habeat, nec catechumenum circumcidat. Lege, quod ad hoc pertinet, ne mancipium acquirat, lib. I Cod. tit. 3 const. 54 et tit. 5 const. 21 (20?) et tit. 6 const. 3 et tit. 10 const. 1. De hoc, ne circumcidat, dictum est lib. I tit. 9 const. 16 et tit. 14 (10?) const. 1.

5. Nulla omnino haeresis domum aut locum orationis habeat. Lege lib. I Cod. tit. 1 const. 2 et tit. 5 const. 3 et 5 et 14 et 20, et Nov. LVIII et CXXXI.

---

1) Verba initialia, quippe latina, desunt in nostro, sed reperiuntur apud Hal.

2) Hal. *ὅτι οἱ.*

3) Hal. *οὐανδίλων.* Basil. *βανδίλων.*

4) Hal. *πλαγίου.* Sic et Basil.

5) Hal. *νομίμων.*

6) Haec Cod. uno tenore addit; Hal. novam §. facit, addito numero *β΄*.

7) Haec verba: *σημείωσαι αὐτό*, apud Hal. et in Basil. desunt, et ex margine irrepsisse videntur.

8) Hal. vocat §. *γ΄*.

9) Hal. *ῥωμαίοις.*

1) Sic Codex: h. e. *τῶν σεμνοτάτων ἐκκλησιῶν.* Nempe, qui latina graece reddidit, *venerabilium ecclesiarum* legisse videtur. Hal. *Venerabilem ecclesiam* habet.

2) Hal. *Αἱ ἀφρικῆς ἐκκλ.*

3) Hal. *κομιζέτωσαν.*

4) Verbum *χρόνου* apud Hal. deest.

5) Quae sequuntur, usque ad verba *μήτε κατηχούμενον* (§. 4) apud Hal. desiderantur.

6) Basil. *κωλυέται.*

7) Nobis est const. 20.

8) Tit. 10 significari videtur.

Ἡ ἐκκλησία καρταγένης[9]) ἐχέτω τὰ προειρημένα[10]) προνόμια περὶ ὅλων τῶν ἐκκλησιῶν ἐν τῷ κώδικι, τουτέστιν ἐν τῷ α' βι. τί. β' διάτ. γ' καὶ ζ' καὶ ι' καὶ ια'[11]).

Ὁ καταφεύγων ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν καρταγένης[12]) ἐχέτω ἀσυλίαν, εἰ μὴ ἄρα φόνον ἢ ἁρπαγὴν παρθένου ἢ βίαν χριστιανῷ[13]) ποιήσει. ἀνάγνωθι δὲ τὴν ξε' νεαράν[14]).

Τὰ δοθέντα ἔκ τινος ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ[15]) σωτηρίας ταῖς ἐκκλησίαις ἀφρικῆς μὴ ἀφαιρείσθω ὑπὸ τοῦ οἱουδήποτε. τοῦτο δέ συ γενικῶς δέξαι ἐπὶ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν. ἐξεφωνήθη μηνὶ αὐγούστῳ μετὰ τὴν ὑπατείαν βελισαρίου.

6. Ecclesia Carthaginensis privilegia habeat, quae de omnibus ecclesiis in Codice dicta sunt, h. e. lib. 1 tit. 2 const. 3 et 7 et 10 et 11.

7. Qui ad ecclesiam Carthaginensem confugit, asylum habeat, nisi forte homicidium vel raptum virginis aut vim in Christianum commiserit. Lege Nov. LXV.

8. Quae ab aliquo pro sua ipsius salute ecclesiis Africae donata sunt, a nemine auferantur. Hoc autem generaliter de omnibus ecclesiis accipias. *Data mense Augusto post consulatum Belisarii.*

Νεαρὰ λη'.

Περὶ βουλευτῶν.

Οἱ τὴν πολιτείαν ἡμῶν[1]).

Πᾶσα προγάμου δωρεὰ συνάλλαγμα νοεῖται· αἱ γὰρ ἄλλαι δωρεαὶ οὐκ εἰσὶ συναλλάγματα. ὁμοίως φησὶ περὶ τῆς προγάμου δωρεᾶς ἡ ριθ' νεαρά[2]).

Ὁ βουλευτής, εἰ μὲν ἄπαις ἐστίν, εἰς τὸ δ' μέρος τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας δύναται διατίθεσθαι· εἰ δὲ νόθους μόνον παῖδας ἔχῃ[3]), καλῶς καταλιμπάνει αὐτοῖς[4]) πᾶσαν τὴν οὐσίαν αὐτοῦ[5]), ἤ, ἐὰν τοῦτο οὐ θέλει[6]), ἔστω αὐτοῖς ἐνναούγκιον[7]), εἰ βούλεται[8]), ἵνα μέντοιγε βουλεύσωσιν. εἰ γάρ τινες ἐξ αὐτῶν μὴ θελήσωσι[9]) βουλεῦσαι, προστίθεται τὸ μέρος αὐτῶν τοῖς βουλεύουσιν· ἐὰν δὲ πάντες μὴ ἀνάσχωνται βουλεῦσαι, λαμβάνουσι γ' οὐγκίας μόνον. ἀνάγνωθι βι. ι' τοῦ κώδ. τί. λβ' α' καὶ β' διάτ. ζ'[10]) καὶ τί. λε' διάτ. β' καὶ γ' καὶ δ' καὶ νεαρὰν ιη' καὶ πθ'.

Ἐὰν βουλευτὴς ἀδιάθετος τελευτήσῃ ἐπὶ νόθοις μόνον[11]) παισί, λαμβάνει ἡ βουλὴ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ θ' οὐγκίας, τὰς δὲ ἄλλας οἱ ἐξ ἀδιαθέτου αὐτοῦ κληρονομοῦσιν[12]). ἰστέον γάρ, ὅτι οἱ τοῦ βουλευτοῦ νόθοι παῖδες, εἰ μὴ βουλεύσωσιν[13]), οὐ κληρονομοῦσιν αὐτὸν κατ' οὐδὲν ἐξ ἀδιαθέτου. εἰ[14]) δὲ θελήσωσι πάντες ἤ τινες ἐξ αὐτῶν βουλεῦσαι, λαμβάνουσι τὸ τῇ βουλῇ ἁρμόζον μέρος, του-

Novella XXXVIII.

De curialibus.

Qui rempublicam nostram.

1. Omnis antenuptialis donatio contractus esse intelligitur: reliquae scilicet donationes non sunt contractus. Similiter de antenuptiali donatione statuit Nov. CXIX.

2. Curialis, si liberos non habeat, de quarta parte substantiae suae testari potest: sin naturales solum liberos habeat, recte iis relinquit omnem suam substantiam, aut, si hoc nolit, cedat iis dodrans, si velit, ita tamen ut curiales sint. Quodsi quidam ex iis curiales fieri noluerint, portio eorum iis accrescit, qui curiales sunt: sin autem omnes curialem conditionem repudiaverint, tantum tres uncias accipiunt. Lege lib. X Cod. tit. 32. 1 et 2 const. 7 (tit. 31 et 32 const. 7?) et tit. 35 const. 2 et 3 et 4 et Nov. XVIII et LXXXIX.

3. Si curialis intestatus defunctus sit, naturales tantum liberos habens, curia ex eius substantia novem uncias capit, in reliquas autem tres uncias succedunt, qui ei ab intestato heredes sunt. Sciendum enim est, naturales curialis liberos, nisi curiales fiant, ei ab intestato omnino non succedere. Si tamen omnes aut nonnulli eorum curiales fieri vo-

9) Hal. Καρχηδόνος.
10) Hal. τὰ εἰρημένα.
11) Vitia in constitutionum numeros irrepsisse suspicor. Privilegia enim, quae const. 7 et 10 et 11 afferuntur, odiosa potius sunt: favorabilia autem const. 3 et 5 et 12 continentur.
12) Hal. Καρχηδόνος.
13) Hal. χριστιανοῦ.
14) Haec verba: ἀνάγνωθι δὲ τὴν ξε' νεαράν, quomodo huc pertineant, non video. Fortassis inferius collocanda erant, post verba ἐπὶ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν. — Vide supra Nov. XVII §. 12.
15) Hal. ἑαυτῶν.
1) Sic et Bodlei. — Apud Hal. et Scrimg. Nov. XXXVIII inc. Οἱ τὴν πολιτείαν ἡμῖν.
2) Bodlei. addit: σημείωσαι δὲ παράτιτλον. Quid hoc? utrum §. 1 ad instar paratitli in margine scriptam fuisse, an contineri ea aliquid, quod extra propositum Novellae sit? Cf. Nov. XXXI not. 7.
3) Bodl. ἔχοι.
4) Deest in Bodlei.
5) Bodl. αὐτοῦ.
6) Bodl. θέλῃ.
7) Cod. θ' οὐγκίας.
8) Bodl. βούληται.
9) Bodl. θέλωσι.
10) Bodl. βι. ι' τοῦ κώδ. τί. α' διάτ. ζ'. Fortasse legendum: τί. λα' καὶ λβ' διάτ. ζ'. Interim tamen nihil muto, quum editiones vulgatae in his titulis corruptissimae sint.
11) Bodl. μόνοις.
12) Bodl. κληρονόμοι.
13) Idem: βουλεύωσιν.
14) Codex novam §. facit.

τέστι τὰς θ' οὐγκίας. τὰ αὐτὰ δὲ κἂν ἐκ δούλης σχῇ[15] *παῖδας ὁ βουλευτής, καὶ οὗτοι ἐπιδώσουσιν*[16] *αὐτοὺς τῇ βουλῇ μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτήν· καὶ αὐτοὶ γὰρ βουλεύοντες τὸ ἁρμόζον τῇ βουλῇ μέρος λήψονται. σημείωσαι, ὅτι ἀδιαθέτου*[17] *τελευτῶντος τοῦ πατρὸς οἱ νόθοι, εἰ ἐπιδῶσιν*[18] *ἑαυτοὺς τῇ βουλῇ, γνήσιοι γίνονται· εἰ γὰρ διάθηται εἰς αὐτοὺς ὁ πατὴρ αὐτῶν, οὐδὲ*[19] *ἐπιδόσεως δέονται, ἀλλὰ γνήσιοι γίνονται*[20] *ἐκ τῆς γραφῆς τῆς διαθήκης. ὁμοίως φησὶν ἡ πθ' νεαρά. ἀνάγνωθι τὰς ὑποκειμένας διατάξεις τῷ λε' τί. τοῦ ι'*[21] *βι. τοῦ κώδικος.*

Ἐὰν βουλευτὴς τελευτῶν ἔχῃ ἄῤῥενας παῖδας γνησίους ἢ ἐγγόνους, καταλιμπανέτω αὐτοῖς θ' οὐγκίας τῆς αὐτοῦ περιουσίας, ὡς θέλει αὐτὰς[22] *διανέμων, τῶν περὶ τῆς* DE INOFFICIOSO[23] *φυλαττομένων αὐτοῖς*[24] *νομίμων· τουτέστιν ἵνα τυχὸν μὴ ἐάσῃ αὐτοῖς ἧττον τοῦ νομίμου μέρους, (ἐξ αὐτῶν*[25] *τῶν θ' οὐγκιῶν*[26] *μόνον*[27] *μέντοιγε, τὰς γὰρ*[28] *γ' οὐγκίας ὡς θέλει διατυποῖ,) εἰ μὴ ἄρα ὕπεστι*[29] *τρόπος*[30] *ἀχαριστίας. ἰστέον δέ, ὅτι πρὸς ὃ κληρονομοῦσιν οἱ παῖδες τοῦ βουλευτοῦ, πρὸς τοῦτο καὶ βουλεύουσιν*[31]*. ἀνάγνωθι βι. ι' τοῦ κώδ. τί. λε' διάτ. α' καὶ β'. ἡ γὰρ γ' διάταξις τοῦ αὐτοῦ*[32] *τί. καὶ βι. ἀνῄρηται*[33]*. ἀνάγνωθι*[34] *τὴν ιη' καὶ πθ' νεαράν.*

Τὰ εἰρημένα ἐπὶ ἀῤῥένων παίδων τῶν βουλευτῶν κρατεῖ καὶ ἐπὶ θηλειῶν βουλευταῖς γεγαμημένων· ὡς[35] *ἐὰν*[36] *τινες ἐξ αὐτῶν βουλευταῖς μὴ*[37] *συνοικήσωσιν, αἱ μὲν γαμούμεναι βουλευταῖς θ' οὐγκίας λαμβάνουσιν, κἂν εἰσὶν ἄλλης πόλεως, αἱ δὲ μὴ συναφθεῖσαι τοῖς τοιούτοις τὰς ἄλλας γ' οὐγκίας λήψονται, ὡς ἂν ὁ πατὴρ αὐτῶν διανείμῃ*[38]*, σωζομένης μέντοιγε ὅλης τῆς νομίμης μοίρας· τουτέστι διαιρεῖν ἀναγκάζεται ὁ πατὴρ τὰς γ' οὐγκίας εἰς αὐτὰς κατὰ τοὺς νόμους. καὶ μὴ νομίσῃς, ὅτι ἀναγκάζεται ἐᾶσαι αὐταῖς τὸ νόμιμον μέρος ἐκ πάσης τῆς οὐσίας αὐτοῦ· μόνον γὰρ ἐκ*[39] *τοῦ ἁρμόζοντος αὐτῷ*[40] *δ' μέρους τὸ ἀναλογοῦν αὐταῖς δίδωσι, καὶ ἐνναούγκιον*[41] *τῇ βουλῇ προσκυροῦται. ἀνάγνωθι βι. ι' τοῦ κώδ. τί. λθ' διάτ. β' καὶ ε'. μέμνησο*[42] *τῆς ιη' νεαρᾶς καὶ*[43] *ἀνάγνωθι τὴν πθ' ὁμοίως*[44] *νεαράν.*

Ἐὰν βουλευτὴς τελευτῶν ἐάσῃ ἄῤῥενας καὶ θηλείας παῖδας[45]*, γνησίους δηλονότι, οἱ μὲν ἄῤῥενες βουλεύοντες θ' λαμβάνουσιν οὐγκίας, αἱ δὲ θήλειαι τὰς ἄλλας γ' οὐγκίας λήψονται, εἰ μὴ ἄρα βουλευταῖς ὦσι γαμηθεῖσαι· τότε γὰρ οὐγκίας ϛ' λήψονται. σὺ δὲ ἴσθι, ὅτι τὸ ῥητὸν τῆς διατάξεως λέγει αὐτοὺς ἀνὰ ἥμισυ*

luerint, portionem curiae competentem accipiunt, hoc est novem uncias. Eadem obtinent, et si ex ancilla curialis liberos habuerit, et hi curiae sese obtulerint post obitum patris: nam hi quoque, si curiales fiant, portionem curiae competentem capient. Nota, naturales, si pater intestatus obierit, legitimos fieri, si curiae se obtulerint; quodsi pater eos heredes scripserit, oblatione ne indigent quidem, sed scriptura testamenti legitimi fiunt. Similiter loquitur Nov. LXXXIX. Lege constitutiones, quae subsunt tit. 35 lib. X Codicis.

4. Si curialis, quum moriatur, liberos masculos legitimos vel nepotes habeat, relinquat iis novem uncias substantiae suae, dividens eas, quemadmodum voluerit, ita tamen ut iura de inofficioso querelae iis custodiantur: hoc est ita, ut non minus legitima portione relinquat, (scilicet ex solis novem unciis: nam de tribus unciis disponit, quemadmodum vult,) nisi forte causa ingratitudinis subsit. Sciendum autem est, liberos, in quantum heredes curiali existunt, in tantum etiam curialia munera subire. Lege lib. X Cod. tit. 35 const. 1 et 2. Nam const. 3 eiusdem tit. et lib. sublata est. Lege Nov. XVIII et LXXXIX.

5. Quae de masculis curialium liberis dicta sunt, valent etiam in feminis, quae curialibus nuptae sunt; hoc modo, ut, si quae earum curialibus non sint coniunctae, eae, quae curialibus nuptae sunt, novem uncias accipiant, licet alienae civitatis sint, eae vero, quae non sunt eiusmodi viris coniunctae, reliquas tres uncias accipiant, prout eas pater earum distribuerit, ita tamen, ut legitima portio integra servetur; hoc est, pater tres uncias inter illas secundum leges distribuere cogitur. Et ne credas, eum cogi, ut ex omni substantia sua legitimam portionem relinquat; solum enim ex quarta parte ipsi competente ratam iis relinquit, et dodrans curiae adiudicatur. Legas lib. X Cod. tit. 39 const. 2 et 5. Memineris Nov. XVIII, et legas similiter Nov. LXXXIX.

6. Si curialis, quum moriatur, liberos masculos et feminas, legitimos scilicet, reliquerit, masculi quidem, si curiales sint, novem uncias accipiunt, feminae autem reliquas tres uncias capient, nisi forte curialibus nuptae sint: tunc enim sex uncias capiunt. Tu vero scias, textum constitutionis di-

15) Cod. *κἂν ἐκ δ. ἐὰν σχῇ.*
16) Bodl. *ἐπιδῶσιν ἑαυτούς.*
17) Cod. *ἐξ ἀδιαθέτου.*
18) Sic Bodl. — Codex: *ἐπιδίδωσιν*, quod certe in *ἐπιδιδῶσιν* mutandum erat.
19) Bodl. *οὐδέν.*
20) Bodl. verba *ἀλλὰ γνήσιοι γίνονται* non habet.
21) Cod. et Bodl. *ιβ'*, quod tamen aperte falsum est.
22) Cod.: *ὡς θέλων αὐτάς.* Bodl.: *ὡς θέλει αὐτοῖς.*
23) Bodl. *δινοφφικιόσου.*
24) Bodl. *αὐτοῖς φυλ.*
25) Deest in Bodl.
26) Cod.: *θ' ΓΟ οὐγκιῶν.*
27) Bodl. *μόνων.*
28) Deest in Bodl.
29) Cod.: *ὑπέστι.* Bodl.: *ὕπεισι.*
30) Bodl. *τρόποι.*
31) Cod. *βουλεύωσιν.*
32) Cod. *αὐτοῦ τοῦ.*
33) Bodl. *εἴρηται.*
34) Bodl. *ἀνάγνωθι δὲ καὶ τὴν κ. τ. λ.*
35) Deest in Bodl.
36) Cod. *ὡς ἐὰν δέ τινες.*
37) Deest in Bodl.
38) Bodl. *διανείμῃ.*
39) Deest in Cod.
40) Bodl. *αὐτῷ.*
41) Cod. *θ' ΓΟ*, pro quo male scribit Bodl.: *θ' οὐγκίας.*
42) Bodl. *καὶ μέμν.*
43) Bodl. *ἀνάγνωθι καί.*
44) Deest in Bodl.
45) Bodl. *ἄῤῥενας παῖδας καὶ θηλείας.*

λαβεῖν[46]). *οὐ γὰρ ἐνναουγκίου, οὐδὲ τριουγκίου*[47]) *μνήμην ποιεῖται, ἀλλ' ἐγὼ διὰ τὸ εὐδιαίρετον καὶ τὸ προβαῖνον*[48]) *νόμιμον οὕτω*[49]) *διεῖλον. τὰ δὲ*[50]) *λεχθέντα προβαίνει ἐπὶ πάσης τῆς οὐσίας τοῦ τελευτῶντος βουλευτοῦ, εἰ μὴ ἄρα εἰς ἐξωτικοὺς τὰς γ' οὐγκίας διετύπωσεν· τότε γὰρ ἀνὰ διούγκιον λαμβάνουσιν οἱ ἄῤῥενές τε*[51]) *καὶ αἱ θήλειαι αὐτοῦ παῖδες. ἀνάγνωθι τὰς ὑποκειμένας διατάξεις τῷ λε' τί. τοῦ ι'*[52]) *βι. τοῦ κώδ. καὶ τὴν πθ' ὁμοίως*[53]) *νεαράν.*

Ὁ βουλευτής, κἂν ἐπιδῷ αὐτὸν[54]) *ἄλλῃ τύχῃ, οὐκ ἐλευθεροῦται τῆς βουλῆς. ἀνάγνωθι βι. ι' τοῦ κώδ. τί. λβ' διάτ. ιβ' καὶ ιδ' καὶ ιθ' καὶ κζ' καὶ λς', ἐξ ὧν γνώσει*[55]), *ὅτι ἐκ ποίων αἰτιῶν οὐκ ἀλλοτριοῦται τῆς ἰδίας τύχης ὁ βουλευτής.*

Οἱ καταγόμενοι ἀπὸ πατέρων βουλευτῶν τῇ βουλῇ ὑποκείσθωσαν, κἂν ἡ μήτηρ αὐτῶν κογχυλευτικῇ ἢ ταμειακῇ[56]) *ἢ ἄλλῃ τύχῃ ὑπόκειται. σημείωσαι*[57]) *τοῦτο τὸ νόμιμον· ξένον γὰρ*[58]) *καὶ νέον*[59]). *ἀνάγνωθι βι. ι' τοῦ κώδ. τί. λβ' διάτ. κθ' καὶ βι. ια' τί. ξη'*[60]) *διάτ. δ'. ἐξεφωνήθη μηνὶ μαρτίῳ ἰνδ. ια' μετὰ τὴν ὑπατείαν βελισαρίου.*

cere, semissem eos capere. Non enim dodrantis vel quadrantis mentionem facit, sed ego ob faciliorem divisionem, et ut lex procedat, sic distinxi. Quae dicta sunt, de tota substantia curialis defuncti valent, nisi forte extraneos in tres uncias heredes scripserit: tunc enim sextantem liberi eius tam masculi quam feminae accipiunt. Lege constitutiones, quae subsunt tit. 35 lib. X Cod. et similiter Nov. LXXXIX.

7. Curialis, etiamsi alii conditioni se obtulerit, curia non liberatur. Lege lib. X Cod. tit. 32 const. 12 et 14 et 19 et 27 et 36, ex quibus disces, quae causae sint, ex quibus curialis conditione sua non liberatur.

8. Qui a patribus curialibus descendunt, curiae obnoxii sint, licet mater eorum murilegulae vel tamiacae vel alii conditioni subiaceat. Nota hoc ius: est enim singulare et novum. Lege lib. X Cod. tit. 32 const. 29 et lib. XI tit. 68 const. 4. ***Data mense Martio Ind. XI post consulatum Belisarii.***

Νεαρὰ λθ'.

Περὶ ἀποκαταστάσεως καὶ περὶ τῆς τεκούσης ἐν τῷ ια' μηνί.

Τὸ ῥευστὸν καὶ πεποικιλμένον[1]).

Ὁ ἀξιώσας τινὰ τὴν ἑαυτοῦ κληρονομίαν[2]) *ἄλλῳ ἀποκαταστῆσαι φυλαττέτω ἐξ αὐτῆς τοῖς ἰδίοις*[3]) *παισὶν τὸ νόμιμον ποστημόριον. ἀνάγνωθι τὰς ὑποκειμένας διατάξεις τῷ*[4]) *κη' τί. τοῦ γ' βι. τοῦ κώδ. καὶ τὴν γ' καὶ δ' καὶ ς' καὶ ζ' καὶ η' διάτ. τοῦ μθ' τί. βι. ς'*[5]) *τοῦ κώδικος.*

Ὁ ἀξιωθεὶς ἀποκαταστῆσαι κληρονομίαν δύναται ὑπεξαίρειν[6]) *ἐξ αὐτῆς τὰ γαμικὰ συναλλάγματα τοῦ ἀξιώσαντος αὐτὸν ἀποκαταστῆσαι*[7]), *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἃ χρεωστεῖται ἀπὸ προγάμου δωρεᾶς ἢ ἀπὸ προικὸς ἐκ τοῦ ἀξιώσαντος αὐτὸν ἀποκαταστῆσαι ὑπεξαίρει*[8]), *μὴ δυνάμενος μέντοιγε αὔξειν αὐτὰ πρὸς περιγραφὴν τῆς ἀποκαταστάσεως. ἀνάγνωθι τὰς ὑποκειμένας διατάξεις τῷ μθ' τί. τοῦ ς' βι. τοῦ κώδ. καὶ τὴν ρη'*[9]) *νεαράν.*

Novella XXXIX.

De restitutione et de ea, quae undecimo mense parit.

Fluxus et varietas.

1. Qui aliquem rogavit, ut hereditatem suam alii restituat, ex ea liberis suis legitimam portionem servet. Lege constitutiones, quae subsunt tit. 28 lib. III Cod. et const. 3 et 4 et 6 et 7 et 8 tit. 49 lib. VI Codicis.

2. Qui rogatus est, ut hereditatem restituat, ex ea deducere potest contractus nuptiales ab eo initos, qui restituere ipsum rogavit, quin etiam ea, quae ex antenuptiali donatione vel dote ab eo, qui ipsum restituere rogavit, debentur, deducit: ita tamen, ut ea in fraudem restitutionis augere non possit. Lege constitutiones, quae subsunt tit. 49 lib. VI Cod. et Nov. CVIII.

---

46) Bodl. *οὐ λέγει πόσας οὐγκίας λαμβάνουσιν.*
47) Bodl. *οὔτε γὰρ θ' ουγκίου οὔτε γ' ουγκίου.*
48) Verba *καὶ τὸ προβ.* in Bodl. desunt. — *Τὸ προβ. νόμ.* potest etiam verti: „praecedens legis caput "
49) Bodl. *οὕτως.*
50) Deest in Bodl.
51) Deest in Bodl.
52) Bodl. *ιβ'.*
53) Deest in Bodl.
54) Bodl. *ἑαυτόν.*
55) Idem: *γνώσῃ.*
56) Cod. *κογχυλευτικὴν καὶ ταμειακήν.*
57) Deest in Bodl.
58) Ibidem et haec particula deest.
59) Bodl. *νεαρόν.*
60) Idem: *λη'.*

1) Cod. *πεποικιλημένον.*
2) Basil. *τοῖς ἑαυτοῦ κληρονόμοις.*
3) Basil. *οἰκείοις.*
4) Basil. *ἐν τῷ.* Bodl. *τοῦ.*
5) Basil. *τοῦ ς' βι.* — In Bodl. verba „*τοῦ κώδ. — μθ' τί.*" desunt.
6) Basil. et Bodl. *ὑπεξαιρεῖν.* — Codex: *ὑφεξαίρειν.*
7) Haec verba: *τοῦ ἀξ. αὐτὸν ἀποκ.* in Bas. Fabrot. desunt.
8) Cod. *ὑφεξαίρει.* Basil. Fabrot. (omissis verbis *ἐκ τοῦ ἀξ. αὐτὸν ἀποκ.*) et Bodl. *ὑπεξαιρεῖ.*
9) Bodl. *ρμη'.* Fabrotus in textu *ρη'*, in versione 118.

Μετὰ τὴν προῖκα καὶ τὰ ἕδνα[10] *ὁ* FALCIDIOS *τρακταΐζεται. ἀνάγνωθι βι. ς' τοῦ κώδ. τί. ν' διάτ. ς' καὶ ιδ'.*

Ὁ ἀξιωθεὶς ἀποκαταστῆσαι κληρονομίαν δύναται γαμικὰς ἐπιδόσεις ποιεῖσθαι[11] *ἐκ τῶν ἀποκαταστατέων*[12] *πραγμάτων. ἀνάγνωθι τὰς ὑποκειμένας διατάξεις τῷ μθ' τί. τοῦ ς' βι. τοῦ κώδικος.*

Ἡ ἐν τῷ ια' μηνὶ τῆς τελευτῆς τοῦ ἰδίου[13] *ἀνδρὸς τεκοῦσα* STUPRON *ἁμαρτάνει, καὶ ἐκπίπτει τῆς χρήσεως τῶν ἕδνων, καὶ ἐὰν παῖδας ἔσχεν ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἀνδρός, ὑπόκειται ἐπιτιμίοις*[14]*, οἷς τιμωρεῖται καὶ ἡ γάμον συναλλάττουσα πρὸ τοῦ πενθίμου καιροῦ. ἀνάγνωθι βι. θ' τοῦ κώδ. τί. θ'. ἐξεφωνήθη μηνὶ μαρτίῳ μετὰ τὴν ὑπατείαν βελισαρίου.*

3. Post dotem et ante nuptias donationem Falcidia tractatur. Lege lib. VI Cod. tit. 50 const. 6 et 14.

4. Qui rogatus est, ut hereditatem restituat, nuptiales donationes ex rebus restituendis facere potest. Lege constitutiones, quae subsunt tit. 49 lib. VI Codicis.

5. Quae undecimo mense post mortem mariti parit, stuprum committit, et excidit usufructu antenuptialis donationis, et si liberos ex viro illo habuerit, poenis obnoxia est, quibus etiam ea, quae ante tempus luctus nuptias contraxit, punitur. Lege lib. IX Cod. tit. 9. *Data mense Martio post consulatum Belisarii.*

Νεαρὰ μ.

Περὶ τοῦ τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν ἐκποιεῖν οἴκημα[1]).

Ἤδη μὲν τὰ περὶ τῆς κωλύσεως.

Ἱεροσολύμων ἐκκλησία τὰ πολιτικὰ αὐτῆς οἰκήματα εἰς ν' ἔτη πιπρασκέτω, DECRETOU *πραττομένου παρὰ τῷ ἀρχιεπισκόπῳ, καὶ προχωρηθῇ ἡ τιμὴ αὐτῶν ἐπὶ διαλύσει τῶν δανεισθέντων χρημάτων εἰς*[2] *ἀγορασίαν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων. ὁμοίως φησὶν ἡ ρκ' νεαρά. ἀνάγνωθι δὲ βι. α' τοῦ κώδ. τί. β' διάτ. ιδ' καὶ ιζ' καὶ με'*[3]*, καὶ μέμνησο τῆς ζ' νεαρᾶς. καὶ μὴ ἐναντωθῇ σοι· ἡ γὰρ παροῦσα διάταξις τοπική ἐστιν. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἰουνίῳ μετὰ τὴν ὑπατείαν βελισαρίου.*

Novella XL.

Ut S. Resurrectionis [ecclesia] aedificia alienare possit.

Iam quidem ea, quae de prohibitione.

1. Hierosolymorum ecclesia aedificia, quae in civitatibus habet, ad quinquaginta annos vendat, ita ut decretum apud archiepiscopum fiat, et pretium eorum proficiat ad solutionem pecuniarum, quae ob emtionem rerum ecclesiasticarum creditae sunt. Similiter loquitur Nov. CXX. Legas autem lib. I Cod. tit. 2. const. 14 et 17 et 45 (25?), et memineris Nov. VII. Nec tibi videatur contraria: praesens enim constitutio localis est. *Data mense Iunio post consulatum Belisarii.*

Νεαρὰ μα'.

Περὶ τῆς ἐπαρχότητος τῶν ε' ἐπαρχιῶν.

Ἴσμεν πρώην θείαν πεποιημένοι.

Ἡ κύπρος καὶ ἡ ῥόδος, ἤγουν αἱ κυκλάδες νῆσοι πᾶσαι, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ καρία καὶ ἡ μυσία καὶ σκυθία,

Novella XLI.

De praefectura quinque provinciarum.

Scimus pridem sacram fecisse.

Ὁ ἀπελευθέραν γαμῶν ποιείτω αὐτῇ προικῷα. ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. δ' διάτ. ιε' καὶ ις' καὶ κς', ἔνθα φησίν, ὅτι καλῶς τις τὴν ἰδίαν ἀπελευθέραν γαμεῖ, κἂν συγκλητικός ἐστιν, κατὰ τὴν κη' διάτ. τοῦ αὐτοῦ τίτλου καὶ βιβλίου.

Ὁ γαμῶν δούλην ἰδίαν εἰ ἐκθῆται πρὸς αὐτὴν προικῷα, ἐλευθέραν αὐτὴν ποιεῖ καὶ νόμιμον γαμετὴν καὶ τους προτεχθέντας αὐτῷ ἐξ αὐτῆς παῖδας[10]). ἀνάγνωθι βι. ζ' τοῦ κώδ. τί. ιε' διάτ. γ' καὶ τί. ις' διάτ. κθ'.

Ἐὰν στρατιώτης ἐάσῃ λεγάτον[11]) τῷ ἰδίῳ δούλῳ ἐλεύθερον αὐτὸν ποιεῖ. καὶ σημείωσαι θαυμαστὸν παρὰ τὰ πανταχοῦ εἰρημένα· ἀνάγνωθι γὰρ βι. ς' τοῦ κώδ. τί. κζ' διάτ. ε' καὶ τί. λζ' διάτ. δ' καὶ τί. μβ' διάτ. κη'· καὶ δέξαι τοῦτο ἰδικὸν[12]) ἐπὶ στρατιώτου. ἐξεφωνήθη μηνὶ φεβρουαρίῳ βασιλείας ἔτει ιβ' ὑπατείᾳ τοῦ ὑπερφυεστάτου ἀπίονος.

Novella LXXVIII.

De dotalibus instrumentis, et de liberta.

Perfectis nobis omnibus.

1. Quilibet manumissus pro cive Romano habetur, et ius habet aurei annuli et restitutionis natalium, sed iuribus patronatus subiacet, nisi forte ei expresse remissa sint a manumissore. Nam patronus, si velit, liberto iura patronatus remittit, sicuti dicit const. 3 et 4 tit. 4 lib. VI Codicis. Quodsi scire velis, quae de iuribus patronatus et [patronis] successoribus obtineant, legas dictum tit. 6 eiusdem lib. VI, et cognosces; sin de manumissionibus discere velis, legas tit. 15 et 16 et 17 et 18 et 20 et 21 et 22 et 23 lib. VII Codicis, et disces.

2. Qui adversus patronos vel adversus eorum liberos ingrati sunt, in servitutem rediguntur; igitur iis honorem et verecundiam monstrent et obsequium et reverentiam praestent, neve eos verberent vel iniuria afficiant, neve iis insidias struant. Lege lib. VI Cod. tit. 3 const. 12 et tit. 6 const. 5 et tit. 7 const. 3 et lib. VII tit. 16 const. 1.

3. Qui libertam uxorem ducit, dotalia instrumenta cum ea conficiat. Lege lib. V Cod. tit. 4 const. 15 et 16 et 26, ubi dictum est, recte aliquem libertam suam ducere, licet senator sit, secundum const. 28 eiusdem tituli et libri.

4. Qui ancillam suam ducit, si ei instrumenta dotalia ediderit, liberam eam facit et legitimam uxorem et liberos, quos antea ex illa suscepit, [legitimos]. Legas lib. VII Cod. tit. 15 const. 3 et tit. 16 const. 29.

5. Si miles servo suo legatum reliquerit, liberum eum facit. Nota mirabile hoc, quod sit omnino contra alibi dicta: legas enim lib. VI Cod. tit. 27 const. 5 et tit. 37 const. 4 et tit. 42 const. 28; ideoque intelligas hoc singulare esse in milite. *Data mense Februario imperii anno XII Consule Apione viro clarissimo.*

Νεαρὰ οθ'.

Περὶ μοναχῶν δικαζομένων.

Πρᾶγμα μαθόντες.

Οἱ μοναχοὶ καὶ αἱ μονάστριαι παρὰ μόνῳ τῷ ἐπισκόπῳ ἐνάγονται. εἰ γὰρ ἄρχων ἐκβιβάσει τὰ εἰρημένα

Novella LXXIX.

De monachis litigantibus.

Rem cognoscentes.

1. Monachi et monachae solum apud episcopum conveniuntur. Quodsi praeses dictas personas exse-

---

1) Cod. τέλειων. — Vide *Heimbach* Ἀνέκδ. I p. 164 not. 24.
2) Bas. πῶς.
3) Cod. συγχωρείτω.
4) Deest in Basil.
5) Sic et *Fabrot.* *Heimbachius* coniecit: διαδοχῶν.
6) Bas. addunt: καὶ τὸν ζ' τί.
7) Bas. τὰ περί.
8) Bas. addunt: καὶ τὸν ιθ'.
9) Deest in Cod.
10) Aliquid excidisse videtur, veluti verbum γνησίους.
11) Bodl. ληγάτα.
12) Bodl. ἰδικῶς ἐπὶ στρατιώτου, ἐπὶ δὲ ἰδιώτου οὐχ οὕτως.

πρόσωπα, ἐκπίπτει τῆς ἀρχῆς καὶ ι' χρυσίου λίτρας προστιμᾶται ἅμα τῇ αὐτοῦ τάξει. εἰ δὲ καὶ ὑπομνήσῃ τὶς αὐτὰ τὰ εὐλαβῆ πρόσωπα, ἀσφαλίζεται καὶ τιμωρεῖται ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου, μηδὲ ἄλλον ἔτι ἐκβιβάσαι δυνάμενος. ἀνάγνωθι τὴν πγ' καὶ τὴν ρκγ' νεαράν. ἐξεφωνήθη μηνὶ μαρτίῳ ὑπατείᾳ ἀπίονος.

quatur, praesidatu excidit et X auri libris cum officio suo muictatur. Sin quis illas venerabiles personas commonuerit, vincitur et punitur ab episcopo, neque quemquam alium amplius exsequi potest. Lege Nov. LXXXIII et CXXIII. *Data mense Martio Consule Apione.*

Νεαρὰ π'.

Περὶ τοῦ QUAESITOROς[1]).

Ἀεὶ μετὰ[2]) *τῆς ἐκ τοῦ θεοῦ βοηθείας.*

Τῷ QUAESITORI[3]) *ἤτοι τῷ ἐρευνητῇ ὑπόκεινται οἱ ἐνδημοῦντες κωνσταντινουπόλει ξένοι καὶ οἱ πλαστογράφοι.*

Ὁ QUAESITOR[4]) *ἔχει ι' λίτρας χρυσίου ἀνόναν· ὁ δὲ σύνεδρος αὐτοῦ νομίσματα ρ', ἡ τάξις αὐτοῦ νομίσματα τλ'.*

Δύναται ὁ QUAESITOR καὶ δημοσίοις χρήσασθαι γράμμασι πρὸς τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντας καὶ πρὸς τοὺς ὄντας ἐν τοῖς πέρασιν[5])*, ἵνα σχῇ ταξεώτας ἐκεῖσε. ἐξεφωνήθη μηνὶ μαρτίῳ ὑπατείᾳ ἀπίονος καὶ βασιλείας ιβ' ἔτει.*

Novella LXXX.

De Quaesitore.

Semper cum dei auxilio.

1. Quaesitori subiacent peregrini, qui Constantinopoli degunt, et falsarii.

2. Quaesitor habet X libras auri annonam: assessor eius aureos C, officium eius aureos CCCXXX.

3. Potest quaesitor etiam publicis uti literis ad provinciarum praesides et ad eos, qui sunt in transmarinis partibus, ut ibi cohortales habeat. *Data mense Martio Consule Apione et imperii anno XII.*

Νεαρὰ πα'.

Περὶ λύσεως ὑπεξουσιότητος.

Εἴτι[1]) *πρὸς ὠφέλειαν καὶ κόσμον.*

Δοῦλος στρατευόμενος εἰδήσει τοῦ οἰκείου[2]) *δεσπότου ἐλευθεροῦται. ἀνάγνωθι βι. ς' τί. δ' διάτ. δ' καὶ βι. ιβ' τί. λγ' διάτ ς' καὶ ζ'.*

Πᾶσα ἀξία ἢ ἀρχὴ βουλῆς ἐλευθεροῦσα πάντως λύει καὶ τὴν ὑπεξουσιότητα, καὶ χαρίζεται τοῖς γενομένοις αὐτεξουσίοις τὸ αὐτῶν πεκούλιον. εἰσὶ δὲ καὶ αἱ βουλῆς καὶ ὑπεξουσιότητος ἀπαλλάττουσαι ἀξίαι αὗται· πατρικιότης ὀρδιναρία[3]) *καὶ ὑπατεία HONORARIA ὑπὸ ὀρδιναρίαν*[4])*, καὶ ἡ ἔμπρακτος ἐπαρχότης, καὶ ἡ στρατηγία, καὶ ἡ ἐπισκοπή. ἰστέον δέ, ὅτι οὐ μόνον βουλῆς καὶ ὑπεξουσιότητος ἐλευθεροῖ ἡ ἐπισκοπή, ἀλλὰ καὶ τύχης δουλικῆς καὶ ἐναπογραφικῆς ἀπαλλάττει τὸν αὐτῆς*

Novella LXXXI.

De emancipatione.

Quidquid ad utilitatem et ornatum.

1. Servus sciente domino suo militans liber fit. Lege lib. VI [Cod.] tit. 4 const. 4 et lib. XII tit. 33 const. 6 et 7.

2. Quaelibet dignitas vel magistratus, qui a curia liberat, omnino etiam patriam potestatem solvit, et iis, qui sui iuris inde fiunt, peculium eorum largitur. Dignitates vero, quae tam a curia quam a patria potestate liberant, hae sunt: patriciatus ordinarius, et consulatus honorarius post ordinarium, et ordinaria praefectura, et magisterium militare, et episcopatus. Sciendum autem est, quod non solum a curia et patria potestate liberat episcopatus, sed etiam eum, qui eo dignus habitus est, a servili vel

---

1) Cod.: ЧЧASTITOROS.
2) Cod. *μὲν τά.*
3) Cod.: QUAESTORI.
4) Cod. ЧЧAESTHTωR.
5) Verti, secundum quod vult textus Novellae: „in transmarinis partibus." *Πέρας* proprie audit *finis*, *terminus*. *Athanasius* (*Heimb.* *Ἀν.* I p. 58) pro *ἐν πέρασι* habet *ἐν τοῖς περάμασιν Κωνσταντινουπόλεως*, nisi forte legendum sit: *ἐν τοῖς πέραν οὖσι κωνστ.* (Vide *Heimb.* l. c. not. 64.)
1) Cod. *ἔτι.*
2) Bodl. *ἰδίου.*

3) In Cod. est: *πατρικιότης ὀρδιναρία.*
4) Cod. *ὀΝΑΡΑΡΙΑ ὑπὸ ὀρδιναρία.* — *Theodoro* patriciatus ordinarius consulum ordinariorum; consulatus honorarius post ordinarium consulum suffectorum esse videtur. Nov. 81 praef. „*ἐπὶ τῶν ἐνδοξοτάτων ὑπάτων, οἵπερ τὸ οἰκεῖον ὄνομα τῷ χρόνῳ μετὰ τὴν βασιλείαν διδόασι, καὶ τῶν γε μόνοις τοῖς ὑπατικοῖς συμβόλοις τετιμημένων,*" et c. 1 „*τούς τε ὀρδιναρίους ὑπάτους... καὶ πρόσγε τοῖς τιμωμένοις παρὰ τῆς βασιλείας ὑπατικοῖς συμβόλοις.*" *Athanasius* (*Heimbach* *Ἀνέκδ.* I p. 164): „*ὁ ἀπὸ ὑπάτων*" et (l. l. p. 184): „*ὁ ἔμπρακτος ὕπατος... καὶ ὁ ἀξίαν ἔχων ἀπὸ ὑπάτων.*"

ἀξιούμενον, ὥς φησιν ἡ ρκγ΄ νεαρά. μέμνησο δὲ καὶ λη΄ νεαρᾶς καὶ ἀνάγνωθι βι. ς΄ τοῦ κώδ. τί. κ΄ διάτ. ιε΄ καὶ βι. ι΄ τί. λβ΄ διατ. ξβ΄ καὶ ξγ΄ καὶ ξη΄.

Ὁ γενόμενος αὐτεξούσιος δι᾽ ἑνὸς τῶν εἰρημένων τρόπων, οἷον διὰ τὸ εἶναι πατρίκιος ἢ ὕπατος καὶ τῶν λοιπῶν, ἐὰν παῖδας ἔχει, ὑπεξουσίους αὐτοὺς τότε κτᾶται, ὅτε τελευτήσωσιν οἱ αὐτοῦ γονεῖς, τουτέστιν οἱ πάπποι ἐκείνων, καὶ οὐδὲ βλάπτεται αὐτός[5]*) κατά τι περὶ τὰ λεγίτιμα δίκαια. ἀνάγνωθι βι. ς΄ τοῦ κώδ. τί. νη΄ διάτ. ια΄ καὶ βι. η΄ τί. μη΄ διάτ. ς΄.*

Τοῦτο δὲ δέξαι, ὡς εἶπον, ἐπὶ τῶν γενομένων αὐτεξουσίων δι᾽ ἑνὸς τῶν κειμένων ἐνταῦθα τρόπων. εἰ γάρ τις γένηται δι᾽ ἐμαγκιπατίονος αὐτεξούσιος ἔχων παῖδας, οὐδὲ μετὰ τελευτὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τουτέστι τοῦ πάππου κτᾶται ὑπεξουσίους, οὓς ἔσχε παῖδας πρὸ τῆς αὐτεξουσιότητος· ἀλλὰ τοὺς μετὰ τὴν αὐτεξουσιότητα γενομένους ἔχουσιν[6]*) ὑπεξουσίους. σημείωσαι οὖν θαυμαστὸν καὶ ξένον. ἀνάγνωθι δὲ βι. η΄ τοῦ κώδ. τί. μή*[7]*) καὶ μαθήσῃ τὰ περὶ τῶν ἐμαγκιπατιόνων. ἐξεφωνήθη ἐν τοῖς χρόνοις τῆς ὑπατείας Ἀπίονος.*

adscriptitia conditione liberum facit, sicuti dicit Nov. CXXIII. Memineris etiam Nov. XXXVIII et legas lib. VI Cod. tit. 20 const. 15 (?) et lib. X tit. 32 const. 62 et 63 et 68.

3. Qui sui iuris fit propter unam ex memoratis causis, veluti quod est patricius vel consul et caetera, si liberos habeat, sub potestatem suam eos tunc redigit, quum parentes eius, id est avi illorum, moriantur, nec ipse ullo modo circa legitima iura damnum sentit. Legas lib. VI Cod. tit. 58 const. 11 et lib. VIII tit. 48 const. 6.

4. Hoc autem accipe, sicuti dixi, de iis, qui propter unam ex memoratis hoc loco causis sui iuris facti sunt. Nam si quis, qui liberos habeat, emancipatione sui iuris factus sit, ne post obitum quidem patris sui, id est avi, sub potestatem liberos redigit, quos ante emancipationem habuit: sed eos, qui post emancipationem nascuntur, sub potestate habent. Nota igitur mirabile hoc et inauditum. Legas vero lib. VIII Cod. tit. 48, et disces, quae circa emancipationes obtinent. *Data tempore consulatus Apionis.*

Νεαρὰ πβ΄.

Περὶ θείων δικαστῶν.

Ζήνωνι τῷ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως γέγραπται νόμος[1]*).*

Εἰσί τινες ἐν κωνσταντινουπόλει θεῖοι δικασταὶ καλούμενοι, οἵστισιν οἱ ἐν αὐτῇ κωνσταντινουπόλει ἄρχοντες ἐκείνας τὰς δίκας παραπέμπουσιν, ἅστινας οὐ κρίνουσι διὰ τῶν ἰδίων συνέδρων, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες δοκιμάζουσι τὰς ἐφέσεις αὐτῶν. τοιούτων δικῶν[2]*), ἐὰν ἐκ τῆς βασιλείας παραπεμφθῶσιν, ἡ κονσουλτατίων κρινεῖ αὐτὰς πρὸς τὸ ποσὸν δηλονότι τῆς ὑποθέσεως· τί γάρ; ὅτι ὑπὲρ τὰς ι΄ λίτρας χρυσίου εἰσὶν αὗται αἱ δίκαι, καὶ δέονται κονσουλτατίονος αἱ αὐτῶν ἔγκλητοι κατὰ τὴν κγ΄ νεαράν. ἐὰν γὰρ μὴ ἀπὸ τῆς βασιλείας, ἀλλ᾽ ἔκ τινος τῶν ἀρχόντων αὐτοῖς παρεπέμφθησαν, τότε μόνον τῶν μέχρι τ΄ νομισμάτων δικῶν ἀκροῶνται αὐτοὶ οἱ θεῖοι δικασταὶ κατὰ παρασημείωσιν καὶ ἐγγράφως ὁρίζονται· τῆς ἐφέσεως κἀνταῦθα ἁρμοζούσης πρὸς τὰ λεχθέντα. σημείωσαι δέ, ὅτι καὶ δειλινῇ*[3]*) ἀκροᾶσθαι ὑποθέσεως δυνατόν, καὶ ὅτι ἡ ἔγκλητος ἡ κατὰ τοῦ*[4]*) δοθέντος δικαστοῦ ἀνατρέχει ἐπὶ τὸν δεδωκότα αὐτόν, καὶ ὅτι κατὰ παρασημείωσιν δίκης ἀκροώμενος ὀφείλει ἐγγράφως ψηφίσασθαι. ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. θ΄ διάτ. η΄ καὶ βι. γ΄ τί. α΄ διάτ. ιη΄ καὶ τί. δ΄ διάτ. α΄ καὶ βι. ζ΄ τί. ξβ΄ διάτ. ς΄ καὶ μαθήσῃ. μὴ λάθῃ*

Novella LXXXII.

De sacris iudicibus.

A Zenone piae memoriae scripta est lex.

1. Sunt quidam Constantinopoli, qui vocantur sacri iudices, ad quos magistratus Constantinopoleos eas lites transmittunt, quas ipsi cum assessoribus suis non decidunt, sed de quarum appellationibus etiam ipsi gloriosissimi magistratus cognoscunt. Eiusmodi lites, si ab imperatore commissae sint, consultatio decidet, scilicet secundum quantitatem causae; nimirum si supra X libras auri hae lites sint et appellationes ab iis consultatione opus habeant secundum Nov. XXIII. Sin non ab imperatore, sed ab aliquo magistratu iis commissae sint, tunc solum de iis litibus, quae usque ad CCC aureos sunt, iudicant ipsi sacri illi iudices secundum annotationem et in scriptis sententiam dant: appellatione etiam hic secundum supra dicta competente. Nota vero, quod etiam pomeridiano tempore causa cognosci potest, et quod appellatio a iudice delegato ad eum remeat, qui illum delegavit, et quod in scriptis sententiam proferre debet, qui per annotationem de lite cognoscit. Legas lib. I Cod. tit. 9 const. 8 et lib. III tit. 1 const. 18 et tit. 4 const.

---

5) Cod. *βλάπτει αὐτοῦ*, quod corrigamus necesse est. Aut legendum *βλάπτει αὐτούς*, quae facilior emendatio est, aut *βλάπτεται αὐτός*, quod textui Novellae magis convenit.

6) *Ἀνακόλουθον.*

7) Cod. *μ΄.*

1) Cod. *νομ.* — Novella: *διάταξις.*

2) Aut corruptela hic locus laborat aut *ἀνακόλουθος* est.

3) Cod. *δειληνῇ.*

4) Cod. *κατ᾽ αὐτοῦ.*

σὲ καὶ ἡ πς΄ νεαρά, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν ἀνάγνωθι, καὶ γνώσῃ περὶ τοῦ κατὰ παρασημείωσιν κρίνοντος.

Τρίτον τὶς οὐ δύναται ἐγκαλεῖσθαι. ἔγνως γὰρ ἐν τῷ ς΄ βι. τοῦ κώδ. τί. ο΄ διάτ. α΄, ὅτι καλῶς τις δεύτερον ἐγκαλεῖται περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος.

Ὁ κοντούμαξ οὐκ ἐγκαλεῖται. μέμνησο τῆς ξε΄ νεαρᾶς καὶ ἀνάγνωθι βι. γ΄ τοῦ κώδ. τί. α΄ διάτ. ιγ΄ καὶ βι. ζ΄ τί. ξε΄ διάτ. α΄.

Αἱ ἐφέσεις τῶν ἐν κωνσταντινουπόλει θείων δικαστῶν μετὰ δύο μῆνας ἔχουσι τὴν κυρίαν, μὴ ἁρμοζούσης ἐπ᾽ αὐταῖς REPARAT*ίονος*[5]*). ἀνάγνωθι βι. ζ΄ τοῦ κώδ. τί. ξγ΄ διάτ. β΄ καὶ ε΄.*

Αἱ τῶν θείων δικαστῶν ἔγκλητοι τοῖς παραπέμψασιν αὐτοῖς τὰς δίκας κρίνονται ἐντὸς β΄ μηνῶν. ἀνάγνωθι βι. γ΄ τοῦ κώδ. τί. α΄ διάτ. ιη΄.

Οἱ θεῖοι δικασταὶ δικάζοντες λαμβανέτωσαν ὑπὲρ καθεδρικῶν καὶ ὅρου ἀνὰ β΄ νομισμάτων ἐπὶ τῶν [ὑπὲρ ρ΄ νομισμάτων δικῶν· εἰ γὰρ][6]*) μέχρι ρ΄ νομισμάτων εἰσὶν αἱ δίκαι, μηδὲν λαμβανέτωσαν. ἀνάγνωθι βι. γ΄ τοῦ κώδ. τί. β΄ διάτ. ε΄, καὶ μαθήσῃ τὰ περὶ τῶν σπορτούλων καὶ μισθῶν· ταῦτα δὲ διατυποῖ καὶ νεαρὰ [ρκδ΄]*[7]*).*

Ἐχέτωσαν οἱ θεῖοι δικασταὶ β΄ ἐκσκέπτορας καὶ β΄ ἐκβιβαστάς, καὶ λαμβανέτωσαν β΄ λίτρας χρυσοῦ ὑπὲρ σιτήσεως.

Ὁ δικαστὴς ὅρκον ἐπάγων μετὰ ταξατίονος τῷ νενικηκότι περὶ τῶν δαπανημάτων λόγῳ...[8]*) καὶ μὴ λάθῃ σὲ ἡ ριβ΄ νεαρά. εἰ δὲ θέλεις μαθεῖν τὰ περὶ ὅρκου ἐπιφερομένου παρὰ δικαστοῦ, ἀνάγνωθι βι. ζ΄ τί. με΄ διάτ. ια΄· περὶ δὲ δαπανημάτων ἀνάγνωθι βι. γ΄ τοῦ κώδ. τί. α΄ διάτ. ιγ΄ καὶ βι. ζ΄ τί. να΄ διάτ. δ΄ καὶ ε΄.*

Μηδεὶς ὀμνύέτω ἐμμένειν τῷ δικαστῇ ἢ αἱρεῖσθαι αἱρετὸν χωρὶς ποινῆς, ἀλλὰ πάντως ποινὴν ὁριζέτω, καί, εἰ μὴ ἐμμείνῃ τοῖς κριθεῖσι, τὴν ποινὴν διδότω ἄνωθεν δικαζόμενος[9]*). ἀνάγνωθι βι. β΄ τοῦ κώδ. τί. νε΄ διάτ. δ΄, ἥτις ἐκαινοτομήθη. γνῶθι δέ, ὅτι καὶ ἡ ε΄ διάτ. τοῦ αὐτοῦ τίτλου καὶ βιβλίου οὐ προβαίνει σήμερον*[10]*), λέγουσα δύνασθαι ἀκινδύνως ἐντὸς ι΄ ἡμερῶν τὸν μὴ θέλοντα ἐμμεῖναι ἀναχωρεῖν τῆς ψήφου τοῦ αἱρετοῦ· κατὰ γὰρ τὸ ἐνταῦθα λεχθὲν χρεία πάντως ποινῆς καὶ ἐπὶ αἱρετοῦ.*

Πάντες οἱ ἄρχοντες δεξάσθωσαν τὰς κατ᾽ αὐτῶν ἐγκλήτους. ἀνάγνωθι βι. ζ΄ τοῦ κώδ. τί. ξβ΄ διάτ. β΄ καὶ ιε΄ καὶ κα΄ καὶ κδ΄ καὶ λα΄.

Ἡ τῶν ἐπάρχων ψῆφος ἐγκλήτῳ οὐχ ὑπόκειται, πλὴν ἀναψηλαφᾶται. ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κωδ. τί. δ΄ διάτ. η΄ καὶ τί. ιθ΄ διάτ. δ΄ καὶ ε΄, βι. ζ΄ τί. μβ΄ διάτ. α΄

1 et lib. VII tit. 62 const. 6, et disces. Nec te lateat Nov. LXXXVI, sed et hanc legas et disces de eo, qui per annotationem iudicat.

2. Tertio appellare nemo potest; didicisti scilicet lib. VII Cod. tit. 70 const. 1, recte aliquem secundo in eadem causa appellare.

3. Contumax non appellat. Memineris Nov. LXV et legas lib. III Cod. tit. 3 const. 13 et lib. VII tit. 65 const. 1.

4. Appellationes a sacris iudicibus, qui Constantinopoli sunt, post duo menses fatalem habent, nulla super iis reparatione competente. Lege lib. VII Cod. tit. 63 const. 2 et 5.

5. Appellationes a sacris iudicibus ab iis, qui illis lites commiserunt, intra II menses deciduntur. Lege lib. III Cod. tit. 1 const. 18.

6. Sacri iudices, si cognoscunt, binos aureos accipiunt, pro consessu et pro sententia in litibus, quae super C aureos sunt; si vero lites usque ad C aureos sint, nihil accipiant. Legas lib. III Cod. tit. 2 const. 5, et disces de sportulis et mercedibus: haec vero disponit etiam Nov. CXXIV.

7. Sacri iudices habeant II exceptores et II executores, et accipiant II libras auri pro annona.

8. Iudex, si victori iuramentum de expensis cum taxatione detulerit,.... nec te lateat Nov. CXII. Si vero de iuramento a iudice deferendo discere vis, legas lib. VII tit. 45 const. 11; de expensis autem legas lib. III Cod. tit. 1 const. 13 et lib. VII tit. 51 const. 4 et 5.

9. Nemo iuret, sese iudice contentum fore vel arbitrum sumere, poena non adiecta, sed omnino poenam definiat, et, si iudicato non fuerit contentus, poenam praestet, de novo litigans. Legas lib. II Cod. tit. 55 const. 4, quae innovata est. Scias etiam const. 5 eiusdem tituli ac libri hodie non procedere, quae dicat, posse sine periculo intra X dies eum, qui contentus esse nolit, a sententia arbitri recedere; nam secundum quod hic dictum est, omnino poenae conventione opus est etiam in arbitro.

10. Omnes magistratus recipiant appellationes, quae adversus eos porriguntur. Lege lib. VII Cod. tit. 62 const. 2 et 15 et 21 et 24 et 31.

11. Praefectorum sententia appellationi non est obnoxia, sed retractatur. Legas lib. I Cod. tit. 4 const. 8 et tit. 19 const. 4 et 5, lib. VII tit. 42

5) Cod. *RKPARATATίονος.*

6) Inclusa desunt in Codice, sed necessario erant supplenda.

7) Numerum Codex non habet.

8) In Cod. non est lacunae signum: sed complura exciderunt. Novella 82 c. 10: „*εἴπερ ὅρκον ἐπαγάγοι περὶ τῶν δαπανημάτων ὁ δικαστὴς τῷ νενικηκότι, δηλαδὴ μετὰ τῆς φαινομένης αὐτῷ ὀρθῶς ἔχειν ποσότητος, ἣν δὴ ταξατίωνα καλοῦσιν οἱ νόμοι, εἶτα ἐκεῖνος ἐπομόσοιτο, μὴ ἔχειν ἄδειαν τὸν δικαστὴν εἰς ἐλάττονα τῶν ὀμωμοσμένων καταδικάζειν .... εἰ μέντοι συνείδοι μὴ δεῖν μηδέτερον τῶν μερῶν τῷ τῶν δαπανημάτων ὑποθεῖναι λόγῳ διὰ τὸ τῆς ὑποθέσεως ἴσως ποικίλον, αὐτὸ τοῦτο διορίζεσθαι ψήφῳ.*" *Athanasius* (*Heimbach Ἀνέκδ.* I p. 58 sq. p. 78): „*ἐὰν περὶ δαπανημάτων ὅρκον ὁ δικαστὴς ἐπαγάγῃ τῷ λιτιγάτορι, δύναται τὴν διὰ τοῦ ὅρκου δηλωθεῖσαν ἀπομειοῦν ποσότητα, ἀναιρεῖν δὲ τοῖς δικαζομένοις τὸν περὶ ζημιωμάτων καὶ ἀναλωμάτων λόγον οὐ κωλύεται.*" Hinc lacuna, quae in Codice est, suppleri debebit: praeterea vero ante verba: *καὶ μὴ λάθῃ σέ* allegationes quaedam locorum similium desunt, veluti: *ἀνάγνωθι βι. γ΄ τοῦ κώδ. τί. α΄ διάτ. ιε΄.*

9) Cod. *δικαζομένῳ.* — Verti „de novo litigans": sed et sic intelligi potest: „a deo poenam exspectans."

10) Cod. *σημεῖον.*

καὶ τί. ξβ' διάτ. ιθ' καὶ τί. ο' διάτ. α'· μέμνησο δὲ τῆς κγ' νεαρᾶς καὶ ἀνάγνωθι τὴν ριγ' νεαράν.

Πᾶς δικαστὴς ἀκολουθείτω τοῖς νόμοις, κἂν ἐναντίαν δέξηται κέλευσιν. ἀνάγνωθι βι. γ' τοῦ κώδ. τί. α' διάτ. ια' καὶ ιβ' καὶ νεαρὰν ριγ'.

Οἱ δικασταὶ περὶ νόμου ἀμφιβάλλοντες μηνυέτωσαν βασιλεῖ. ὅμοιόν φησιν ἡ ριγ' νεαρά. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἀπριλίῳ τῆς ὑπατείας ἀπίονος ἔτει ιβ' τῆς βασιλείας ἰουστινιανοῦ.

const. 1 et tit. 62 const. 19 et tit. 70 const. 1; memineris etiam Nov. XXIII, et legas Nov. CXIII.

12. Quilibet iudex leges sequatur, licet contrariam accipiat iussionem. Lege lib III Cod. tit. 1 const. 11 et 12 et Nov. CXIII.

13. Iudices, si de lege dubitent, ad imperatorem referant. Simile quid dicit Nov. CXIII. *Data mense Aprili Consule Apione anno XII imperii Iustiniani.*

Νεαρὰ πγ'.

Περὶ κληρικῶν δικαζομένων.

Πολλοὺς ἱεροὺς γεγραφότες νόμους.

Οἱ κληρικοὶ παρὰ τοῖς ἰδίοις ἐπισκόποις ἐναγέσθωσαν, ἢ παρὰ τοῖς ἄρχουσιν, ἔνθα μέντοιγε οὐ δύνανται οἱ ἐπίσκοποι τεμεῖν τὴν ὑπόθεσιν, ἀπολαύοντες ὅμως τῶν δεδομένων αὐτοῖς προνομίων. ἰστέον γάρ, ὅτι ὁ ἔχων δίκην πρὸς κληρικὸν ὀφείλει πρῶτον τῷ ἐπισκόπῳ αὐτοῦ προσελθεῖν. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. γ' διάτ. λβ' καὶ λς' καὶ νεαρὰν ρκγ'.

Ἐπὶ τῶν ἐγκλημάτων ὑποκείσθωσαν τοῖς ἄρχουσι καὶ οἱ κληρικοί, πρότερον γυμνούμενοι τῆς ἱερατείας [παρὰ] 1) τοῦ ἐπισκόπου αὐτῶν, καὶ οὕτως, εἰ δεήσοι, τιμωρηθῶσι, δῆλον δὲ ὅτι ἐξεταζομένης τῆς ὑποθέσεως ἐντὸς β' μηνῶν παρὰ τοῖς ἄρχουσι. πλὴν ἴσθι, ὅτι ἐὰν ἐκκλησιαστικὸν εἴη τὸ ἁμάρτημα, μόνος ὁ ἐπίσκοπος ἐξετάζει αὐτὸ τὸν δέοντα σωφρονισμὸν ἐπάγων. ἀνάγνωθι βι. α' τί. γ' διάτ. λβ' καὶ λς' καὶ τί. δ' διάτ. κθ' καὶ νεαρὰν ρκγ'. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἰουνίῳ τῆς βασιλείας ἔτει ιγ' ὑπατείᾳ ἀπίονος.

Novella LXXXIII.

De clericis litigantibus.

Plurimas sacras scribentes leges.

1. Clerici apud episcopos suos conveniantur, vel apud magistratus, siquidem episcopi causam decidere nequeant, ita tamen, ut privilegiis, quae ipsis data sunt, gaudeant. Sciendum enim est, eum, qui litem cum clerico habet, primum ad episcopum eius accedere debere. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 32 et 36 et Nov. CXXIII.

2. In criminibus magistratibus subiaceant etiam clerici, prius sacerdotio privati per episcopum suum, et ita, si conveniat, puniantur, causa videlicet intra duo menses a magistratibus inquirenda. Sed scias, si ecclesiasticum sit delictum, solum episcopum in id inquirere et convenientem castigationem inducere. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 32 et 36 et tit. 4 const. 29 et Nov. CXXIII. *Data mense Iunio imperii anno XII Consule Apione.*

Νεαρὰ πδ'.

Περὶ ἀδελφοπαίδων.

Πολλοῖς πανταχόθεν.

Προτιμῶνται οἱ ἐκ τῶν αὐτῶν γονέων φύντες ἀδελφοὶ τῶν καταγομένων ἐκ διαφόρων γονέων περὶ τὴν διαδοχὴν τῶν ἀδελφῶν. ἀνάγνωθι βι. ς' τοῦ κώδ. τί. νη' διάτ. ιε' καὶ τί. νθ' διάτ. α' καὶ νεαρὰν ριη'.

Οἱ ἐκ τῶν αὐτῶν γονέων τεχθέντες προτιμητέοι εἰσὶ τοῦ ἰδίου πατρὸς εἰς τὴν διαδοχὴν τοῦ αὐτῶν ἀδελφοῦ. ἀνάγνωθι βι. ς' τοῦ κώδ. τί. νς' διάτ. ζ', ἀλλ' ἴσθι, ὅτι τοῦτο ἀναιρεῖ ἡ ριη' νεαρά, καὶ ἀνάγνωθι αὐτήν.

Ἐὰν ἀδελφῷ τελευτῶντι οὐχ ὕπεισιν ἀδελφοὶ ὁμοπάτριοι καὶ ὁμομήτριοι ὄντες, κρατείτωσαν οἱ παλαιοὶ νόμοι ἐπὶ τῆς διαδοχῆς αὐτοῦ. ἀνάγνωθι βι. ς' τοῦ κώδ. τί. νθ' διάτ. α' καὶ νεαρὰν ριη'. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἰουλίῳ βασιλείας ἔτει ιγ' ὑπατείᾳ ἀπίονος.

Novella LXXXIV.

De fratrum liberis.

Multis undique.

1. Praeferuntur fratres ex iisdem parentibus nati in successione fratrum suorum iis, qui ex diversis parentibus descendunt. Lege lib. VI Cod. tit. 58 const. 15 et tit. 59 const. 1 et Nov. CXVIII.

2. Qui ex iisdem parentibus nati sunt, praeferendi sunt patri suo in successione fratris sui. Legas lib. VI Cod. tit. 56 const. 7, sed scias hoc tolli Nov. CXVIII, et legas eam.

3. Si frater moriens non habeat fratres ex eodem patre et eadem matre natos, antiquae leges obtineant in successione eius. Lege lib. VI Cod. tit. 59 const. 1 et Nov. CXVIII. *Data mense Iulio imperii anno XIII Consule Apione.*

---

1) Deest in Codice: ex contextu Novellae supplevi.

Νεαρὰ πε'.

Περὶ ὅπλων.

Τὸν μέγαν θεὸν καὶ σωτῆρα ἡμῶν.

Οἱ φαβρικένσιοι μόνον τὰ ὅπλα κατασκευαζέτωσαν, τῷ ἀρμαμέντῳ αὐτὰ εἰσφερέτωσαν. ἀνάγνωθι βι. ζ ι' διάτ. α' καὶ β' καὶ ε' καὶ ς', καὶ μαθήσῃ οἱ τῶν φαβρικενσίων.

δεπουτάτοι φροντιζέτωσαν τῆς τῶν ὅπλων ἐπι-

βαλλιστάριοι ἑκάστου ἀριθμοῦ τὰ γινόμενα ὅπλα μοσίῳ εἰσφερέτωσαν κινδύνῳ τῶν πατέρων τῶν ν, [ἐπεὶ] 1) ποιναῖς ὑποβάλλονται. μέμνησο τοῦ τῆς ιζ' νεαρᾶς. ἐξεφωνήθη μηνὶ Ἰουνίῳ ασιλείας ἔτει ιγ' ὑπατείᾳ Ἀπίονος.

Novella LXXXV.

De armis.

Magnum deum et salvatorem nostrum.

1. Solum fabricenses arma fabricent, eaque armamento inferant. Lege lib. XI [Cod.] tit. 10 const. 1 et 2 et 5 et 6, et disces, quae ad fabricenses spectant.

2. Deputati prospiciant armorum procurationi.

3. Ballistarii cuiusvis numeri arma, quae facta sunt, fisco inferant periculo patrum civitatium; alioquin poenis subiiciuntur. Memineris Nov. XVII circa finem. *Data mense Iunio imperii anno XIII Consule Apione.*

Νεαρὰ πς'.

τοῦ συνακροᾶσθαι ὑπόπτῳ ὄντι ἄρχοντι τὸν ἐπίσκοπον.

Ἐξ οὗπερ ἡμᾶς.

Πᾶς ἔχων ἀμφισβήτησιν χάριν ἐγκληματικῆς ἢ χρηματικῆς αἰτίας προσίτω τῷ ἄρχοντι, καὶ εἰ ῥαθυμήσῃ, προσέλθῃ τῷ ἐπισκόπῳ, ὅπως ἀναγκάσῃ τὸν ἄρχοντα δι' ἄλλου ἢ δι' ἑαυτοῦ σὺν τῷ δικαίῳ τεμεῖν τὸ ἀμφισβητούμενον· εἰ δὲ ὑπερθῆται ὁ ἄρχων ἢ ἀδίκως ψηφίσηται, τότε μηνυέτω ὁ ἐπίσκοπος τῷ βασιλεῖ.

Τῷ ὑπόπτῳ ἄρχοντι συνακροάσθω ὁ ἐπίσκοπος. καὶ σημείωσαι, ἢ φιλικῶς ἢ κατὰ παρασημείωσιν 1) ἢ διαγνωστικῶς, νομίμως μέντοι, τεμνέτωσαν τὴν ὑπόθεσιν. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. δ' διάτ. ζ', ἔνθα εἴρηται, ὡς τοῖς θέλουσι καλῶς δικάζει ὁ ἐπίσκοπος. τὸ δὲ ἐνταῦθα κείμενον περὶ ὑπόπτου νόει περὶ μόνου ἄρχοντος καὶ μὴ ἐπὶ παντὸς δικαστοῦ· μάλιστα τοῦ διδομένου παρὰ βασιλέως δικαστοῦ ὄντος ὑπόπτου 2) αἱρετὸν ἀναγκάζεται 3) δέξασθαι, ὡς κεῖται βι. γ' τοῦ κώδ. τί. α' διάτ. ις' 4).

Ἐάν τις μὴ προσελθὼν πρῶτον τῷ ἄρχοντι [ἀδικηθῇ, προσίτω] 5) τῷ ἐπισκόπῳ τῶν τόπων, ὅστις κρινέτω καὶ ἐκβιβαζέτω τὰ τῆς ὑποθέσεως· εἰ δὲ ὁ ἄρχων τὴν ἔννομον κρίσιν τοῦ ἐπισκόπου παραιτήσηται, ποιναῖς ὑποκείσθω· κεῖται γὰρ βι. α' τοῦ κώδ. τί. δ' διατ. η', ὡς ἡ τῶν ἐπισκόπων ψῆφος ἔγκλητον οὐ δέχεται. πλὴν ἀνάγνωθι τὴν ρκγ' νεαράν, ἔνθα φησίν, ὅτι ἀναψηλαφᾶται ἡ τῶν ἐπισκόπων ψῆφος.

Novella LXXXVI.

Ut cum suspecto praeside simul episcopus iudicet.

Ex quo nos.

1. Quilibet, qui propter criminalem vel civilem causam controversiam habet, praesidem adeat, et, si negligens fuerit, ad episcopum accedat, ut is praesidem cogat, per alium aut per semet ipsum, secundum quod iustum est, controversiam decidere; sin autem moram fecerit praeses aut iniustam sententiam tulerit, tunc episcopus hoc referat imperatori.

2. Cum suspecto praeside simul episcopus iudicet. Et nota, vel amicabiliter vel per annotationem vel cognitionaliter, legitime tamen, causam decidant. Legas lib. I Cod. tit. 4 const. 7, ubi dictum est, volentibus episcopum recte iudicare. Quod autem hic de suspecto dictum est, de praeside tantum accipe, non de quolibet iudice; maxime si, qui ab imperatore datus est iudex, suspectus fuerit, arbitrum eligere cogitur, sicuti statutum est lib. III Cod. tit. 1 const. 16.

3. Si quis, qui primum non adiit praesidem, ab eo laedatur, ad episcopum locorum accedat, qui causam diiudicare et exsequi debet; quodsi praeses legitimam episcopi decisionem recusaverit, poenis subiaceat: dicitur enim lib. I Cod. tit. 4 const. 8, episcoporum sententiam appellationem non recipere. Sed legas Nov. CXXIII, ubi dicitur, retractari episcoporum sententiam.

---

1) Deerat in Codice: sed aliquid huiusmodi supplendum erat.

1) Cf. supra Nov. LXXXII, et quae adnotavit *Heimbachius* ad Basil. tom. I p. 243 not. x.

2) Codex corrupte: *μάλιστα τοῦ διδομένου παρὰ βασιλέως δικαστὴν ὡς ὕποπτον.*

3) Sc. qui eum recusavit.

4) In Cod. qui numerus esset perscriptus, dubius fui: sed videtur significari const. 16.

5) Cod. corrupte: *Ἐὰν τις μὴ προσελθὼν πρῶτον τῷ ἄρχοντι ἢ τῷ ἐπισκόπῳ κ. τ. λ.* Nov. 86 c. 4: „*εἰ — συμβῇ τινα τῶν — ὑπηκόων παρ' αὐτοῦ τοῦ — ἄρχοντος ἀδικηθῆναι, κελεύομεν αὐτὸν προσελθεῖν τῷ — ἐπισκόπῳ.*"

Οἱ τοῖς ἄρχουσιν ὑπουργοῦντες ἀπαλλαττέτωσαν τοὺς προσερχομένους, καί, εἰ λάβωσί τι πλέον τῶν ὡρισμένων τοῖς νόμοις, τιμωρείσθωσαν. ἀνάγνωθι βι. γ' τοῦ κώδ. τί. β' διάτ. ε'.

Ὁ ἐπίσκοπος παραβλέπων τὸ δίκαιον πρὸς τὸ κεχαρισμένον τινί, κανονικῷ ἐπιτιμίῳ ὑποβαλλέσθω.

Ἄρχοντος μὴ ὄντος ἐν τοῖς τόποις, κρινέτω ὁ ἔκδικος ἅμα τῷ ἐπισκόπῳ τὰ ἐμπίπτοντα. ἔγνως δὲ ἐν τῇ ιε' νεαρᾷ, ὅτι τὸν ἀπόντα ἄρχοντα τοποτηρεῖ ὁ ἔκδικος. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. δ' διάτ. κα', ἔνθα φησίν, ὅτι πολιτικοῦ ἄρχοντος μὴ ὑπόντος κρίνει ὁ στρατιωτικὸς τὸ ἀνακύπτον.

Μήτε μοναχὸς μήτε κληρικὸς μήτε ἐπίσκοπος ἀνέλθῃ ἐν κωνσταντινουπόλει χωρὶς γραμμάτων τοῦ ἐπισκόπου, τουτέστι τοῦ μητροπολίτου, ἐπεὶ ἐκπίπτει τοῦ σχήματος. ὁμοίως φησὶν ἡ ρκγ' νεαρά.

Ἀνατρεπέτω ὁ ἄρχων ἰδίῳ κινδύνῳ τοὺς πλείονας σπούρτουλα λαμβάνοντας καὶ σωφρονιζέτω αὐτούς· εἰ γὰρ ἀμελήσῃ τοῦτο ποιῆσαι, μηνυέτω τῷ βασιλεῖ ὁ ἐπίσκοπος, καὶ ὁ μὲν ἁμαρτήσας ἐκπίπτει ἀξίας καὶ στρατείας τιμωρούμενος, ὁ δὲ ἄρχων αὐτὸς ποιναῖς καὶ τιμωρίαις ὑποβαλλέσθω. ὁμοίως φησὶν ἡ ιζ'[6]) νεαρά. ἐξεφωνήθη ἔτει ιγ' τῆς βασιλείας ὑπατείᾳ ἀπίονος.

4. Officiales praesidum eos, qui accedunt, dimittant, et, si quid ultra, quam legibus definitum est, acceperint, puniantur. Lege lib. III Cod. tit. 2 const. 5.

5. Episcopus, qui ius contemnit in gratiam alicuius, canonicae poenae subiiciatur.

6. In quibus locis praeses non commoratur, defensor una cum episcopo, quae inciderint, diiudicet. Didicisti enim in Nov. XV, absentis praesidis vicem sustinere defensorem. Legas lib. I Cod. tit. 4 const. 21, quae dicit, si civilis magistratus non sit, militarem decidere, quod emerserit.

7. Neque monachus neque clericus neque episcopus Constantinopolin adeat, absque literis episcopi sive metropolitae; alioquin schemate excidit. Similiter loquitur Nov. CXXIII.

8. Praeses suo periculo rescindat, si qui nimias sportulas exegerint, eosque castiget; quodsi hoc facere neglexerit, episcopus ad imperatorem referat, et sic, qui deliquit, dignitate et militia excidit et punitur, praeses vero ipse mulctis et poenis subiiciatur. Similiter loquitur Nov. XVII. *Data anno XIII imperii Consule Apione.*

Νεαρὰ πζ'.

Περὶ δωρεῶν εἰς βουλευτὰς γινομένων.

Τὰς τῶν βουλευτῶν κακουργίας.

Ἡ μόρτις καῦσα δωρεὰ λεγάτον ἐστίν, καὶ δύναται ὁ θέλων ἐν αὐτῇ ἀποτάξασθαι τοῦ ὅρου[1]) τῆς ἀνακλήσεως. ἀνάγνωθι βι. η' τί. νς'[2]), καὶ μαθήσῃ τὰ περὶ τῶν μόρτις καῦσα δωρεῶν.

Ἡ μόρτις καῦσα δωρεὰ οὐ δεῖται πράξεως ὑπομνημάτων. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. γ' διάτ. λη' καὶ βι. ε' τί. ιβ' διάτ. λα' καὶ τί. ις' διάτ. κε' καὶ βι. η' τί. νε' διάτ. δ' καὶ ς' καὶ λδ' καὶ λς'[3]), καὶ μέμνησο τῆς νβ' νεαρᾶς, καὶ ἀνάγνωθι τὴν ριθ' καὶ ρκζ', ὅπως γνώσῃ, ποῖαί εἰσιν ἄλλαι δωρεαὶ μὴ δεόμεναι[4]) πράξεως ὑπομνημάτων.

Οὐδὲ μόρτις καῦσα δωρεὰς οἱ βουλευταὶ δύνανται ποιεῖν εἴς τινας, ἀλλὰ μόνον παρέχουσιν[5]) ἔδνων ἐπιδόσεις ὑπὲρ ἑαυτῶν καὶ τῶν οἰκείων παίδων ἢ προικῶν[6]) ἐπιδόσεις ὑπὲρ τῶν θυγατέρων αὐτῶν, κατὰ τὸ συγκεχωρημένον[7]) αὐτοῖς μέντοιγε μέτρον, τουτέστι τὰς γ' οὐγκίας. ἀνάγνωθι τὴν ρα' νεαρὰν καὶ βι. ι' τί. λδ' διάτ. δ', ἔνθα μαθήσῃ ἄλλα[8]) περὶ τούτου.

Novella LXXXVII.

De donationibus in curiales collatis.

Curialium malignitates.

1. Mortis causa donatio legatum est, et potest, qui vult, in ea renuntiare revocationi. Legas lib. VIII Cod. tit. 56, et disces, quae ad mortis causa donationes pertinent.

2. Mortis causa donatio actorum insinuatione non indiget. Legas lib. I Cod. tit. 3 const. 38 et lib. V tit. 12 const. 31 et tit. 16 const. 25 et lib. VIII tit. 55 const. 4 et 6 et 34 et 36 (?), et memineris Nov. LII, et legas Nov. CXIX et CXXVII, ut discas, quae sint praeterea donationes, quae actorum confectione non indigeant.

3. Ne mortis quidem causa donationes curiales in alios conferre possunt, sed solum propter nuptias donationes pro semet ipsis filiisve suis vel dotes pro filiabus suis constituunt, scilicet secundum modum iis permissum, hoc est ad tres uncias. Legas Nov. CI et lib. X tit. 34 const. 4, ubi alia de hoc disces.

---

6) Codicis scriptura dubia est: ιη' legere mihi sum visus. Qui numerus quum non quadraret, ιζ' scripsi: quamquam magis etiam aptus sit numerus ρκδ'.

1) Bas. τοὺς ὅρους.

2) Sic Bas. Cod.: ς'.

3) Verba καὶ λδ' καὶ λς' in Basilicis desunt, nec habet tit. 55 ultra decem constitutiones; sed const. 34 et 36, quae laudantur, sunt tituli 53 (*de donationibus*). Unde forte legendum: τί. νγ' διάτ. δ' καὶ ς' καὶ λδ' καὶ λς'. licet et in Bas. τί. νε' allegetur.

4) Bodl. αἱ ἄλλαι δωρεαὶ αἱ μὴ δεόμ.

5) Deest in Bodl.

6) Bodl. προικώων.

7) Cod. συγκεχωρισμένον.

8) Bodl. τά.

Ὁ βουλευτὴς καλῶς πωλεῖ[9]) *κατὰ τὴν παρατήρησιν τῶν νόμων. ἀνάγνωθι βι. ι΄*[10]) *τί. λδ΄ διάτ. α΄, γ΄, ε΄ καὶ τί. λε΄ διάτ. δ΄*[11]).

Ὁ μὴ ὢν βουλευτὴς οὐ κωλύεται ποιεῖσθαι[12]) *μόρτις καῦσα δωρεάς. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἰουνίῳ ἔτει ιγ΄ βασιλείας ὑπατείᾳ ἀπίονος*[13]).

4. Curialis recte vendit secundum legum observantiam. Lege lib. X Cod. tit. 34 const. 1, 3, 5 et tit. 35 const. 4.

5. Qui non est curialis, non prohibetur mortis causa donationes facere. *Data mense Iunio anno XIII imperii Consule Apione.*

Νεαρὰ πη΄.

Περὶ παραθήκης, καὶ διαμαρτυρίας ἐνοίκων, καὶ περὶ ἀναρτήσεως χορηγίας ἄρτων.

Δίκης ἔναγχος.

Ὁ παραθήκην δεξάμενος ἐπί τισιν ὅροις πληρουμένων τῶν δοξάντων ἀποκαθιστάτω αὐτήν, μὴ κωλυόμενος ἀφ᾽ οἱουδήποτε ὥστε αὐτὴν διδόναι, ἀλλὰ καὶ ὁ παραγγέλλων αὐτῷ μὴ ἀποκαταστῆσαι ὑποκείσθω τοῖς συμβησομένοις κατὰ τύχην τῷ παρατεθέντι πράγματι[1]), *καὶ ἀπαιτείσθω τοὺς ἀπὸ τρίτου*[2]) *ἑκατοστῆς τόκους, κἂν μὴ χρυσίον εἴη τὸ παρατεθέν. ἀνάγνωθι βι. δ΄ τοῦ κώδ. τί. λδ΄ διάτ. ε΄ καὶ ς΄ περὶ*[3]) *τῶν δοξάντων ἐπὶ ταῖς παραθήκαις, καὶ διάτ. ια΄ τοῦ αὐτοῦ τίτλου καὶ βιβλίου περὶ τῶν γενομένων παραγγελιῶν ἀλόγως*[4]) *ἐπ᾽ αὐταῖς πάλιν ταῖς παραθήκαις*[5])· *μέμνησο δὲ καὶ τῆς ογ΄ νεαρᾶς.*

Μηδεὶς ὑπεύθυνον εἶναι[6]) *νομίζων τινὰ κωλυέτω τὴν*[7]) *τῶν πολιτικῶν ἄρτων ἢ τὴν τῶν ἐνοικίων χορηγίαν αὐτοῦ· ἐπεὶ*[8]) *κινδυνεύει εἰς τὴν ἀπώλειαν αὐτῶν καὶ τρίτον*[9]) *ἑκατοστῆς τόκον παρέχει τῶν ἀπολλυμένων*[10]). *ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. μδ΄ διάτ. α΄ καὶ β΄ περὶ ἄρτων καὶ ἀννόνων, καὶ βι. δ΄ [τί. λδ΄] διάτ. ια΄*[11]) *περὶ παρακατασχέσεως.*

Πᾶσα δεφενσίων μετὰ ἀσφαλείας ἐγγυητοῦ γενέσθω. ἐξεφωνήθη μηνὶ σεπτεμβρίῳ ἔτει τῆς βασιλείας ιγ΄ ὑπατείᾳ ἀπίονος.

Novella LXXXVIII.

De deposito, et denuntiatione inquilinorum, et de suspensione erogationis panum.

Litem nuper.

1. Qui depositum accepit sub quibusdam conditionibus, his, quae placuerunt, impletis, id restituat, nec a quoquam prohibeatur, quominus id reddat: sed et qui ei denuntiat, ne restituat, rei depositae periculum subeat, et trientes usuras praestet, licet aurum non sit, quod depositum est. Legas lib. IV Cod. tit. 34 const. 5 et 6 de his, quae in depositis placuerunt, et const. 11 eiusdem tituli et libri de denuntiationibus, quae sine causa similiter in depositis fiunt; memineris etiam Nov. LXXIII.

2. Nemo, si quem sibi obnoxium esse credit, impediat, quominus ei panes civiles vel aedium pensiones erogentur; alioquin periculum interitus eorum subit, et trientes usuras praestat pro iis, quae interierunt. Lege lib. I Cod. tit. 44 const. 1 et 2 de panibus et annonis, et lib. IV tit. 34 const. 11 (?) de retentione.

3. Omnis defensio sub fideiussoria cautione procedat. *Data mense Septembri anno imperii XIII Consule Apione.*

---

9) Bodl. *ποιεῖ.*
10) Sic Bodl. — Cod. *γ΄.*
11) Sic Bodl. — In Codice literarum ductu dubii sunt: quamquam *ε΄* mihi legere visus sum. In nostris editionibus hic titulus (35 *Quando et quibus*) tres tantummodo constitutiones habet: quartam et fortassis etiam quintam decsse voluit *Biener Revision des just. Codex.* Berl. 1833 S. 185. Contra sentit *Witte* die leges restitutae S. 240.
12) Bodl. *ποιῆσαι*
13) Bodl. *ἀππίωνος.*
1) *Fabrotus* male: *τῶν παρατεθέντων πραγμάτων.*
2) Bas. *τρίτης.*
3) Cod. *καὶ περί.*
4) Basil. *Fabroti: ἀλόγων παραγγελιῶν.*
5) Bas. *ἐν ταῖς παραθήκαις* vel *παρακαταθήκαις.*
6) Bas. *ὄντα.*
7) Sic et Basil. *Fabroti.* Cod. Coislin. Basilicorum *τὰ* habet, quod nescio quomodo *Heimbachius* senior in editione Basilicorum recipere potuerit.
8) Bas. *ἐπειδή.*
9) Bas. *τρίτης.*
10) Basil. *Fabroti: τῷ ἀπολυμένῳ.* (*Heimbachius* iunior in *Ἀνεκδ.* I p. 243 *ἀπολυομένῳ* scribit.) Cod. Coislin. Basil. *τῷ ἀπολλυμένῳ.*

11) Cod. *βι. δ΄ διάτ. α΄.* — *Heimbachius* senior in editione Basil. II p. 65: „*ἀνάγνωθι βιβ. ια΄ τοῦ κώδ. τιτ. μδ΄ διατ. α΄. β΄. περὶ ἄρτων καὶ ἀννόνων, καὶ βιβ. δ΄ τιτ. α΄ περὶ κατασχέσεως.*“ addens in not. u: „Fabr. ita: *ἀνάγνωθι βιβλίον ια΄ τοῦ κώδικος τιτ. κε΄ καὶ τιτ. κη΄ διατ. ια΄.* Nihilosecius in translatione latina: *Lege librum 11 Codicis tit. 25 et 28 constitut. 2 de panibus et annonis et lib. 4 tit. 34 constit. 11.* Unde patet Fabrotum in textu huius scholii constituendo negligenter esse versatum et plura in versione, quam in textu exhibuisse. Cod. Coisl. ut in textu.“ — *Heimbachius* iunior in *Ἀνεκδ.* tom. I p. 243 in textu Fabroti lectionem exhibet, in notis autem lectionem Codicis Coisliniani profert, et ad Fabrotum haec notat: „Ergo unus versus, qui in Graecis deest, excidisse videtur, fortasse incuria Fabroti (?). Ego, ut in versione posui, legendum esse censeo.“ (Ponit autem in versione: Lege librum 11 Codicis tit. 25 const. 1 et 2 de panibus et annonis et lib. 4 tit. 34 const. 11 de retentione.) „De tit. 25, qui in nostris edit. 24 est, vide Wittium in libro: *die leges restitutae des Iustin. Codex* p. 80. Bienerum in libro: *Revision des Iustin. Codex* p. 70.“ — Quid? quod Theodorus sic scripsisse videtur: *ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. μδ΄ διάτ. α΄ καὶ β΄ καὶ βι. ια΄ τί. κε΄ καὶ κη΄ διάτ. α΄ καὶ β΄ περὶ ἄρτων καὶ ἀννόνων, καὶ βι. δ΄ τί. λδ΄ διάτ. ια΄ περὶ παρακατασχέσεως.*

Νεαρὰ πθ'.

Περὶ νόθων.

Τὸ τῶν νόθων ὄνομα.

Προικῴων ὑπόντων καὶ μὴ ὑπόντων γνησίους ποιεῖ τοὺς παῖδας ἡ πρὸς τὴν αὐτῶν μητέρα ἐλευθέραν 1) οὖσαν γαμικὴ διάθεσις γενομένη παρὰ τοῦ οἰκείου πατρός. ἀνάγνωθι τὴν ριζ' νεαρὰν καὶ βι. ε' τοῦ κώδ. τί. δ' διάτ. θ' καὶ ιγ' καὶ κβ' καὶ τί. κζ' διάτ. ε'.

Νόθοι εἰσὶν οἱ ἐξ ἐλευθέρας γενόμενοι παῖδες, πρὸς ἣν οὐκ εἶχεν ὁ πατὴρ αὐτῶν γαμικὴν διάθεσιν. τὸ αὐτὸ δέ ἐστιν ἐπὶ τῶν ἀπὸ δούλης τεχθέντων καὶ ἐλευθερωθέντων· κἀκεῖνοι γὰρ νόθοι νοοῦνται ἤτοι φυσικοί. μέμνησο τῆς λη' καὶ οδ' νεαρᾶς, καὶ ἀνάγνωθι τὰς ὑποκειμένας διατάξεις τῷ κζ' τί. τοῦ ε' βι. τοῦ κώδικος.

Ὁ ἐπιδοὺς τῇ βουλῇ τοὺς νόθους αὐτοῦ παῖδας, κἂν μὴ βουλευτής ἐστι, γνησίους αὐτοὺς ποιεῖ, καὶ ὑπόντων 2) αὐτῷ γνησίων παίδων· τὸ αὐτὸ δέ ἐστιν κἂν ἐν διαθήκῃ εἴπῃ βούλεσθαι εἶναι αὐτοὺς βουλευτάς. μέμνησο τῆς οδ' 3) νεαρᾶς, καὶ ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. κζ' διάτ. γ' 4) καὶ δ' καὶ θ'. σημείωσαι δέ, ὅτι καὶ οἱ ἰλλούστριοι ὀφείλουσιν ἐπιδοῦναι τῇ βουλῇ τοὺς νόθους αὐτῶν παῖδας πρὸς τὸ εἶναι αὐτοὺς γνησίους.

Οἱ νόθοι, γνησίων μὴ ὑπόντων παίδων, καὶ μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς αὐτῶν τελευτὴν εἰ ἐπιδώσουσιν ἑαυτοὺς τῇ βουλῇ, γνήσιοι γίνονται· ὑπόντων δὲ γνησίων οὐ δύνανται τοῦτο ποιῆσαι, κἂν ἐκ τοῦ πατρὸς αὐτῶν ἐπιδίδονται τῇ βουλῇ, ὡς ἑξῆς μαθήσῃ 5). καὶ σημείωσαι τὴν διαφοράν, καὶ μέμνησο τῆς οδ' νεαρᾶς, καὶ ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. κζ' διάτ. δ'. ἰστέον δὲ ἐκ τῆς παρούσης πθ' νεαρᾶς, ὡς ἐπιδίδοταί τις τῇ βουλῇ ἢ ἐν θέᾳ ἢ ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων ἢ ἐν διαθήκῃ, καὶ ὅτι οὐκ ἔρρωται ἡ ἐπίδοσις, εἰ μὴ καταδέξηται αὐτὴν ὁ ἐπιδιδόμενος παῖς.

Ἐὰν βυζάντιος ἢ ῥωμαῖος εἴη 6), τῇ βουλῇ ἐκείνης τῆς πόλεως δίδοται, ἐξ ἧς 7) καὶ ὥρμηται 8) ἢ ὑφ' ἣν διατελεῖ.

Τὰ εἰρημένα ἐπὶ ἄῤῥενος υἱοῦ διδομένου τῇ βουλῇ κρατεῖ καὶ ἐπὶ θυγατρὸς διδομένης, ἐὰν ὁ ἀνὴρ αὐτῆς βουλευτής ἐστιν ἢ ἐπιδίδοται καὶ αὐτὸς τῇ βουλῇ. ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. 9) κζ' διάτ. γ' καὶ δ'.

Οἱ ἐκ δούλης παῖδες ἐλευθερούμενοι, εἰ τῇ βουλῇ [ἐπιδίδονται] 10), γνήσιοι γίνονται, γνησίων μέντοι μὴ ὑπόντων. πλὴν ἴσθι, ὅτι οἱ τοιοῦτοι παῖδες, εἰ ἐλευθερωθῶσι, δύνανται ἑαυτοὺς [τῇ βουλῇ ἐπιδιδόναι] 10), γνησίας πάλιν μὴ ὑπούσης γονῆς.

Ὁ ἐξ ἐπιδόσεως νόθος παῖς γνήσιος γενόμενος οὐ λαμβάνει ἐκ τῶν πατρῴων πραγμάτων πλέον ἑνὸς υἱοῦ γνησίου, τοῦ καὶ εἰς ἐλάχιστον μέρος γραφέντος κληρονόμου ὑπὸ τοῦ πατρός, τουτέστι τοῦ νομίμου ποστημορίου. σημείωσαι δέ, ὅτι οὐκ εἶπε τοῦτο κρατεῖν ἐπὶ

Novella LXXXIX.

De naturalibus [liberis].

Naturalium nomen.

1. Sive facta sint dotalia instrumenta sive non sint facta, liberi legitimi fiunt, si erga matrem eorum, quae quidem libera sit, nuptialem affectum pater habuerit. Lege Nov. CXVII et lib. V Cod. tit. 4 const. 9 et 13 et 22 et tit. 27 const. 5.

2. Naturales sunt liberi, qui ex libera muliere fiunt, erga quam pater eorum non habuit nuptialem affectum. Idem est in iis, qui ab ancilla nati et manumissi sunt: nam et hi *νόθοι* sive naturales esse intelliguntur. Memineris Nov. XXXVIII et LXXIV, et legas constitutiones, quae subsunt tit. 27 lib. V Codicis.

3. Qui filios suos naturales curiae offert, licet ipse non sit curialis, legitimos eos facit, quamvis ei legitimi liberi sint; idem est et si in testamento dixerit se velle, ut illi curiales sint. Memineris Nov. LXXIV, et legas lib. V Cod. tit. 27 const. 3 et 4 et 9. Nota vero, quod etiam illustres curiae offerre debent filios suos naturales, ut legitimi fiant.

4. Naturales, si legitimi liberi non sint, etiam post patris sui obitum si se curiae obtulerint, legitimi fiunt; sin legitimi subsint, facere hoc non possunt, licet a patre suo curiae offerri possint, sicuti mox disces. Et notes differentiam, et memineris Nov. LXXIV, et legas lib. V Cod. tit. 27 const. 4. Sciendum autem est secundum praesentem Nov. LXXXIX, quod aliquis curiae offertur vel in spectaculo vel sub actorum confectione vel testamento, et quod non valet oblatio, nisi ei accesserit filius, qui offertur.

5. Si Byzantius vel Romanus sit, curiae eius urbis offeratur, ex qua oriundus est vel cui subiectus est.

6. Quae de filio curiae oblato dicta sunt, valent etiam in filia oblata, scilicet si maritus eius curialis sit vel et ipse curiae offeratur. Lege lib. V Cod. tit. 27 const. 3 et 4.

7. Qui ex ancilla nati et manumissi sunt, si curiae offeruntur, legitimi fiunt, siquidem legitimi non subsint. Sed scias, eiusmodi liberos, si manumissi fuerint, posse semet ipsos curiae offerre, siquidem et hic legitima soboles non subsit.

8. Naturalis filius, qui ex oblatione legitimus factus est, non accipit ex paternis rebus plus quam unus ex legitimis, qui in minimam partem a patre heres scriptus sit, hoc est plus quam legitimam portionem. Nota vero, quod hoc non dixit valere in iis, qui

---

1) Cod. *ἐλευθεροῦσαν.*

2) Cod. *ὑπὸ τῶν.*

3) Cod. *οη'.*

4) Cod. *γιγ'.*

5) Haec corrupta esse crediderim: certe illud *ἑξῆς* non est apte positum, quum iam c. 3 de patre offerente dictum sit.

6) Hic forte nonnulla exciderunt. Vide Nov. 89 c. 2 §. 2. 3.

7) Cod. *ἑξῆς.*

8) Cod. *ὅρμηται.*

9) Cod. *τῆς* pro *τί.*

10) Inclusa utroque loco in Cod. desunt.

τῶν γενομένων γνησίων τῇ ποιήσει τῶν προικῴων συμβολαίων. ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. κζ' διάτ. β' καὶ ς' καὶ η', καὶ μέμνησο τῆς λη' καὶ οη' νεαρᾶς, διερχόμενος καὶ πᾶσαν τὴν παροῦσαν πθ' νεαράν.

Εἴτε υἱὸς εἴτε θυγάτηρ καταδέξονται τὴν τῆς βουλῆς ἐπίδοσιν, οὐ δύνανται ἀποστῆναι τῆς πατρῴας οὐσίας, ἀλλὰ καί, εἴ τι λάβωσιν ἐξ αὐτῆς, ἐνέχονται εἰς αὐτὸ μηδὲν ἧττον βουλεύοντες. ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. κζ' διάτ. δ'.

Ὁ νόθος παῖς γενόμενος γνήσιος μόνου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ γίνεται γνήσιος, οὐκέτι δὲ καὶ τῶν κατιόντων ἢ τῶν ἀνιόντων ἢ τῶν ἐκ πλαγίου συγγενῶν τοῦ πατρὸς γίνεται γνήσιος. οὐ γὰρ κληρονομεῖ αὐτοὺς οὔτε κληρονομεῖται ἐξ αὐτῶν χωρὶς διαθήκης. καὶ σημείωσαι ξένον νόμιμον.

Βουλευτὴς εἰ μὲν ἔχει γνησίους παῖδας, μὴ ὄντας δὲ βουλευτάς, καλῶς κληρονομεῖται εἰς μέρος ὑπ' αὐτῶν· εἰς δὲ τὸ ἄλλο μέρος κληρονομεῖται ὑπὸ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δημοσίου. εἰ δὲ ὅλως παῖδας οὐκ ἔχῃ, λαμβάνει ἡ βουλὴ καὶ ὁ δημόσιος θ' οὐγκίας τῶν πραγμάτων αὐτοῦ ἐκ διαθήκης καὶ ἐξ ἀδιαθέτου, τὰς δὲ λοιπὰς γ' οὐγκίας οἱ ἐξ ἀδιαθέτου αὐτοῦ ἢ οἱ γεγραμμένοι ὑπ' αὐτοῦ κληρονόμοι λήψονται. μέμνησο τῆς λη' νεαρᾶς, καὶ ἀνάγνωθι βι. ι' τοῦ κώδ. τί. λε' διάτ. β' καὶ γ' καὶ δ' καὶ ε'[11]).

Ὁ τοῦ βουλευτοῦ διάδοχος δύναται διὰ προσελεύσεως ἐπιδοὺς ἑαυτὸν τῇ βουλῇ καὶ τὸ ἁρμόζον αὐτῇ μέρος ἀναλαβεῖν. τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ μὴ ὄντος διαδόχου βουλευτοῦ κρατεῖ. ἀνάγνωθι βι. ι' τοῦ κώδ. τί. λε' διάτ. α' καὶ β'.

Ὁ βουλευτὴς νόθους παῖδας ἔχων, γνησίων αὐτῷ μὴ ὑπόντων, δύναται αὐτοὺς ἐπιδοῦναι τῇ βουλῇ· καὶ τότε γὰρ καλῶς γράφει αὐτοὺς κληρονόμους εἰς τὸ πᾶν ἢ εἰς τὰς θ' οὐγκίας ὡς βουλευτάς. ἐὰν δέ τινες ἐξ αὐτῶν μὴ θελήσωσι βουλεύειν, προσαύξεται τὸ μέρος αὐτῶν τοῖς μὴ παραιτουμένοις· καὶ εἰ πάντες παραιτήσονται, τότε ἡ βουλὴ καὶ τὸ δημόσιον τὰς θ' οὐγκίας λαμβάνει, τὰς δὲ ἄλλας γ' οὐγκίας αὐτοὶ λήψονται, ἐπειδὴ γνήσιοι ὤφθησαν τῇ ἐπιδόσει ἢ τῇ γραφῇ. ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. κζ' διάτ. β' καὶ η', καὶ μέμνησο τῆς λη' νεαρᾶς.

Τοῦ βουλευτοῦ τελευτῶντος χωρὶς διαθήκης, λαμβάνουσιν οἱ ἐξ ἀδιαθέτου αὐτοῦ γ' οὐγκίας, γνησίων μὴ ὑπόντων παίδων, οἱ δὲ νόθοι αὐτοῦ παῖδες τὰς ἄλλας θ' οὐγκίας λήψονται, ἐὰν τῇ βουλῇ ἑαυτοὺς ἐπιδώσωσιν· εἰ γὰρ μὴ ἐπιδώσωσιν ἑαυτοὺς τῇ βουλῇ, οὐ γίνονται γνήσιοι οὐδὲ τὰς θ'[12]) οὐγκίας λήψονται, ἀλλὰ προτιμῶνται αὐτῶν οἱ ἐξ ἀδιαθέτου [τοῦ][13]) πατρός. ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. κζ' διάτ. β' καὶ η', καὶ μέμνησο τῆς λη' νεαρᾶς.

Τὰ δὲ εἰρημένα κρατεῖ καὶ ἐπὶ τῶν τεχθέντων ἐκ δούλης τῷ βουλευτῇ καὶ ἐλευθερουμένων, δηλονότι ἐὰν ἐπιδοθῶσι τῇ βουλῇ, γνησίας πάλιν γονῆς μὴ ὑπούσης· εἰ γὰρ μὴ θελήσωσι βουλεῦσαι, τότε τὰς θ' οὐγκίας ἡ βουλὴ καὶ τὸ δημόσιον λαμβάνουσιν.

Ἡ τῶν προικῴων ποίησις γνησίους ποιεῖ οὐ μόνον τοὺς ὄντας παῖδας, ἀλλὰ καὶ τοὺς τεχθησομένους. ὁμοίως

confectione dotalium instrumentorum legitimi facti sunt. Lege lib. V Cod. tit. 27 const. 2 et 6 et 8, et memineris Nov. XXXIV et LXXVIII, et percurras praesentem Nov. LXXXIX totam.

9. Sive filius sive filia in curiae oblationem consenserint, non possunt se a paternis bonis abstinere, sed et, si quid inde acceperint, ad hoc obligati sunt et nihilosecius curiae munera subeunt. Lege lib. V Cod. tit. 27 const. 4.

10. Naturalis filius, qui legitimus fit, solum patri suo legitimus efficitur, non autem descendentibus vel ascendentibus vel collateralibus patris legitimus efficitur; neque enim iis heres est neque illi ipsi heredes sunt absque testamento. Et nota hanc legem utpote singularem.

11. Curialis, si legitimos liberos habeat, qui curiales non sint, recte eos ex parte heredes habet: in alteram vero partem curia et fiscus succedunt. Sin omnino liberos non habeat, curia et fiscus IX uncias ex bonis eius sive ex testamento sive ab intestato accipiunt, reliquas vero III uncias iis, qui ipsi ab intestato sunt vel qui in testamento ab eo scripti sunt, heredes accipient. Memineris Nov. XXXVIII, et legas lib. X Cod. tit. 35 const. 2 et 3 et 4 et 5.

12. Decurionis successor potest imperatorem adire et ita semet curiae offerre et partem, quae huic competit, recipere. Quod etiam in eo obtinet, qui non est decurionis successor. Lege lib. X Cod. tit. 35 const. 1 et 2.

13. Curialis qui naturales liberos habet, quum ei non sint legitimi, potest illos curiae offerre; tunc enim recte eos tanquam decuriones ex asse vel ex novem unciis heredes scribit. Quodsi quidam ex his curiales fieri noluerint, eorum pars accrescit iis, qui non recusant; sin omnes recusent, tunc curia et fiscus novem uncias accipit, reliquas vero tres uncias ipsi accipient, quippe propter oblationem sive testamentum pro legitimis habendi. Lege lib. V Cod. tit. 27 const. 2 et 8, et memineris Nov. XXXVIII.

14. Si curialis sine testamento moriatur, qui ab intestato eius heredes sunt, tres uncias accipient, si legitimi liberi non subsint, naturales vero liberi eius reliquas novem uncias accipient, si se curiae obtulerint: quodsi semet curiae non obtulerint, non fiunt legitimi nec novem istas uncias accipient, sed iis praeferuntur illi, qui patri ab intestato heredes sunt. Lege lib. V Cod. tit. 27 const. 2 et 8, et memineris Nov. XXXVIII.

15. Quae dicta sunt, obtinent etiam in iis, qui decurioni ex ancilla nati et manumissi sunt, scilicet si curiae oblati sint et legitima soboles non subsit; quodsi curiales fieri noluerint, tunc novem uncias curia et fiscus accipiunt.

16. Dotalium instrumentorum confectio legitimos facit non solum liberos iam existentes, sed et eos,

11) Vide supra Nov. LXXXVII not. 11.
12) Cod. γ'.
13) In Cod. deest.

φησὶν ἡ ιθ' καὶ ἡ οδ' νεαρά. ἀνάγνωθι βι. ε'[14]*) τοῦ κώδ. τί. κζ' διάτ. ε' καὶ ς' καὶ ζ' καὶ ι'.*

Τὸ τικτόμενον ἀκολουθεῖ πρὸς τὸ συμφέρον αὐτῷ, τουτέστιν ἢ τῷ καιρῷ τῆς συλλήψεως ἢ τῷ χρόνῳ τοῦ τοκετοῦ.

Ὁ ἔχων μόνον νόθους παῖδας δύναται, καὶ μὴ ποιήσας προικῷα τῇ μητρὶ αὐτῶν ἔκ τινος περιστάσεως, διὰ τῆς ἰδίας διαθήκης ἢ δι' ἀντιγραφῆς βασιλέως γνησίους αὐτοὺς ποιεῖν. μέμνησο τῆς οδ' καὶ ἀνάγνωθι τὴν ριζ' νεαρὰν καὶ βι. ε' τί. κζ' διάτ. ε' καὶ ς'. σημείωσαι δέ, ὅτι οὐδεὶς τρόπος τῶν περὶ γνησιότητος ἀναιρεῖται, καὶ ὅτι οὐ συνιστᾷ ὑπεξουσιότητα ὁ πατὴρ μὴ θελόντων τῶν παίδων. ἀνάγνωθι βι. η' τοῦ κώδ. τί. μη' διάτ. γ' καὶ δ'.

Καὶ γνησίων παίδων ὑπόντων[15]*) δύνανται οἱ νόθοι γνήσιοι εἶναι ἢ διὰ βουλευτικῆς ἐπιδόσεως ἢ διὰ προικῴων ποιήσεως. ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. κζ' διάτ. ε' καὶ ς', καὶ μέμνησο τῆς λη' νεαρᾶς.*

Ὁ ἔχων νόθους παῖδας, εἴπερ ἔχει καὶ γνησίους, οὐ δύναται ἐᾶσαι αὐτοῖς τοῖς νόθοις ἐν διαθήκῃ περαιτέρω μιᾶς οὐγκίας ἅμα τῇ μητρὶ αὐτῶν· εἰ δὲ οὐκ ἔχει νόθους παῖδας, ἀλλὰ παλλακὴν μόνον, τότε ἥμισυ οὐγκιον[16]*) καταλιμπάνει αὐτῇ τῇ παλλακῇ. ἐὰν δὲ γνησίους παῖδας οὐκ ἔχει, ἀλλὰ νόθους μόνον, τότε καλῶς γράφει αὐτοὺς καὶ εἰς πᾶσαν τὴν οὐσίαν αὐτοῦ κληρονόμους ἐν τῇ ἰδίᾳ διαθήκῃ, ἐὰν μέντοιγε μὴ ἔχῃ*[17]*) ἀνιόντας· τούτοις γὰρ ὀφείλει φυλάξαι τὸ νόμιμον ποστημόριον, τὸ δὲ λοιπὸν τῆς αὐτοῦ ὑποστάσεως δύναται καταλιπεῖν αὐτοῖς τοῖς νόθοις αὐτοῦ υἱοῖς. καὶ σημείωσαι· τὰ γὰρ ἄνω ῥηθέντα περὶ παίδων βουλευτῶν κρατεῖ, ἐφ' ὧν καὶ ἐλέχθη. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ ἔχοντος νόθους παῖδας καὶ διατιθεμένου. εἰ γὰρ ἐξ ἀδιαθέτου τελευτήσει τὶς ἔχων νόθους υἱούς, εἰ μὲν οὐκ ἔχει γνησίους παῖδας οὐδὲ γαμετήν, καλῶς λαμβάνουσιν οἱ νόθοι σὺν τῇ ἰδίᾳ*[18]*) μητρὶ β' οὐγκίας· εἰ δὲ γνησίαν σπορὰν ἔχῃ ἢ γυναῖκα νομίμην, οὐδὲν λήψονται ἐξ ἀδιαθέτου οἱ νόθοι αὐτοῦ παῖδες, ὅσον κατὰ τὴν διαστολὴν τῆς προκειμένης πθ' διατάξεως*[19]*), οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν παρατήρησιν τῆς ιη' ὁμοίως νεαρᾶς· πλὴν ὀφείλουσιν λαβεῖν*[20]*) ἅμα τῇ οἰκείᾳ μητρὶ κατὰ φιλανθρωπίαν μίαν μόνον οὐγκίαν, ἥτινα καὶ ἐκ διαθήκης συγχωροῦνται λαβεῖν*[21]*) καὶ γνησίων υἱῶν ὑπόντων*[22]*) κατὰ τὰ εἰρημένα ἀνωτέρω καὶ κατὰ τὴν ιη' νεαράν. πλὴν σὺ ἴσθι τὸ λεχθὲν περὶ τῶν μὴ ὄντων ἀπὸ βουλευτῶν νόθων παίδων· ἐκεῖνοι γὰρ οἱ τῶν βουλευτῶν τούτων νόθοι παῖδες οὐ κληρονομοῦσι τοὺς ἰδίους γονεῖς, ὡς ἔγνως ἐν τῇ λη' νεαρᾷ. ἀνάγνωθι βι. ε' τί. κζ' διάτ. ζ' καὶ η' καὶ ιβ', καὶ μέμνησο τῆς ιη' νεαρᾶς.*

Οἱ ἐκ διαφόρων παλλακῶν παῖδες οὐ κληρονομοῦσι τὸν ἴδιον πατέρα, ὑπόντων γνησίων παίδων ἢ γαμετῆς ἢ ἄλλων διαδόχων αὐτοῦ· ἀλλὰ μόνον[23]*),*

qui nasciturl sunt. Similiter loquitur Nov. XIX et LXXIV. Lege lib. V Cod. tit. 27 const. 5 et 6 et 7 et 10.

17. Qui nascitur, meliorem conditionem sequitur, hoc est vel eam, quae fuit tempore conceptionis, vel eam, quae est tempore partus.

18. Qui solum naturales liberos habet, etiamsi cum matre eorum non fecerit dotalia instrumenta propter aliquam causam, potest eos testamento suo vel per rescriptum principis legitimos facere. Memineris Nov. LXXIV et legas Nov. CXVII et lib. V tit. 27 const. 5 et 6. Nota vero, quod nullius modus legitimationis sublatus est, et quod pater invitos liberos sub potestatem redigere non potest. Lege lib. VIII Cod tit. 48 const. 3 et 4.

19. Et si legitimi liberi subsint, naturales legitimi fieri possunt vel per curiae oblationem vel per confectionem dotalium instrumentorum. Legas lib. V Cod tit. 27 const. 5 et 6, et memineris Nov. XXXVIII.

Ἐὰν θυγάτηρ βουλευτοῦ γαμηθῇ τῷ ὄντι βουλευτῇ ἢ τῷ γενομένῳ δι' ἐπιδόσεως, κληρονομεῖ πᾶσαν τὴν οὐσίαν τοῦ οἰκείου πατρὸς τελευτῶντος, εἰ μὴ ἄρα ὁ πατὴρ αὐτῆς ἔτι ζῶν παρέπεμψεν ᾧ ἠθέλησε τὰς γ' οὐγκίας. εἰ δὲ πολλαί εἰσι θυγατέρες τῷ βουλευτῇ τελευτῶντι, αἱ μὲν ἐξ αὐτῶν βουλευταῖς ἢ τοῖς ἐπιδεδωκόσιν ἑαυτοὺς τῇ βουλῇ συναπτόμεναι τὰς θ' οὐγκίας λαμβάνουσι, τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν πληρούντων τὰς λειτουργίας· αἱ δὲ λοιπαὶ τὰς λοιπὰς γ' οὐγκίας λήψονται. ἀνάγνωθι βι. ι' τοῦ κώδ. τί. λε' διάτ. β' καὶ ε', καὶ μέμνησο τῆς λη' καὶ πθ' νεαρᾶς.

Ἐὰν ἔγγονοι βουλευτῶν ἄῤῥενές τε καὶ θήλειαι ὑπεισιν, αἱ μὲν θήλειαι τὰς γ' οὐγκίας λαμβάνουσιν, εἰ μὴ ἄρα βουλευταῖς εἰσι γεγαμημέναι· οἱ δὲ ἄῤῥενες τὰς θ' οὐγκίας λήψονται. ἀλλὰ σημείωσαι ἐκ τῆς ἀντιδιαστολῆς, ὅτι αἱ θήλειαι, ἐὰν βουλευτὰς ἄνδρας λήψονται, τότε τὸ ἥμισυ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς αὐτῶν λαμβάνουσιν, καλούμεναι μετὰ τῶν οἰκείων ἀῤῥένων ἀδελφῶν. μέμνησο γὰρ τοῦ πρὸ[4]) τέλους θέματος τῆς λη' νεαρᾶς.

Novella CI.

De curialibus.

1. Curialis non solum curiales sed et eos, qui a curali conditione liberi sunt, heredes scribere potest sive ex asse sive ex novem unciis, ut curialia munera subeant cum prole sua. Legas lib. X Cod. tit. 35 const. 1 et 2, et memineris Nov. XXXVIII.

2. Si, qui ab intestato ad hereditatem decurionis vocatur, non sit curialis, intra VI menses se cum prole sua curiae offerre potest et sic universam illius substantiam capere. Idem obtinet, si quid curialis alicui donaverit, ubi omnis tam praesens quam futura substantia et progenies offertur, quum oblatio tantum dotium et propter nuptias donationum proprietatem a dante ad accipientem transferat. Sciendum autem est, si oblatio in suspenso sit, curiam evincere id, quod datum sit, scilicet usque ad novem uncias, si res traditae sint ei, qui se [nondum] curiae tradidit. Legas lib. X Cod. tit. 35 const. 1 et 2, et memineris Nov. XXXVIII et LXXXVII et LXXXIX.

3. Qui ad hereditatem curialis vocatur, sive ex testamento sive ab intestato, dum non est curialis, siquidem semet ipsum cum substantia sua et progenie curiae offerre voluerit, totam hereditatem illius accipit; si vero curialis fieri noluerit, tres tantum uncias accipit, et reliquae novem unciae curiae addicuntur. Quodsi plures sint, qui ad hereditatem curialis vocentur, et nonnulli quidem curiales fieri voluerint, alii autem non fiant, tunc, qui curiales fiunt, novem uncias capient, qui autem non fiunt curiales, reliquas tres uncias accipiunt. Legas lib. X Cod. tit. 35 const. 1 et 2, et memineris Nov. XVIII et XXXVIII et LXXXIX similiter.

4. Si filia decurionis nupta sit ei, qui curialis est vel per oblationem fit, in omnem substantiam patris sui defuncti succedit, nisi forte pater, dum viveret, alii, cui voluerit, [statutas] tres uncias transmiserit. Quodsi plures filiae sint curiali defuncto, eae quidem, quae coniunctae sunt cum curialibus vel iis, qui se curiae obtulerunt, novem uncias accipiunt, viris earum munera subeuntibus; reliquae vero reliquas tres uncias accipient. Legas lib. X Cod. tit. 35 const. 2 et 5, et memineris Nov. XXXVIII et LXXXIX.

5. Si nepotes curialium sint masculi atque feminae, feminae quidem tres uncias accipiunt, nisi forte curialibus nuptae sint: mares autem novem uncias accipient. Notes vero ex contradistinctione, feminas, si curialibus nupserint, tunc dimidium substantiae patris sui accipere, ut cum masculis fratribus suis vocentur. Memineris enim penultimi capitis Nov. XXXVIII.

---

1) Verba initialia huius Novellae Codex non habet.
2) Cod μόνων.
3) Legendum videtur: τῷ μήπω δεδωκότι.
4) Cod. α', quae abbreviatio πρό significat.

Ἡ γεγαμημένη κόρη βουλευτῇ κἂν ἄπαις τελευτήσει, οὐδὲν ἧττον μένει βουλεύων ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, μέχρι θανάτου ἔχων τὸν USUFRUCTον τῶν ταύτης πραγμάτων· μετὰ γὰρ τελευτὴν αὐτοῦ ἐπανατρέχει τὰ πραγματα εἰς τὴν βουλήν. ἐὰν δὲ ὁ αὐτὸς ἀνὴρ διγαμήσας σχοίη παῖδας, τότε καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ τικτόμενοι ἀναγκάζονται βουλεύειν, λαμβάνοντες μέντοιγε τὰ πράγματα αὐτοῦ καὶ τῆς πρώτης αὐτοῦ γαμετῆς. εἰ δὲ καὶ μετὰ τὸ διγαμῆσαι ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ ἄπαις, τὸ τηνικαῦτα λαμβάνει ἡ βουλὴ πάντα τὰ πράγματα. ἀνάγνωθι βι. ι' τοῦ κώδ. τί. λε' διάτ. α' καὶ β' καὶ ε', καὶ μέμνησο τῆς ιη' καὶ λη' καὶ πθ' νεαρᾶς. ἐξεφωνήθη μηνὶ αὐγούστῳ ἔτει ιβ' βασιλείας ὑπατείᾳ ἀπίονος[5]).

6. Licet filia curiali nupta sine liberis decesserit, maritus eius curialis manet, et habet ad mortem usque usumfructum bonorum eius: post mortem autem eius bona ad curiam redeunt. Si vero vir ille secundis nuptiis contractis liberos susceperit, tunc etiam hi, qui ab eo procreati sunt, curiales fieri coguntur, accipientes tamen tum ipsius tum prioris uxoris bona. Si vero etiam post contractas secundas nuptias sine liberis vir decesserit, tunc curia omnia bona accipit. Legas lib. X Cod. tit. 35 const. 1 et 2 et 5, et memineris Nov. XVIII et XXXVIII et LXXXIX. *Data mense Augusto anno XII imperii Consule Apione.*

Νεαρὰ ρβ'.

Περὶ τοῦ μοδεράτορος ἀραβίας.

Ἐπειδὴ δὲ ἡμᾶς[1]).

Ὁ MODERATωρ ARABίας SPECTABILιός ἐστιν ἄρχων, καὶ εἰσπράττει τὰ δημόσια, τάξιν ἐπέχων δουκός· κωλύει δὲ αὐτὸν τὸν δοῦκα καὶ τὸν φύλαρχον καὶ τὸν θεῖον οἶκον ἀδικοῦντα· δέχεται γὰρ ἅμα τοῖς συμβόλοις[2]) καὶ βασιλικὰ παραγγέλματα, ὀφείλων τοῦ δήμου φροντίζειν. μέμνησο τῆς κη' νεαρᾶς.

Ὑπακούουσι τῷ ἀραβίας MODERATορι οἱ προσταχθέντες ἀπὸ βασιλέως τὴν ὑπουργίαν αὐτοῦ πληρῶσαι στρατιῶται.

Ὁ MODERATωρ ἀραβίας, ὅμοιος ὢν τῷ μοδεράτορι πόντου, ὁμοίως αὐτὸς δέχεται τὰς ἐγκλήτους, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ ὑπόλοιπα πράγματα διοικεῖ. μέμνησο τῆς κη' νεαρᾶς.

Ἐχέτω ὁ μοδεράτωρ ἀραβίας ιε' χρυσίου λίτρας ἀνόναν[3]), ὁ δὲ σύνεδρος αὐτοῦ καὶ ἡ τάξις ἀνὰ β' λιτρῶν χρυσοῦ λαμβανέτω.

Μὴ ἐμβαλλέτω ὁ δοῦξ ἑαυτὸν ἰδιωτικοῖς πράγμασι, μηδὲ ἐπικοινωνείτω[4]) τοῖς τοῦ MODERATORος στρατιώταις, ἀλλὰ κομιζέσθω τὰς ἰδίας σιτήσεις, ὅθεν δ' ἂν ἐκτάξει αὐτῷ ὁ MODERATωρ. ὁμοίως φησὶν ἡ η' νεαρὰ περὶ τοῦ μὴ ἐμβαλεῖν ἑαυτὸν τὸν δοῦκα ἰδιωτικοῖς πράγμασιν. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἰουνίῳ μετὰ τὴν ὑπατείαν ἀπίονος.

Novella CII.

De moderatore Arabiae.

Quoniam nos.

1. Moderator Arabiae spectabilis magistratus est, et tributa colligit, vicem sustinens ducis; prohibet autem ipsum ducem et phylarchum et sacram domum, quominus iniurias committant: accipit enim una cum codicillis etiam mandata principis, quo plebi prospiciat. Memineris Nov. XXVIII.

2. Arabiae moderatori obediunt milites, qui ab imperatore iussi sunt mandata eius exsequi.

3. Moderator Arabiae, qui similis est moderatori Ponti, similiter ipse appellationes recipit, atque etiam reliquas res administrat. Memineris Nov. XXVIII.

4. Moderator Arabiae XV auri libras annonam habeat, eiusque assessor et officium ad II libras auri accipiat.

5. Ne ingerat se dux civilibus rebus, nec communicet cum militibus moderatoris, sed proprias percipiat annonas, unde [eas] illi assignabit moderator. Similiter dicit Nov. VIII, ne se dux civilibus rebus ingerat. *Data mense Iunio post consulatum Apionis.*

---

5) Cod. ἀπείονος.

1) Novella de moderatore Arabiae tam in collectione 168 Novellarum, quam Athanasio teste (IV, 19) incipit: *Πολλὰς μὲν καὶ ἑτέρας ἀρχάς.* Sic et liber Authenticorum (const. XXXII): „Multas quidem et alias administrationes." Cur tamen apud Theodorum alia huius Novellae verba initialia exhibeantur, et similiter, cur alia eiusdem subscriptio sit, non satis expedire potui.

2) Cod. συμβούλοις, hoc est consiliariis.

3) Cod. ἀνόνα.

4) Cod. ἐποικοινωνείτω.

Νεαρὰ ργ'.

Περὶ τοῦ ἀνθυπάτου παλαιστίνης.

Ἤδη μὲν καὶ ἄλλας.

Ὁ παλαιστίνης ἀνθύπατος περίβλεπτός ἐστιν ἄρχων, καὶ ἀκροᾶται τῶν μέχρι ι' λιτρῶν ἐφέσεων. μέμνησο τῆς λ' νεαρᾶς.

Φορείτω ὁ παλαιστίνης ἀνθύπατος τὴν βένετον[1], *τὴν περιπόρφυρον στολήν, καὶ στρατιωτῶν ἀρχὴν ἔχει.*

Ὁ παλαιστίνης ἀνθύπατος ἐχέτω ἀνόνας κβ' λίτρας χρυσίου, διαιρουμένας εἰς αὐτὸν καὶ τὸν οἰκεῖον σύνεδρον καὶ τὴν οἰκείαν τάξιν κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτῷ, μηνύων τὴν διανομήν, ἐκ πραγματικοῦ τύπου κυρωθησομένην. μέμνησο τῆς λ' νεαρᾶς.

Οὐκ ἐπικοινωνεῖ ὁ δοῦξ ταῖς πολιτικαῖς χρείαις. ὁμοίως ἡ η' καὶ ρβ' νεαρά.

Ὁ ἀνθύπατος παλαιστίνης τὰ δημόσια ἀπαιτεῖ, καὶ τῶν πολιτικῶν φροντίζει, καὶ τὰς ἐν δευτέρᾳ παλαιστίνῃ στάσεις καθίστησι γινόμενος ἐν τοῖς τόποις, καί, ἐὰν δεηθῇ στρατιωτῶν, λαμβάνει ἀπὸ τῶν κατὰ χώραν, οὓς δ' ἂν ὁ βασιλεὺς ὁρίσῃ, καὶ οὐ δύναται ὁ δοῦξ οὐδὲ ὁ ἑῴας στρατηγὸς ἀποκινῆσαι αὐτόν[2]*).*

Προφάσει τῶν δημοσίων καὶ τῶν στάσεων ὑπόκεινται πάντες τῷ ἀνθυπάτῳ παλαιστίνης. ὁμοίως φησὶν ἡ η' νεαρὰ περὶ ἀρχόντων. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἰουλίῳ μετὰ ὑπατείαν βελισαρίου.

Novella CIII.

De proconsule Palaestinae.

Iam quidem et alias.

1. Palaestinae proconsul spectabilis magistratus est, et de appellationibus usque ad X libras cognoscit. Memineris Nov. XXX.

2. Palaestinae proconsul Venetam induat, purpuream stolam, et milites regat.

3. Palaestinae proconsul annonam habeat XXII libras auri, dividendas inter ipsum et assessorem eius et officium secundum quod ipsi placuerit, ita tamen ut de distributione referat, eaque per pragmaticam sanctionem confirmari debeat. Memineris Nov. XXX.

4. Nil commune habet dux cum civilibus causis. Similiter Nov. VIII et CII.

5. Proconsul Palaestinae publica exigit, et civilium rerum curam gerit, et, qui in Palaestina secunda fiunt, tumultus componit eo profectus, et, si militibus opus habeat, ex his, qui in provincia sunt, sumat, quos imperator definiverit, nec dux vel magister militum Orientis eum removere potest.

6. Quod ad publica et ad seditiones pertinet, omnes proconsuli Palaestinae subiacent. Similiter loquitur Nov. VIII de praesidibus. ***Data mense Iulio post consulatum Belisarii.***

Νεαρὰ ρδ'.

Περὶ τοῦ PRAETORος SICELIας.

Ἡ σὴ γνώσῃ ὑπεροχή[1]*).*

Ἐχέτω ἡ σικελία πραίτορα πράττοντα[2]*) τὰ πολιτικά, καὶ φροντίζοντα τῆς στρατιωτικῆς δαπάνης. μέμνησο τῆς κε' καὶ κς' καὶ κθ' νεαρᾶς.*

Τὰ δημόσια σικελίας[3]*) οὐκ εἰσὶν ὑπὸ τὸν πραίτορα, ἀλλ' ὑπὸ τὸν κόμητα τοῦ πατριμονίου τῆς ἰταλίας τελοῦσιν.*

Τὰς ἐγκλήτους καὶ τὰ ψηφίσματα τῶν ἐκδίκων καὶ τῶν πατέρων τῶν πόλεων[4]*) σικελίας ὁ QUAESTωρ*[5]*) πράττει. μέμνησο τῆς ιγ' καὶ κδ' καὶ ν' καὶ οε' νεαρᾶς. ἐξεφωνήθη μηνὶ δεκεμβρίῳ μετα ὑπατείαν βελισαρίου*[6]*).*

Novella CIV.

De praetore Siciliae.

Tua cognoscet sublimitas.

1. Sicilia praetorem habeat, qui civilia curet, et militum expensis prospiciat. Memineris Nov. XXV et XXVI et XXIX.

2. Publica Siciliae non pertinent ad praetorem, sed sub comite patrimonii Italiae censentur.

3. Appellationes et decreta defensorum et patrum civitatum Siciliae quaestor tractat. Memineris Nov. XIII et XXIV et L et LXXV. ***Data mense Decembri post consulatum Belisarii.***

---

1) Textus Novellae: *τηβέννῳ, φαμὲν δὲ τῇ περιπορφύρῳ στολῇ.*

2) Si textum Novellae sequaris, vel Athanasium (IV, 20), legendum erit: *αὐτούς.*

1) Haec verba versionem continent verborum initialium huius Novellae, quae latine scripta fuit. Cf. Nov. LXXV. — Legendum videtur *γνώσει* pro *γνώσῃ*, quod Codex habet.

2) Cod. *πράττον.*

3) Hal. *τῆς σικ.*

4) Hal. *τῆς πόλεως.*

5) Hal. *τῆς σικελίας κοιαίστωρ.*

6) Hal. *ἐξ. μετὰ τὴν ὑπ. τοῦ βελισαρίου.*

Νεαρὰ ρε'.

Περὶ ὑπάτων[1]).

Ἑπτ[άκις οἱ][2]) ὕπατοι ἐν ταῖς εἰθισμέναις ἡμέραις προέρχονται, ὧν αἱ γυναῖκες φοροῦσαι τὸ σχῆμα ῥίπτουσι τὰ εἰωθότα, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μητέρες τῶν ὑπάτων τοῦτο ποιοῦσιν, αἵτινες ἤδη τὴν ἀξίαν εἶχον· ὁμοίως δὲ καὶ ἄλλαι γυναῖκες ῥίπτουσιν, ἅστινας οἱ ὕπατοι θέλουσι ῥίψαι. ἀνάγνωθι βι. ιβ' τοῦ κώδ. τί. γ' διάτ. β'.

Ὁ βασιλεὺς μόνος χρυσὸν ῥίπτει, οἱ δὲ λοιποὶ ὑπατεύοντες ἀργύριον ῥίπτουσιν ἐν σκεύεσί τισιν· οἵτινες πραττέτωσαν κατὰ τὴν τῆς ὑποκειμένης διατάξεως παρὰ τοῖς ἐπάρχοις ἀπογραφήν. ἀνάγνωθι βι. ιβ' τοῦ κώδ. τί. γ' διάτ. β' καὶ δ', ἔνθα εἴρηται, ὅτι ἕκαστος ὑπατεύων δοῦναι ὀφείλει ρ' χρυσίου λίτρας τῷ ἀγωγῷ κωνσταντινουπόλεως ἀντὶ τοῦ ῥίψαι αὐτὸν χρυσόν.

Τὰ κατὰ φιλοτιμίαν βασιλικὴν τοῖς ὑπάτοις διδόμενα ἀμείωτα χορηγείσθωσαν. μέμνησο τῆς ξβ' νεαρᾶς περὶ συγκλητικῶν γενικῶς διαλεγομένης. ἐξεφωνήθη μηνὶ .....καὶ[3]) ἔτει ια' βασιλείας ἰουστινιανοῦ μετὰ τὴν ὑπατείαν βελισαρίου.

Novella CV.

De consulibus.

1. Septies consules consuetis diebus procedunt, eorumque uxores [consularem] habitum gerentes consueta spargunt; vel etiam matres consulum hoc faciunt, quae [consularem] dignitatem iam habuerunt; similiter vero etiam aliae mulieres spargunt, quas consules spargere voluerint. Lege lib. XII Cod. tit. 3 const. 2.

2. Imperator solus aurum spargit, reliqui vero consules facti argentum spargunt in formis quibusdam: iique hoc faciant secundum descriptionem subiectae constitutionis apud praefectos. Lege lib. XII Cod. tit. 3 const. 2 et 4, ubi dictum est, consulem centum libras auri ad aquaeductum Constantinopoleos dare debere pro auro, quod sparsurus esset.

3. Quae ex principali liberalitate consulibus data sunt, non imminuta iis erogentur. Memineris Nov. LXII, quae de senatoribus in genere loquitur. *Data mense .... anno XI imperii Iustiniani post consulatum Belisarii.*

Νεαρὰ ρϛ'.

Περὶ ναυτικῶν τόκων.

Μηνύσεως ἠκούσαμεν.

Ὁ δανείζων διαπόντια κατὰ νόμισμα ἕνα [σῖτον] μόδιον [ἢ][1]) κριθῶν τῇ νηΐ βαλέτω χωρὶς τέλους καὶ λαμβανέτω τὰς τῶν νομισμάτων δεκάδας τὸν κίνδυνον ἀναδεχόμενος, ἢ τὴν η' μοῖραν ἀπαιτείτω, ἕως ὅτε ὑποστρέψῃ ἡ ναῦς σεσωσμένη, κ' ἡμέρας ἐνδιδοὺς[2]) ἀτοκεῖ τοῖς δανειζομένοις παρ' αὐτοῦ εἰς τὴν τῶν φορτίων διάπρασιν. μετὰ γὰρ τὰς κ' ἡμέρας λαμβάνει ἀκινδύνως τελείαν ἑκατοστήν[3]). ἀνάγνωθι βι. δ' τοῦ κώδ. τί. λγ' διάτ. α', β', γ', δ' καὶ ε'[4]). πλὴν ἴσθι, ὅτι ἡ ρι' νεαρὰ ἀναιρεῖ τὴν παροῦσαν διάταξιν· ἀνάγνωθι οὖν αὐτήν. ἐξεφωνήθη μηνὶ σεπτεμβρίῳ ἔτει ιδ' βασιλείας ἰουστινιανοῦ.

Novella CVI.

De nauticis usuris.

Nuntium audivimus.

1. Qui traiectitiam pecuniam mutuo dat, pro aureo unum modium tritici vel hordei navi imponat sine portorio et decimas aureorum accipiat, si periculum in se susceperit, aut octavam partem exigat, donec navis salva reverterit, viginti dies sine usuris debitoribus concedens ad oneris venditionem: post XX enim dies integram centesimam sine periculo sumit. Legas lib. IV Cod. tit. 33 const. 1, 2, 3, 4 et 5. Sed scias, Nov. CX praesentem constitutionem tollere: ideoque legas eam. *Data mense Decembri anno XIV imperii Iustiniani.*

---

1) Verba initialia huius Novellae non habet Codex.
2) Cod. ἑπτὰ ὕπατοι. Nov. 105 c. 1 „τὰς δὲ προόδους αὐτῶν ἑπτὰ τὰς πάσας εἶναι βουλόμεθα." Cf. et *Athanasium* XXII, 1.
3) Corrupta sunt. In voce καὶ latet forte vestigium τῶν καλανδῶν. Data enim est haec constitutio *V Kalendas Ianuarias.* Vide *Biener Gesch. d. Novv. S. 521. Heimbach 'Ανέκδ.* I p. 181 not. 41. 42.

1) Cod. ἵνα ι' μο δδ κριθῶν, ut paene legendum esse videatur: κατὰ νόμισμα ἓν ι' μοδίοις κριθῶν. Sed Nov. 106 praef. „ἐφ' ἑκάστῳ νομίσματι... ἕνα σίτου μόδιον ἢ κριθῆς".
2) Cod. ἐνδιδοῦσα.
3) Nov.: „τὸν ἐκ διμοίρου τῆς ἑκατοστῆς τοῖς κυρίοις τῶν χρημάτων διδόναι τόκον."
4) In nostris editionibus non sunt ultra IV constitutiones.

Νεαρὰ ρζ'.

Περὶ βουλήσεων.

Κωνσταντίνῳ τῷ τῆς θείας λήξεως.

Ὁ μεταξὺ παίδων διατύπωσιν ποιῶν προγραφέτω τὸν χρόνον καὶ τὰ τῶν υἱῶν ὀνόματα καὶ τὸν οὐγκιασμὸν οἰκείᾳ χειρὶ δι' ὅλων γραμμάτων. ἀνάγνωθι βι. γ' τοῦ κώδ. τί. λς' διάτ. κα' καὶ νεαρὰν ιη' περὶ διανεμήσεων. καὶ ἴσθι, ὅτι οὐ μόνον δι' ἑαυτοῦ τις τὴν τοιαύτην διατύπωσιν δύναται γράψαι, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν τὴν αὐτοῦ διαθήκην μηδὲ μαρτύρων δεόμενος. ἀνάγνωθι βι. ς' τοῦ κώδ. τί. κγ' διάτ. κα' καὶ κη'.

Ἐὰν ὁ διαθέμενος θέλῃ περιστῆσαι τὴν ἔνστασιν τῶν ἰδίων κληρονόμων δόσει τινί, ῥητὸν πρᾶγμα ἐντιθέσθω καὶ τὰ τῶν πραγμάτων γνωρίσματα. ἀνάγνωθι βι. γ' τοῦ κώδ τί. λς' διάτ. ι'.

Ἐν ταῖς τοιαύταις διατυπώσεσι καὶ λεγάτα καὶ ἐλευθερίαι καταλιμπάνονται, ἐὰν εἴπῃ μόνον ὁ TESTATωρ ἐπὶ μαρτύρων, ὅτι αὐτὸς αὐτὰ ἔγραψεν καὶ θέλει αὐτὰ κρατεῖν, κἂν τὴν λοιπὴν παρατήρησιν τῶν διαθηκῶν οὐκ ἐφύλαξεν ἐπὶ αὐτῶν. ἀνάγνωθι βι. γ' τοῦ κώδ. τί. λς' διάτ. κς', ἔνθα εἴρηται, ὅτι καὶ ἐν ἀχρήστοις διαθήκαις τὰ τοιαῦτα καταλιμπανόμενα ἔῤῥωται.

Αἱ γενόμεναι διαθῆκαι ἀναιροῦνται ὑπὸ τῆς μετὰ ταῦτα ἐγγράφου ἢ ἀγράφου βουλήσεως τοῦ τεστάτορος ἐπὶ ζ' μαρτύρων προβαινούσης. ἀνάγνωθι βι. ς' τοῦ κώδ. τί. κβ' διάτ. ς', ἔνθα φησίν, ὅτι καλῶς τις ἀλλάσσει τὴν προτέραν αὐτοῦ διαθήκην, κἂν ὀφθῇ γράψας ἐν αὐτῇ τὸν βασιλέα κληρονόμον.

Ὁ τοῖς οἰκείοις υἱοῖς διανέμων τὴν αὐτοῦ περιουσίαν παρασκευαζέτω αὐτοῦ τοὺς παῖδας ὑπογράφειν τῇ διανεμήσει καὶ συναινεῖν, ἢ αὐτὸς ὑπογράφων δηλώσῃ τὸ καθέκαστον πρᾶγμα ᾧτινι κατέλιπεν. μέμνησο τῆς ιη' νεαρᾶς καὶ ἀνάγνωθι βι. γ' τοῦ κώδ. τί. κη' διάτ. η' καὶ τί. λς', ἔνθα εἴρηται, ὅτι κἂν ἔξεστι τῷ πατρὶ διανεῖμαι τὴν οὐσίαν ὡς θέλῃ τοῖς υἱοῖς, ἀλλ' οὖν ἧττον οὐ δύναται ἐᾶσαι αὐτοῖς τοῦ νομίμου ποστημορίου· εἰ γὰρ μὴ καταλείψῃ αὐτοῖς τοσοῦτον μέρος, ἀνατρέπεται διὰ τῆς DE INOFFICIOSO ἡ διαθήκη αὐτοῦ. ἐξεφωνήθη μηνὶ φεβρουαρίῳ ἔτει ιβ' βασιλείας ὑπατείᾳ βελισαρίου.

Novella CVII.

De [ultimis] voluntatibus.

A Constantino divae memoriae.

1. Qui inter liberos dispositionem facit, annum praescribat et filiorum nomina et unciarum distributionem manu propria per integras literas. Lege lib. III Cod. tit. 36 const. 21 et Nov. XVIII de distributionibus. Et scias, quod quis non solum huiusmodi dispositionem per semet ipsum scribere potest, sed etiam totum testamentum testibus nequaquam indigens. Lege lib. VI Cod. tit. 23 const. 21 et 28.

2. Si testator institutionem heredum suorum datione quadam concludere velit, certam rem designet et notas earum rerum. Lege lib. III Cod. tit. 36 const. 10.

3. In huiusmodi dispositionibus etiam legata et libertates relinquuntur, si tamen dixerit testator coram testibus, se ipsum haec scripsisse et valere velle, licet reliquam testamentorum observationem in iis non observaverit. Lege lib. III Cod. tit. 36 const. 26, ubi dictum est, haec vel tum valere, si in inutilibus testamentis relinquantur.

4. Quae facta sunt testamenta, tolluntur per testamentum scriptum vel nuncupativum coram septem testibus a testatore ordinatum. Lege lib. VI Cod. tit. 22 const. 6, ubi dictum est, recte aliquem, quod antea fecisset, testamentum mutare, si vel imperatorem in eo heredem instituisset.

5. Qui inter filios suos substantiam suam distribuit, faciat, ut liberi distributioni subscribant et consensum praebeant, vel ipse subscribens significet, quam cuique rem reliquerit. Memineris Nov. XVIII et legas lib. III Cod. tit. 28 const. 8 et tit. 36, ubi dictum est, quamvis liceat patri substantiam suam inter filios distribuere, quemadmodum voluerit, non tamen eum minus legitima portione iis relinquere posse: quodsi tantam portionem iis non reliquerit, rescinditur testamentum eius per inofficiosi querelam. *Data mense Februario anno XII imperii Consule Belisario.*

Νεαρὰ ρη'.

Περὶ ἀποκαταστάσεων.

Ὑποθέσεως ἠκούσαμεν.

Ὁ ἀξιωθεὶς ἀποκαταστῆσαί τινι κληρονομίαν οὐ δύναται ὅλα τὰ περιλιμπανόμενα δαπανῆσαι, ἀλλ' ὀφείλει φυλάξαι τὸν φαλκίδιον ἐκείνῳ, ᾧτινι ἐκελεύσθη ἀποκαταστῆσαι· τὰ γὰρ γ' [1]) μέρη ὡς θέλει διοικεῖ, οἷα τέ-

Novella CVIII.

De restitutionibus.

Negotium audivimus.

1. Qui rogatus est hereditatem alicui restituere, non potest omnia, quae relicta sunt, consumere, sed Falcidiam illi servare debet, cui restituere iussus est: de tribus autem partibus pro lubitu disponit,

---

1) Cod. β'. Sed omnimodo γ' legendum, tum ex ipsius sententiae nexu, tum quia in fine huius capitis γ' μέρη scribitur.

λειος ὢν δεσπότης. πλὴν ἴσθι, ὅτι δύναται καὶ τὸν FALCIDIον αὐτὸν μειῶσαι τῇ τῆς προικὸς ἐπιδόσει ἢ τῷ χαρίσματι τῶν ἔδνων, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῇ λυτρώσει τῶν αἰχμαλώτων καὶ τῇ ἀναγκαίᾳ ἑαυτοῦ τροφῇ, ἐὰν οὐκ εἶχεν ἄλλον τρόπον, ἐξ οὗ τὰ εἰρημένα ἠδύνατο ἀποπληροῦν. εἰ γὰρ παρὰ τὰ λεχθέντα μειώσῃ ἀλόγως τὸν FALCIDIον, χωρεῖ ὁ FIDEICOMMISSARιος[3]) κατὰ των οἰκείων αὐτοῦ πραγμάτων, καὶ [εἰ][3]) μὴ δυνηθῇ ἐξ αὐτῶν τὸ ἀνῆκον αὐτῷ μέρος περιποιῆσαι, διεκδικεῖ τὰ ἐκποιηθέντα ἐξ ἐκείνου. ὁμοίως ἡ λθ' νεαρά· ἀνάγνωθι δὲ καὶ τὴν ρνθ' νεαρὰν καὶ βι. ς' τοῦ κώδ. τί. ν' διάτ. ε' καὶ ιη', καὶ βι. η' τί. νς' διάτ. β', ἔνθα φησίν, ὅτι τὰς MORTIS CAUSA δωρεὰς μειοῖ ὁ FALCIDιος· καί φησι δὲ ἡ ιβ' διάτ. τοῦ εἰρημένου τί. τοῦ ς' βιβλίου, ὅτι καὶ τὰς βεβαιωθείσας δωρεὰς μεταξὺ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς μειοῖ ὁ FALCIDιος· ἔγνως δὲ καὶ ἐκ τῆς ϟβ' νεαρᾶς, ὅτι καὶ τὰς εἰς τοὺς παῖδας γινομένας[4]) ἀμέτρους δωρεὰς μειοῖ ὁ FALCIDιος. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τούτου· ἰστέον δέ, ὅτι τὰ ἐνταῦθα λεχθέντα οὐ προβαίνει ἐπὶ τοῦ παραχρῆμα ἀξιωθέντος ἀποκαταστῆσαι κληρονομίαν τινά, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ παρακληθέντος μετὰ τὴν οἰκείαν τελευτὴν ἄλλῳ ἀποδοῦναι κληρονομίαν. ἀμέλει θεματίζει αὐτὸν τὸν SCRIPTον ἡ παροῦσα διάταξις δύνασθαι τὰ γ' μέρη παρακρατεῖν καὶ τὸν FALCIDιον ἀποσῶσαι τῷ FIDEICOMMISSARίῳ· καίτοιγε πανταχοῦ ἔγνωμεν, ὅτι ὁ SCRIPTος ἀεὶ μόνον τὸν FALCIDιον παρακρατεῖ καὶ τὸ ὑπόλοιπον ἀποκαθίστησι τῷ FIDEICOMMISSARίῳ· τοῦτο δὲ καὶ βι. ς' τοῦ κώδ. τί. μθ' διατ. γ' καὶ ς' καὶ η' εἴρηται. σημείωσαι οὖν[5]) τὴν διαφοράν.

Ὁ ἀξιωθεὶς ἀποκαταστῆσαί τινι κληρονομίαν ἀναγκάζεται δοῦναι ἀσφάλειαν, κἂν υἱός ἐστιν κἂν ἐξωτικός, ὡς[6]) οὐ δαπανᾷ πᾶσαν αὐτήν, ἀλλὰ ἀμείωτον ἀποκαθιστᾷ τὸ τέταρτον τῷ μετ' αὐτὸν κληρονόμῳ[6])· εἰ μὴ ἄρα εἴπῃ ὁ διαθέμενος, ἵνα μὴ δώσῃ τὴν τοιαύτην ἀσφάλειαν. [ὁμοίως][8]) φησὶν ἡ ρνθ' νεαρά. ἐξεφωνήθη μηνὶ φεβρουαρίῳ ὑπατείᾳ βελισαρίου ἔτει ιδ' τῆς βασιλείας.

quippe qui pleno iure dominus sit. Sed scias, quod et ipsam Falcidiam minuere possit dotis datione vel propter nuptias donationis largitione, atque etiam ad redemtionem captivorum et necessariam sui ipsius sustentationem, si alium reditum non habeat, unde memorata implere possit. Quodsi praeter dicta temere Falcidiam minuerit, fideicommissarius proprias eius res aggreditur, et si ex his partem sibi competentem conficere non potuerit, res ab illo alienatas vindicat. Similiter Nov. XXXIX; et legas etiam Nov. CLIX et lib. VI Cod. tit. 50 const. 5 et 18, et lib. VIII tit. 56 const. 2, ubi dictum est, mortis causa donationes Falcidia minui: et dicit etiam const. 12 dicti tituli lib. VI, etiam donationes inter virum et uxorem, quae confirmatae sint, Falcidia minui: et didicisti etiam ex Nov. XCII, etiam in liberos collatas immodicas donationes Falcidia minui. Et haec quidem de hoc; sciendum autem est, ea, quae hoc loco dicta sint, non obtinere in eo, qui confestim hereditatem alicui restituere rogatus sit, sed in eo, qui rogatus sit post mortem suam alii hereditatem reddere. Nimirum sancit praesens constitutio, scriptum heredem posse tres partes erogare et sic Falcidiam fideicommissario salvam relinquere; quamquam ubique didicimus, scriptum heredem semper dumtaxat Falcidiam habere et reliquum fideicommissario restituere: quod etiam lib. VI Cod. tit. 49 const. 3 et 6 et 8 dictum est. Nota igitur differentiam.

2. Qui rogatus est hereditatem alicui reddere, cautionem praestare cogitur, sive filius sit sive extraneus, quod eam non consumet integram, sed quartam non imminutam ei restituet, qui post ipsum heres futurus est: nisi forte testator dixerit, eum huiusmodi cautionem praestare non debere. Similiter loquitur Nov. CLIX. *Data mense Februario Consule Belisario anno XIV imperii.*

Νεαρὰ ρθ'.
Περὶ αἱρετικῶν.

Ἴσμεν ἐκ μηνύσεως[1]).

Οἱ μὴ κοινωνοῦντες τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ αἱρετικοὶ νοοῦνται. μέμνησο τῆς λζ' νεαρᾶς καὶ ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. α' διάτ. α' καὶ τί. ε' διάτ. β' καὶ νεαρὰν ρλβ'.

Novella CIX.
De haereticis.

[*Unum nobis esse auxilium.*]

1. Qui non communicant catholicae ecclesiae, haeretici esse intelliguntur. Memineris Nov. XXXVII et legas lib. I Cod. tit. 1 const. 1 et tit. 5 const. 2 et Nov. CXXXII.

---

2) Deest in Cod.
3) In Cod. scribitur *fidicommissarios*, *fideicomissarios* etc.
4) Cod. *γινομένους*.
5) Cod. οὐ.
6) Cod. ὅς.
7) Cod. *τῶν μετ' αὐτῶν κληρονόμων*.
8) In Cod. deest.

1) Verba initialia huius Novellae in collectione 168 Novellarum sunt: „*Μίαν ἡμῖν εἶναι βοήθειαν.*“ Similiter liber Authenticorum const. 104: „Unum nobis esse auxilium.“ Similiter quoque *Athanasius* III, 1. — Igitur corruptela quaedam in nostro Codice esse videtur: librarius, ni fallor, verba initialia Novellae sequentis per errorem huc traxit.

Αἱρετικαὶ γυναῖκες οὐδενὸς προνομίου ἀπολαύουσιν. ἐξεφωνήθη μηνὶ μαΐῳ ὑπατείᾳ βελισαρίου ἔτει ιε' τῆς βασιλείας.

2. Haereticae mulieres nullo privilegio fruuntur. *Data mense Maio Consule Belisario anno XV imperii.*

Νεαρὰ ρι.
Περὶ ναυτικῶν τόκων.

Ἴσμεν ἐκ μηνύσεως.

Ἡ παροῦσα διάταξις ἀναιρεῖ τὰ προνενομοθετημένα ἐν τῇ ρς' ὁμοίως νεαρᾷ περὶ τῶν ναυτικῶν τόκων· κελεύει γὰρ τὰ παλαιὰ κρατῆσαι τὰ περὶ τῶν τοιούτων τόκων νόμιμα καὶ νῦν καὶ ἐπὶ τὸ διηνεκὲς πολιτεύεσθαι. Εἰ δὲ βούλῃ τὰ περὶ τούτων μαθεῖν, ἀνάγνωθι τὰς ὑποκειμένας διατάξεις τῷ λγ' τί. τοῦ δ' [1]*) βι. τοῦ κώδικος, καὶ πλατέως γινώσκεις. ἐξεφωνήθη μηνὶ μαΐῳ ἔτει ιε' βασιλείας ὑπατείᾳ* [2]*).*

Novella CX.
De nauticis usuris.

Novimus ex denuntiatione.

1. Praesens constitutio tollit, quae antea in Nov. CVI de nauticis usuris sancita sunt; iubet enim antiqua super hisce usuris iura et nunc obtinere et in perpetuum observari. Si vero scire velis, quae de his obtineant, legas Constitutiones, quae subsunt tit. 33 lib. IV Codicis, et fuse cognosces. *Data mense Maio anno XV imperii Consule* [*Basilio*].

Νεαρὰ ρια'.
Περὶ τοῦ χρόνου τῶν ἁρμοζουσῶν ἀγωγῶν τοῖς εὐαγέσι τόποις.

Ἅτινα δόγματα [1]*).*

Πᾶσα ἀγωγὴ προσήκουσα σεπτῷ οἴκῳ, εἴτε PERSONALία [2]*) εἴτε ὑποθηκαρία ἐστίν, οὐχ ὑπερβαίνει τὰ μ' ἔτη· τῶν ἁρμοζουσῶν ἑκάστῳ τοιούτῳ εὐαγεῖ* [*οἴκῳ*] [3]*) προσκαίρων παραγραφῶν φυλαττουσῶν μέντοιγε τοὺς* [4]*) οἰκείους χρόνους. ὁμοίως φησὶν ἡ ρλα' νεαρά. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. β' διάτ. κγ', ἔνθα φησίν, ρ' ἔτεσι μόνον* [5]*) φθείρεσθαι τὰς ἀνηκούσας τοιούτοις σεπτοῖς τόποις ἀγωγάς, ὁμοίως καὶ* [*τὰς*] [6]*) ἐπὶ τοῖς ἐαθεῖσιν* [7]*) εἰς λύτρωσιν αἰχμαλώτων. πλὴν σημείωσαι* [8]*), ὅτι ἡ προκειμένη διάταξις* [9]*) οὐκ ἐμνημόνευσε τῶν ἐπὶ αἰχμαλωσίᾳ* [10]*) ἐαθέντων* [11]*) ἀγωγῶν. ὥστε οὖν νομίζω, ὅτι μέχρι τοῦ νῦν μόνον* [12]*) τῇ ἑκατονταετίᾳ καὶ οὐχὶ τῇ τεσσαρακονταετίᾳ φθείρονται. μέμνησο τῆς μ' νεαρᾶς. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἰουνίῳ* [13]*) ἔτει ιε' τῆς βασιλείας ὑπατείᾳ* [*βασιλείου*] [14]*).*

Novella CXI.
De tempore actionum sacris locis competentium.

Quae senatus consulta (?).

1. Omnis actio venerandae domui competens, sive personalis sit sive hypothecaria, quadraginta annos non excedit: verumenimvero temporales exceptiones cuique tali venerabili domui competentes propria servant tempora. Similiter loquitur Nov. CXXXI; legas lib. I Cod. tit. 2 const. 23, ubi dicitur, C solummodo annis actiones huiusmodi venerabilibus locis competentes extingui, et similiter actiones de his, quae ad redemtionem captivorum relicta sunt. Sed nota, praesentem constitutionem mentionem non fecisse actionum de his, quae propter captivitatem relicta sunt: unde existimo, eas vel hodie nonnisi centum annis, non autem quadraginta annis extingui. Memineris Nov. XL. *Data mense Iunio anno XV imperii Consule* [*Basilio*].

---

1) Cod. ς'.

2) Deest Consulis nomen. Est autem Basilius, cuius nomen fortassis deest ob confusionem cum praecedente *βασιλείας*. Cf. Nov. CXI not. 14.

1) Nov. 111 in collectione 168 Novellarum incipit: *Ὅπερ τὰ φάρμακα.* Liber Authenticorum const. 106: „Quod medicamenta", consentiente *Athanasio* II, 5.

2) Bodl. Bas. et Scrimg. *προσωπική.*

3) Deest in Cod. — Intercalavi hoc loco auctore Bodl. et Scrimgero; reliqui: *ἑκάστῳ οἴκῳ τοιούτῳ εὐαγεῖ.*

4) Abest a Bodl.

5) Hal. et Scrimg. *μόνοις.*

6) Addidi ex Hal. et Scrimg.

7) Hal. *ἐκδεῖσιν.*

8) Hal. et Scrimg. *σημαίνει* vel *σηραίνει* scribunt: nempe male intellecta abbreviatione *σῆ.*

9) Deest apud Hal. et Scrimg.

10) Hal. et Scrimg. *ἐπὶ αἰχμαλωσίαν.*

11) Hal. *ἐκδέντων. Heimbach* conicit: *τῶν ἐπὶ αἰχμαλώτων λύτρωσιν.* Si quid mutandum, malim: *τῶν περὶ ἐπὶ αἰχμ.*

12) Hal. et Scrimg. *μόνῃ.*

13) Hal. *ἰουλίῳ.*

14) Hal. et Scrimg.: *ἔτει ιε' αὐτοκράτορος* (Scrimg. *αὐτοκράτορος*) *ἰουστινιανοῦ ἐπὶ ὑπατείας βασιλείου.* In Cod. *βασιλείου* deest.

Νεαρὰ ριβ'.

Περὶ LITIGIOSων, καὶ περὶ ACTORος καὶ REου, ἤγουν περὶ αἰτιωμένων καὶ περὶ ἐνάγοντος καὶ ἐναγομένου ἤτοι τοῦ ὑπευθύνου [1]).

Πολλὰ μὲν περὶ LITIGIOSων [2]).

LITIGIOSA εἰσὶν ἐκεῖνα, ὧν ἡ δεσποτεία φιλονεικεῖται. ἀνάγνωθι τὰς ὑποκειμένας διατάξεις τῷ λς' τί. τοῦ η' βι. τοῦ κώδικος.

Ἐὰν διαμάχηταί τις περὶ πράγματος ὡς LITIGIOSον, δηλούτω τῷ ἰδίῳ ἀντιδίκῳ καὶ τότε γινέσθω ἡ δεσποτεία αὐτοῦ τοῦ πράγματος φανερά, πῇ μὲν δι' ἀρχικῆς ὑπομνήσεως πῇ δὲ διὰ δεήσεων, ὥνινι διαφέρει. ἀνάγνωθι βι. η' τοῦ κώδ. τί. λς' διάτ. β', ἔνθα φησίν, ὅτι τὸ κατασχεθὲν εἰς δικαστήριον ὡς LITIGIOSον οὐκ ἐκποιεῖται πρὸ ἀποφάσεως· ἀλλὰ καί, εἰ ἐκποιηθῇ, ἀναδίδοται, ὡς δηλοῖ ἡ ε' διάτ. τοῦ εἰρημένου τίτλου καὶ βιβλίου.

Τὰ LITIGIOSα πράγματα καλῶς μερίζονται ὡς κληρονομιαῖα πράγματα, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ LEGATεύονται, καὶ ἀπαιτοῦνται, ἐὰν ὁ κληρονόμος δειχθῇ αὐτῶν δεσπότης· εἰ γὰρ ἡττηθῇ, ἐκδικοῦνται, καὶ οὐδὲ δύναται ὁ LEGATARιος ἀπαιτεῖν τὸν κληρονόμον ἄλλα ἀντὶ αὐτῶν· πλὴν δύναται δικάσασθαι τῷ ἐκδικοῦντι αὐτά. μὴ λάθη σὲ δὲ ἡ γ' διάτ. τοῦ λς' τί. τοῦ η' βι. τοῦ κώδικος, λέγουσα· LITIGIOSου πράγματος ἐαθέντος τινὶ κατὰ τελευταίαν βούλησιν, ἡ διατίμησις ἀπαιτεῖται καὶ οὐκ αὐτὸ τὸ καταλειφθέν. πλὴν ὅσον ἐκ τῶν εἰρημένων ἐνταῦθα τοῦτο σήμερον οὐ κρατεῖ.

Οὐ περιέχονται τὰ ὑποτεθέντα πράγματα τοῖς LITIGIOSοις. ὅθεν καὶ πωλεῖ ὁ ὑποθέμενος αὐτά, κἂν φησιν αὐτὰ εἶναι ἐπίδικα ὁ δανειστής. πλὴν ἴσθι, ὅτι ἐπὶ τὸ μόνον ποιῆσαι τὸ ἱκανὸν τῷ δανειστῇ πωλεῖ τὰ τοιαῦτα πράγματα ὁ χρεώστης· εἰ γὰρ ἐφ' ἑτέρᾳ αἰτίᾳ ἐκποιήσει αὐτά, διεκδικοῦνται ὑπὸ τοῦ δανειστοῦ. ἀνάγνωθι βι. η' τοῦ κώδ. τί. κζ' διάτ. β' καὶ τί. λς' διάτ. α', καὶ μὴ λάθη σὲ ἡ γ' διάτ. τοῦ ις' τί. τοῦ αὐτοῦ η' βιβλίου, λέγουσα, ὅτι οὐδὲ ὑποτίθεται τὸ LITIGIOSον.

Οὐ καλῶς τις ἑτέρῳ ὑποτίθεται τὸ προϋποτεθὲν ἄλλῳ ἤδη. ἀνάγνωθι βι. η' τοῦ κώδ. τί. ιζ' διάτ. ζ' καὶ θ' καὶ ι' καὶ ια'.

Ὁ αἰτιαθεὶς οὐ συνέχεται πρὸ τῆς πομπῆς τοῦ βιβλίου οὐδὲ σπούρτουλα δίδωσι, [εἰ μὴ] πρότερον ὑπογράψει ὁ ἐνάγων [3]) τῷ βιβλίῳ τῆς αἰτήσεως δι' ἑαυτοῦ ἢ διὰ ταβουλαρίου καὶ δώσει ἐγγυὰς προσεδρίας καὶ τῆς δεκατομοιρίας διὰ τὰ δαπανήματα τῆς δίκης, μή πως εὑρεθῇ κακῶς κινῶν. ἐὰν δὲ αὐτὸς ὁ ἐνάγων ἀπορῇ ἐγγυῶν, ὀμνύτω, ὁμολογῶν ἐνωμότως παρὰ τῷ δικαστῇ ποιεῖν πάντα τὰ λεχθέντα. εἰ γάρ τις ἀνάσχηται ὥστε μὴ προβῆναι τὰ περὶ τούτων εἰρημένα, εἰ μὲν δικαστής ἐστι, προστιμᾶται ἅμα τῇ ἑαυτοῦ τάξει χρυσίου λίτρας κ', εἰ δὲ καὶ ἐκβιβαστὴς εἴη, δημεύεται καὶ ἐπὶ ε' ἔτη ἐξορίζεται, καὶ ὁ εναχθεὶς ἀναλόγως [4]) λαμβάνει παρὰ τοῦ ACTORος ὅσα ἐζημιώθη κινδύνῳ τοῦ δικαστοῦ, δηλο-

Novella CXII.

De litigiosis, et de actore et reo, sive de his, de quibus agitur, et de agente et eo, qui convenitur sive qui iudicio obnoxius est.

Multa quidem de litigiosis.

1. Litigiosa sunt, de quorum dominio contenditur. Lege constitutiones, quae subsunt tit. 36 lib. VIII Codicis.

2. Si quis de re tamquam litigiosa certet, de eo adversarium suum certiorem faciat, et tunc dominium eius rei, cuius sit, aut per citationem magistratus aut per precum oblationem manifestetur. Lege lib. VIII Cod. tit. 36 const. 2, ubi dicitur, rem, quae tanquam litigiosa in iudicium deducta sit, non alienari ante sententiam: sed et si alienata sit, redditur, sicuti declarat const. 5 eiusdem tituli et libri.

3. Res litigiosae recte dividuntur tamquam res hereditariae, sed et legari possunt et (a legatario) peti, si heres earum dominus esse apparuerit: si tamen victus sit, evincuntur, nec legatarius alia pro iis ab herede exigere potest: enimvero experiri potest cum eo, qui illa evicit. Ne vero lateat te const. 3 tit. 36 lib. VIII Codicis, qua dicitur: Si cui res litigiosa per ultimam voluntatem relicta sit, aestimatio praestatur, non ipsa res, quae relicta est. Sed hoc secundum ea, quae hic dicta sunt, hodie non valet.

4. Res suppositae litigiosis non comprehenduntur. Unde vendit eas, qui oppigneravit, licet creditor eas litigiosas esse dicat. Sed scias, ad hoc solum, ut creditori satisfaciat, debitorem eiusmodi res vendere: nam si ob aliam causam eas vendat, a creditore evinci possunt. Legas lib. VIII Cod. tit. 27 const. 2 et tit. 36 const. 1, nec te lateat const. 3 tit. 16 eiusdem lib. VIII, qua dicitur, nec supponi posse rem litigiosam.

5. Non recte quis alteri obligat quod iam alteri antea obligatum est. Lege lib. VIII Cod. tit. 17 const. 7 et 9 et 10 et 11.

6. Reus non continetur ante libelli missionem nec sportulas dat, antequam actor libello conventionis per se aut per tabularium subscripserit et fideiussores dederit, quod usque ad finem litis permaneat, et de decima parte propter expensas litis, ne forte calumniose agere reperiatur. Sin autem actor fideiussorum copiam non habeat, per sacramentum hoc affirmet, et apud iudicem iuratoria cautione omnia supradicta facere promittat. Quod si quis ea, quae dicta sunt, non procedere passus sit, si iudex sit, una cum officio suo XX libris auri mulctatur; sin vero exsecutor sit, confiscationi subiicitur et in quinque annos relegatur: et reo ab actore periculo iudi-

1) Haec verba: *ἤγουν περὶ αἰτιωμένων κ. τ. λ.* pro explicatione vocum latinarum, quae praecedunt, accipienda sunt.

2) Cod. *litigionos.*

3) Cod. *δίδωσι πρὸ τοῦ ὑπογράψει ὁ ἐνάγων.* Ex textu Novellae correxi.

4) Cod. *ἀλόγως.*

νότι πρὸς οἷς ἐδαπάνησεν. ἰστέον δὲ, ὅτι ὑπεξῄρηνται τῶν εἰρημένων πάντων οἱ παρὰ αἱρετοῖς δοκιμαζόμενοι, ἐπειδὴ βουλήσει καὶ οὐκ ἀνάγκῃ πρὸς ἀλλήλους λέγουσι καὶ ἀκούουσιν. ἀνάγνωθι βι. γ' τοῦ κώδ. τί. α' διάτ. ιγ' καὶ ιε' καὶ τί. β' διάτ. δ', καὶ μέμνησο τῆς νγ' καὶ οα' καὶ ϞϚ' νεαρᾶς. ἀνάγνωθι καὶ βι. θ' τοῦ κώδ. τί. α' διάτ. γ' καὶ τί. β' διάτ. ιζ' καὶ τί. γ' διάτ. β' ὁμοίως περὶ ἐνάγοντος καὶ ἐναγομένου ἐγκληματικῶς.

Ἐὰν ὁ ΑCΤωρ ἀποστῇ μετὰ προκάταρξιν τῆς δίκης[5]), ὑπομιμνησκέτω αὐτὸν ὁ ΟRDΙΝΑRΙος δικαστής, καὶ ἀπειθοῦντα καλείτω γ' διατάγμασιν, ἑκάστου αὐτῶν ἐντὸς λ' ἡμερῶν[6]). τὰ δὲ εἰρημένα κρατεῖ[7]) καὶ ἐπὶ θείου δικαστοῦ. ἴσθι δέ, ὅτι ἐὰν οὕτω κληθεὶς μὴ ὑπακούσῃ ἐντὸς τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἐκπίπτει τῆς ἰδίας δίκης κατὰ τὸ ἐφεξῆς λεχθησόμενον ἐνταῦθα. ἀνάγνωθι βι. γ' τοῦ κώδ. τί. α' διάτ. ιγ' καὶ βι. ζ' τί. να' διάτ. δ' καὶ τί. ξε' διάτ. α', καὶ μέμνησο τῆς ξε' νεαρᾶς.

Ὁ βιβλίον αἰτιάσεως δεξάμενος ὑπομνησθεὶς μόνον καὶ χωρὶς δίκης προοιμίου, ἢ ἐκ θείας κελεύσεως εὐθυνθείς, ἐὰν φυγοδικήσει, χώραν δίδωσι τῷ προτεθῆναι κατ' αὐτοῦ τὰ διατάγματα· καὶ εἰ μὲν ἐπὶ ἐνιαυτὸν μείνῃ ἀπών, κρίνεται ἡ ὑπόθεσις χωρὶς αὐτοῦ, εἰ δὲ πρὸ ἐνιαυτοῦ παραγένηται, ἀναγκάζεται δοῦναι τῷ ἰδίῳ διαδίκῳ, ὅσα πρὸ τῆς εἰσόδου ἐδαπάνησεν, καὶ ἀσφαλίζεται αὐτὸν περὶ τῆς προσεδρίας, καὶ τότε ἄνωθεν αὐτῷ δικάζεται. μετὰ γὰρ τὸν ἐνιαυτὸν οὐκέτι ἀναψηλαφᾶται τὰ γινόμενα χωρὶς αὐτοῦ, κἂν ἐπανέλθῃ· οὐδὲ γὰρ ἔχει ἔγκλητον ὡς CONTUMAX. εἰ δὲ ῥέος μὴ εἴη, ἀλλ' ἄκτωρ ἐστὶν ὁ ἀπολειφθεὶς καὶ μὴ ἐπανελθὼν ὁμοίως πρὸ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἐκπίπτει τῆς ἰδίας ἀγωγῆς, μηκέτι ταύτην κινῆσαι δυνάμενος. ἀνάγνωθι βι. γ' τοῦ κώδ. τί. α' διάτ. ιγ' καὶ μέμνησο τῆς ξθ' καὶ οα' νεαρᾶς. ἐξεφωνήθη μηνὶ σεπτεμβρίῳ ιε' ἔτει τῆς βασιλείας ὑπατείᾳ βασιλείου.

eis omne damnum, quod perpessus fuerit, convenienter resarcitur, nempe quatenus expensas fecit. Sciendum autem est, a supradictis omnibus exceptos esse eos, qui apud arbitros litigant, quoniam sponte et non coacti invicem verba faciunt et audiunt. Legas lib. III Cod. tit. 1 const. 13 et 15 et tit. 2 const. 4, et memineris Nov. LIII et LXXI et XCVI. Legas etiam lib. IX Cod. tit. 1 const. 3 et tit. 2 const. 17 et tit. 3 const. 2 similiter de eo, qui criminaliter agit et convenitur.

7. Si actor deseruerit post litis contestationem, iudex ordinarius eum admoneat, et, si non obtemperaverit, evocet eum tribus edictis, unoquoque eorum XXX diebus circumscribendo. Quae dicta sunt, etiam in sacro iudice obtinent. Scias autem, eum, qui ita vocatus non obtemperaverit intra annum, causa cadere secundum ea, quae deinceps hoc loco dicentur. Legas lib. III Cod. tit. 1 const. 13 et lib. VII tit. 51 const. 4 et tit. 65 const. 1, et memineris Nov. LXV.

8. Qui librum conventionis accepit, si citatus tantum necdum lis inchoata sit, vel qui ex divina iussione iudicium subit, si iudicium deseruerit, locum facit edictis adversus eum proferendis: et si anno abfuerit, causa absente eo iudicatur, sin autem intra annum apparuerit, adversario expensas resarcire cogitur, quas ante initium litis fecerit, eique cavet de lite prosequenda, et tunc de novo cum illo litigat. Post annum nimirum, quae absque eo gesta sunt, non amplius retractantur, licet redierit; nec habet appellationem, utpote contumax. Sin vero non sit reus, sed actor est, qui iudicium deseruit nec rursus intra annum apparuit, actione sua excidit, nec eam amplius instituere potest. Legas lib. III Cod. tit. 1 const. 13, et memineris Nov. LXIX et LXXI. *Data mense Septembri anno XV imperii Consule Basilio.*

Νεαρὰ ριγ'.

Περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι θείους τύπους ἐν μέσῳ δίκης.

Πάντα κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους.

Μηδεὶς δικαστὴς δεχέσθω τὴν οἱανδήποτε θείαν κελευσιν τυποῦσαν τὴν παρ' αὐτῷ ἐξεταζομένην δίκην, ἀλλὰ νομίμως κρινέτω μὴ ὑφορώμενος ποινήν· ἐὰν γὰρ δικάσῃ προσέχων τῷ θείῳ τύπῳ, ἐκβάλλεται ἡ ψῆφος αὐτοῦ ὡς παράνομος. ἀνάγνωθι βι. α' τί. α' διάτ. β' και βι. ζ' τί. η' διάτ. γ', καὶ μέμνησο [τῆς][1]) πβ', καὶ ἀνάγνωθι τὴν ριθ' νεαράν.

Novella CXIII.

Ne fiant sacrae formae in medio litis.

Omnia secundum nostras leges.

1. Nullus iudex sacram iussionem recipiat, quae litem apud eum motam decidat, sed legitime iudicet neque poenam metuat: quodsi tamen respectu sacrae formae iudicaverit, sententia eius tanquam contra leges facta summovetur. Legas lib. I [Cod.] tit. 1 const. 2 et lib. VII tit. 8 const. 3, et memineris Nov. LXXXII et legas Nov. CXIX.

---

5) Bas. μετα προκάταρξιν δίκης ἀποστῇ.
6) Cod.: διάταγμα. Bas.: αὐτὸν τρισὶ διατάγμασιν ἑκάστου ὄντος λ' ἡμερῶν.

7) Deest in Basil.
1) Deest in Cod.

Ἡ παρὰ βασιλέως ἐγγράφως κρινομένη ὑπόθεσις οὐ παραπέμπεται δικαστῇ.

Δικαστὴς περὶ νόμων ἀμφιβάλλων μηνυέτω τῷ βασιλεῖ καὶ κρινέτω κατὰ τὴν σαφήνειαν. ἀνάγνωθι τὸν ιδ' [2]) *τί. τοῦ α' βι. τοῦ κώδ. ἰστέον δέ, ὅτι πᾶσα θεία κέλευσις κατεπείγουσα τὸν δικαστὴν ψηφίσασθαι δηλονότι κατὰ νόμους ἢ ἐκδοῦναι τὰ πεπραγμένα ἢ κελεύουσα δίδοσθαι συνδικαστὴν κατὰ νόμους ὁμοίως δεχέσθω. ἀνάγνωθι περὶ μὲν τῆς ἐκδόσεως τῶν πεπραγμένων βι. α' τοῦ κώδ. τί. κα' διάτ. β', περὶ δὲ συνδικαστοῦ βι. γ' τί. α' διάτ. ιβ'.*

Ἐγγραφέσθω τοῖς κεκινημένοις παρὰ τῷ δικάζοντι πάντως ἡ παροῦσα διάταξις πρὸ τῆς τῶν προσώπων βεβαιώσεως. ἐξεφωνήθη μηνὶ δεκεμβρίῳ ἔτει ιε' βασιλείας ὑπατείᾳ βασιλείου.

2. **Causa, quae ab imperatore in scriptis decisa est, non transmittitur ad iudicem.**

3. **Iudex, qui de legibus ambigit, ad imperatorem referat et iudicet secundum eius interpretationem. Lege tit. 14 lib. I Codicis. Sciendum autem est, quod omnis sacra iussio, quae iudicem secundum leges iudicare vel acta edere hortatur, vel collegam similiter secundum leges dari iubet, recipi debeat. Legas de actorum editione lib. I Cod. tit. 21 const. 2, de collega autem lib. III tit. 1 const. 12.**

4. **Actis apud iudicem semper inscribatur praesens constitutio ante personarum confirmationem.** ***Data mense Decembri anno XV imperii Consule Basilio.***

Νεαρὰ ριδ'.
Περὶ θειων κελεύσεων.

Ἡ ἡμετέρα μεριμνότης.

Πᾶσα θεία [1]) *κέλευσις ὑπογραφὴν ἐχέτω τοῦ* QUAESTORος, *καὶ δηλούτω περὶ τίνων ἐξεφωνήθη, καὶ ὅτι ποῖον δίδωσι δικαστήν. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. κγ' διάτ. ς', καὶ μὴ ἐναντιωθῇ σοι, κἂν κελεύει* [2]) *πᾶν* RESCRIPTον [3]) *ὀφείλειν* [4]) *πάντως χειρὶ τοῦ βασιλέως ὑπογράφεσθαι· ἡ γὰρ παροῦσα διάταξις οὐκ ἀναιρεῖ τὸ λεχθὲν ἐν τῷ κώδικι, ἀλλὰ προστίθησι τὸ ἐνταῦθα θεσπισθέν* [5]). *ἐξεφωνήθη μηνὶ σεπτεμβρίῳ ἔτει ιε' βασιλείας ὑπατείᾳ βασιλείου.*

Novella CXIV.
De sacris iussionibus.

Nostra sollicitudo.

1. **Omnis sacra iussio subscriptionem habeat quaestoris, et declaret, de quibus data sit, et qualem iudicem det. Legas lib. I Cod. tit. 23 const. 6, nec tibi contraria videatur, licet omne omnino rescriptum manu imperatoris subscribi iubeat; etenim praesens constitutio non tollit, quod in Codice dictum est, sed addit, quod hic constitutum est.** ***Data mense Septembri anno XV imperii Consule Basilio.***

Νεαρὰ ριε'.
Περὶ ἐγκλήτων, καὶ περὶ δικαζομένων, καὶ περὶ EXHEREDATIONος, *καὶ περὶ πενθούντων, καὶ περὶ ἀντιφωνήσεως.*

Ἦλθεν εἰς γνῶσιν τῆς ἡμετέρας γαληνότητος.

Ἐγκλήτου παρακολουθησάσης κατὰ τοὺς κρατοῦντας νόμους ἐν καιρῷ τῆς αὐτοτελοῦς ἡ ὑπόθεσις ἐξετάζεται. τοῦτο δὲ νόει, ἐὰν ἡ ἔγκλητος γέγονεν εἴσω τῶν ι' ἡμερῶν μετα τὴν ἀπόφασιν κατὰ τὴν κγ' νεαράν. ἀνάγνωθι τὸν ξβ' καὶ ξγ' καὶ ξε' καὶ ξς' καὶ ξζ' καὶ ξη' καὶ ξθ' καὶ ο' τί. τοῦ ζ' βι. τοῦ κώδικος, καὶ μαθήσει τα περὶ ἐγκλήτων.

Ἐαν ἓν μέρος ἀποτάξηται τῶν οἰκείων δικαιολογιῶν, το δὲ ἕτερον πονηρῶς ὑπερθῆται, ἀναγκάζεται καὶ ὁ

Novella CXV.
De appellationibus, et de litigantibus, et de exheredatione, et de lugentibus, et de constituta pecunia.

Pervenit ad scientiam nostrae serenitatis.

1. **Si appellatio subsequuta sit, secundum leges, quae tempore sententiae definitivae obtinuerunt, causa examinatur. Hoc ita, si appellatio intra X dies a sententia facta sit, secundum Nov. XXIII. Lege tit. 62 et 63. et 65 et 66 et 67 et 68 et 69 et 70 lib. VII Codicis, et disces quae circa appellationes obtinent.**

2. **Si una pars renuntiaverit allegationibus suis, altera vero dolo moram fecerit, hic quoque, qui in**

---

2) Cod. *ιη'*.
1) Deest in Basil.
2) Scrimg. et Bas.: *κελεύῃ*. Hal.: *κελευοι*.
3) Scrimg. *πᾶσα βασιλέως ἀντιγραφή*. Similiter Basil.
4) Cod. et Scrimg. *οφείλει*.
5) Scrimg. addit: *δηλονότι τὰς μη ὀφειλούσας ὑπογραφεσθαι υπο τοῦ βασιλέως*. Similiter etiam Basilica.

ὑπερτιθέμενος ἀποτάξασθαι τῶν ἑαυτοῦ δικαιωμάτων ἐντὸς λ΄ ἢ ξ΄ ἢ ϙ΄ ἡμερῶν πάντως· ἐπεὶ μονομερῶς καλῶς ψηφίζεται ὁ δικάζων ἢ ἀναφορᾷ κέχρηται. τοῦτο νόει, ἐὰν ἡ τριετία ἐπὶ χρηματικῶν ἢ διετία ἐπὶ ἐγκληματικῶν ἐπληρώθη. ἀνάγνωθι γὰρ βι. γ΄ τοῦ κώδ. τί. α΄ διάτ. ιγ΄ καὶ τὴν ρκ΄ καὶ τὴν ρλ΄ νεαράν.

Πᾶς ἀνιὼν οὐκ ὀφείλει τοὺς κατιόντας αὐτοῦ EXHEREDATους *ἢ* PRAETERITους *ποιῆσαι, κἂν ἐν λεγάτῳ ἢ ἐν προικὶ ἢ δωρεᾷ ἢ ἄλλῳ οἱῳδήποτε τρόπῳ δέδωκεν αὐτοῖς τὸ νόμιμον ποστημόριον, ἀλλὰ δηλονότι ἀναγκάζεται ἐνιστᾶν αὐτοὺς κληρονόμους εἰς τὴν νόμιμον μοῖραν, εἰ μὴ ἄρα ἀχάριστοι εἴησαν. τοὺς γὰρ ἀχαρίστους καλῶς καταλιμπάνει* PRAETERITους, *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ποιεῖ* EXHEREDATους, *προστιθέμενος μέντοιγε τῇ ἰδίᾳ διαθήκῃ τὰς αὐτῶν ἀχαριστίας ῥητῶς. μέμνησο τῆς ιη΄ καὶ ἀνάγνωθι τὴν ριζ΄ νεαράν, καὶ μὴ λάθῃ σε ὁ κη΄ τί. τοῦ γ΄ βι. τοῦ κώδικος.*

Τῆς περὶ τοὺς παῖδας ἀχαριστίας τρόποι εἰσὶν οὗτοι· τὸ τύπτειν τοὺς γονεῖς, τὸ βαρέως ὑβρίζειν, τὸ ἐγκληματικῶς κατηγορῆσαι τῶν γονέων χωρὶς βασιλικῆς ἢ πολιτείας ἐπιβουλῆς, τὸ φαρμάκοις ὡς φαρμάκους[1]) *συνεῖναι, τὸ ἐπιβουλεῦσαι τῇ ζωῇ τῶν γονέων καθ' οἱονδήποτε τρόπον, τὸ μιγῆναι τῇ μητρυιᾷ ἢ τῇ παλλακῇ τοῦ πατρός, τὸ συκοφαντῆσαι τοὺς γονεῖς κἀντεῦθεν ζημιωθῆναι βαρέως, τὸ ἐγκεκλεισμένους τοὺς γονεῖς μὴ ἐγγυήσασθαι τοὺς ἄῤῥενας παῖδας προτραπέντας, τὸ παρὰ γνώμην τῶν γονέων συναριθμηθῆναι κυνηγοῖς ἢ μίμοις ἔνθα μὴ εἰσιν αὐτοὶ οἱ γονεῖς τοιοῦτοι, τὸ μὴ βουληθῆναι τὰς θυγατέρας νομίμως γαμηθῆναι ἀλλὰ πορνεῦσαι, τὸ μεμηνότος τοῦ γονέως μὴ ἐπιμελεῖσθαι τοὺς παῖδας. ἐνταῦθα γὰρ καὶ ἐξωτικὸς δύναται πέμπειν αὐτοῖς διαμαρτυρίαν περιφρονοῦσι, καὶ ἐὰν μὴ ἐπιμελήσωνται αὐτοῦ οἱ παῖδες, καλῶς κληρονομεῖ αὐτὸν ὁ ἐξωτικὸς ἐξ ἀδιαθέτου, ἐπειδὴ οἱ ἐξ ἀδιαθέτου καλούμενοι ἀποκλείονται μὴ ἐπιμελησάμενοι τοῦ τελευτήσαντος· ἐὰν δὲ καὶ διέθετο, ἀκυροῦται ἡ ἔνστασις τοῦ ἀμελήσαντος αὐτοῦ. τὸ μὴ ῥύσασθαι τοὺς παῖδας τὸν ἴδιον γονέα αἰχμάλωτον ὄντα ἀχαριστίας πάλιν τρόπος ἐστίν, ἐὰν δηλονότι εἴησαν μείζονες τῶν ιη΄ ἐτῶν· τότε γὰρ τὰ τοῦ γονέως αὐτῶν πράγματα καὶ τελευτῶντος παρὰ πολεμίοις ἡ ἐκκλησία διαδέχεται, καὶ δαπανᾷ αὐτὰ εἰς ἀνάῤῥυσιν αἰχμαλώτων. μέμνησο τῆς κβ΄ καὶ ἀνάγνωθι τὴν ριζ΄ νεαράν. ἀνάγνωθι δὲ καὶ βι. ς΄ τοῦ κώδ. τί. κη΄ καὶ κθ΄.*

Δύναται ἡ θυγάτηρ κε΄ ἐτῶν οὖσα, μὴ ἐκδοθεῖσα ὑπὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς εἰς γάμον, ἑαυτὴν ὡς θέλει ἐκδιδόναι· δηλονότι ἐὰν ἐστιν αὐτεξουσία. μέμνησο γὰρ τῆς κ΄ διάτ. τοῦ δ΄ τί. τοῦ ε΄ βι. τοῦ κώδικος, ἵνα μὴ ἐναντιωθῇ σοι ἡ ζ΄ καὶ ις΄ καὶ ιη΄ διάτ. τοῦ αὐτοῦ βιβλίου καὶ τίτλου.

Ἐὰν τις EXHERIDATεύσει *ἢ* PRAETERITεύσει *τοὺς ἑαυτοῦ κατιόντας καὶ ἐνθήσει τινὰς τῶν λεχθεισῶν αἰτιῶν, αὐτὰς μόνον τὰς ἐντεθείσας καὶ οὐκ ἄλλας αἰτίας ὀφείλει δεῖξαι ὁ κληρονόμος αὐτοῦ, ὅπως ἐκ τούτων φανερωθῇ, ὅτι ἀχάριστοί εἰσιν οἱ παραλειφθέντες ἢ*

mora est, intra XXX vel LX vel XC dies omnino allegationibus suis renuntiare compellitur: alioquin iudex recte secundum unam partem sententiam fert vel relatione utitur. Quod sic accipe, si triennium in civilibus vel biennium in criminalibus causis impletum sit. Lege enim lib. III Cod. tit. 1 const. 13 et Nov. CXX et CXXX.

3. Nullus ascendens descendentes suos exheredatos vel praeteritos facere debet, licet in legato vel in dote vel donatione vel alio quocumque modo legitimam portionem iis dederit, sed cogitur eos ex legitima portione heredes instituere, nisi forte ingrati sint. Ingratos enim recte praeteritos relinquit atque etiam exheredes scribit, ita tamen, ut ingratitudines eorum nominatim testamento suo adiiciat. Memineris Nov. XVIII, et legas Nov. CXVII, nec te lateat tit. 28 lib. III Codicis.

4. Quod ad liberos attinet: ingratitudinis modi hi sunt: si parentes vorberaverint; si gravi iniuria eos affecerint; si criminis parentes accusaverint, quod non sit adversus imperatorem vel rempublicam; si cum veneficis tanquam venefici versati sint; si vitae parentum quocunque modo insidias struxerint; si cum noverca vel concubina patris sese miscuerint; si parentes calumniati sint ita, ut inde gravia damna passi sint; si parentes in carcerem coniectos masculi liberi, qui hoc iussi sunt, fideiubendo non liberaverint; si invitis parentibus inter bestiarios vel mimos connumerati sint, siquidem parentes tales non sint; si filiae secundum leges nubere noluerint, sed stuprum pati maluerint; si furiosum parentem liberi neglexerint. Hoc casu enim etiam extraneus negligentibus illis denuntiationem mittere potest, et si liberi eius curam non habuerint, extraneus ei rite ab intestato succedit, quoniam, qui ab intestato vocantur, si defuncti curam non habuerint, excludantur: et si vel testamentum fecerit, institutio negligentis irrita est. Et si liberi non redemerint parentem ab hostibus captum, hic demum ingratitudinis modus est, siquidem maiores XVIII annis sint; tunc enim in bona parentis eorum, si apud hostes moriatur, ecclesia succedit, et ex iis ad redemtionem captivorum sumtus facit. Memineris Nov. XXII et legas Nov. CXVII. Legas quoque lib. VI Cod. tit. 28 et 29.

5. Filia XXV annorum, si eam pater in matrimonio non collocaverit, cui volet nubere potest: nimirum si sui iuris sit. Memineris enim const. 20 tit. 4 lib. V Codicis, ne tibi contraria videatur const. 7 et 16 et 18 eiusdem libri et tituli.

6. Si quis exheredaverit vel praeterierit descendentes suos et aliquas ex memoratis causis expresserit, hae solum causae non aliae ab eius herede probari debent, ut ex his appareat, praeteritos vel exheredatos ingratos fuisse. Et nota hoc; singulare

1) Alibi *φαρμακός* scribitur. Vide tamen *Heimbach 'Ανεκδ.* I p. 87 not. 25. — Caeterum hoc loco omittit noster quaedam ingratitudinis causas, quas textus Novellae 115 et *Athan.* VII, 7 habent. Vide tamen infra huius Novellae cap. 7. 8.

ἀποκληρονόμοι γενόμενοι. καὶ σημείωσαι· τοῦτο γὰρ ξένον ἐστίν, ὅτι ὁ κληρονόμος βαρεῖται τῇ τῆς ἀχαριστίας ἀποδείξει, κατὰ μηδὲν ἀλλάξας ὧν εἶπεν ὁ διαθέμενος.

Ὅσαι ἐλέχθησαν αἰτίαι περὶ τῶν εἰς τοὺς γονεῖς παρὰ τῶν παίδων ἀχαριστιῶν, τοσαῦται κρατοῦσι καὶ ἐπὶ τῶν παρὰ τῶν γονέων γενομένων εἰς τοὺς παῖδας ἀχαριστιῶν. σημείωσαι δὲ ὡς ἐν προσθήκης τάξει, ὅτι αἰτία ἀχαριστίας ἐστίν, ἐὰν κωλύσωσιν οἱ γονεῖς διαθέσθαι τοὺς παῖδας, δηλονότι αὐτεξουσίους ὄντας. ἀνάγνωθι βι. ϛ΄ τοῦ κώδ. τί. λδ΄ διάτ. β΄ καὶ δ΄, καὶ γνώσῃ, ὅτι ὁ κωλύων τινὰ διαθέσθαι καὶ ἐξωτικὸς ὢν τί ὑπομένει.

Αἰτία EXHEREDATIONός ἐστιν, ἐὰν οἱ γονεῖς μόνοι [2]) ὀρθόδοξοί εἰσιν, οἱ δὲ παῖδες ὦσιν αἱρετικοί, ἢ τὸ ἐναντίον, ἐὰν εἰσὶν οἱ παῖδες ὀρθόδοξοι, οἱ δὲ γονεῖς αἱρετικοί. τοῦτο γὰρ ἐπάγει παρακάτω ἡ παροῦσα διάταξις.

Τοὺς νεστοριανοὺς ἢ ἀκεφάλους γονεῖς μόνοι οἱ ὀρθόδοξοι αὐτῶν παῖδες ἢ συγγενεῖς κληρονομοῦσιν. ἐὰν δὲ παῖδας ἢ συγγενεῖς ὀρθοδόξους οὐκ ἔχουσιν οἱ τοιοῦτοι, εἰ μὲν κληρικοί εἰσιν, κληρονομοῦνται ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας, εἰ δὲ λαϊκοὶ ὦσιν, ὑπὸ τοῦ FISCου κληρονομοῦνται. εἰ δὲ παῖδας ἔχωσί τινας μὲν ὀρθοδόξους ἄλλους δὲ αἱρετικούς, ὑπὸ μόνων τῶν ἐξ αὐτῶν ὀρθοδόξων κληρονομοῦνται· πλὴν ἐὰν μετὰ ταῦτα γένωνται ὀρθόδοξοι οἱ ὄντες ἀπὸ τῶν παίδων αἱρετικοί, καὶ αὐτοὶ λαμβάνουσι τὸ ἐπιλαγχάνον αὐτοῖς μέρος, χωρὶς μέντοιγε τῆς γενομένης ἐπαυξήσεως ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ. ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. ε΄ διάτ. ιβ΄ καὶ ιγ΄ καὶ ιε΄ καὶ ιζ΄ καὶ ιη΄ καὶ ιθ΄.

EXHEREDATIONος ἢ PRAETERITIONος ἀλόγως γενομένης καὶ [μὴ] [3]) δειχθείσης, μόνη ἡ ἔνστασις τῶν κληρονόμων ἀνατρέπεται· τὰ γὰρ λεγάτα καὶ ἐλευθερίαι, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐν τῇ διαθήκῃ ἐγκείμενα, οὐκ ἀναιροῦνται, εἰ μὴ ἄρα νόμῳ τινὶ ἢ τῇ προκειμένῃ διατάξει προφανῶς ἀντιμάχεται. ἀνάγνωθι βι. γ΄ τοῦ κώδ. τί. λϛ΄ διάτ. κϛ΄ καὶ βι. ϛ΄ τί. κγ΄ διάτ. ιδ΄ καὶ κα΄ [4]) τί. λε΄ διάτ. δ΄ καὶ τί. λϛ΄ διάτ. β΄ καὶ τί. μβ΄ διάτ. κβ΄.

Ὁ γραφεὶς κληρονόμος, καὶ κελευσθεὶς ἀρκεσθῆναι ῥητοῖς πράγμασιν, καλῶς ἀναπληροῦται τῷ λεῖπον τῷ FALCIDίῳ, δηλονότι ἐὰν οὐκ ἐπαρκοῦσιν [5]) αὐτῷ τὰ ἐαθέντα πρὸς τὸ δ΄ ἤγουν τὸ νόμιμον μέρος [6]). ἀνάγνωθι βι. ϛ΄ τοῦ κώδ. τί. ν΄ διάτ. ια΄, καὶ μὴ λάθῃ σὲ ἡ α΄ διάτ. τοῦ γ΄ τί. τοῦ η΄ [7]) βι. τοῦ κώδικος· πλὴν τὸ λεχθὲν δέξαι, ἐὰν οὐκ εἶπεν ὁ TESTATωρ μὴ παρακρατεῖσθαι FALCIDιον κατὰ τὴν α΄ νεαράν. μέμνησο καὶ τῆς ιη΄ ὁμοίως νεαρᾶς.

Οὔτε [8]) τὸ σῶμα τοῦ τελευτήσαντος οὔτε εἷς τῶν πενθούντων οὔτε ἐγγυητὴς αὐτῶν πρὸ τῶν θ΄ ἡμερῶν τοῦ πένθους ἐνάγεται οὐδὲ ἐνοχλεῖται. ἀλλὰ καὶ ἐὰν εἷς τῶν εἰρημένων ἀναγκαζόμενός τι ποιήσῃ, ἐκ περιστάσεως [9]) οὐ προκριματίζεται· οὐδὲ γὰρ τὸ πραττόμενον ἔρρωται. πλὴν ἰστέον, ὅτι οὐδὲ τῷ ἄκτωρι ποιοῦσι πρόκριμα καθ' οἱονδήποτε τρόπον αἱ θ΄ ἡμέραι τοῦ πένθους. μέμνησο τῆς ξ΄ καὶ ἀνάγνωθι τὴν ρλδ΄ νεαράν.

enim est, quod heres probatione ingratitudinis oneratur, qui nihil mutavit ex iis, quae testator dixit.

7. Quot dictae sunt causae ingratitudinis liberorum adversus parentes, tot etiam obtinent circa parentum adversus liberos ingratitudines. Nota vero per adiectionem, ingratitudinis causam esse, si parentes liberos, sui nimirum iuris constitutos, testari prohibuerint. Lege lib. VI Cod. tit. 34 const. 2 et 4, et disces, cui obnoxius fiat, qui aliquem testari prohibuerit, etiamsi extraneus sit.

Ὁ λαβὼν πρᾶγμα παρὰ τοῦ MALA FIDE νομέως καὶ μὴ διαμαρτυρηθείς, USUCAPITεύει αὐτὸ ἐπὶ μὲν παρόντων δεκαετίᾳ, ἐπὶ δὲ ἀπόντων εἰκοσαετίᾳ, ἐὰν δηλονότι ᾔδει ὁ δεσπότης τοῦ πράγματος τὴν ἐκποίησιν. εἰ γὰρ ἠγνόει, ὅτι αὐτῷ ἀνήκει τὸ πραθὲν ἢ ὅτι ὅλως ἐπράθη, οὐκ USUCAPITεύει [13]) ὁ ἀγοράσας, εἰ μὴ παρέλθῃ λ' ἔτη καὶ BONA FIDE ἐνέμετο. ἰστέον δέ, ὅτι ἐὰν κατά τινας καιροὺς εὐλόγως ἀπολειφθῇ ὁ ἔχων τὴν τῆς δεκαετίας παραγραφήν, δίδοται αὐτῷ ἄλλος τοσοῦτος χρόνος, εἰς ὅσον ἀπελείφθη. ἀνάγνωθι βι. ζ' τοῦ κώδ. τί. λ' διάτ. γ' καὶ τί. λα' διάτ. α' καὶ τί. λγ' διάτ. ιβ' καὶ τί. λε' διάτ. α' καὶ βι. η' τί. δ' διάτ. α' καὶ β' καὶ ια'.

Κἂν μὴ γράψῃ ὁ TESTάτωρ δι' ἑαυτοῦ ἀλλὰ δι' ἄλλου τὸ ὄνομα τοῦ κληρονόμου, ἔρρωται ἡ διαθήκη αὐτοῦ. μέμνησο τῆς ρζ' νεαρᾶς, καὶ ἀνάγνωθι βι. ς' τοῦ κώδ. τί. κγ' διάτ. κα' καὶ κθ' καὶ λα'.

Τὰ ἀπὸ εὐαγοῦς τόπου εἰς δεσποτικὸν οἶκον περιερχόμενα καλῶς ἐκποιοῦνται. ἀνάγνωθι τὰς περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων νεαράς.

5) Bas. κδ'.
6) Bas. ὁ ἥττων.
7) Cod. καί. Legendum aut κἂν (cum Basil.) aut μνημονεύσας.
8) Bas. μνημονεύῃ.

ubi dictum est, eum, qui maior XIV annis, non qui minor sit, recte testamentum facere.

4. Qui instrumentum conficit, licet in eo alterius instrumenti mentionem faciat, non tamen praeludicat veritati. Lege lib. IV Cod. tit. 22 const. 1, ubi dictum est, magis veritatem spectandam esse, non autem scripturam.

5. Appellationis iudex intra statutos dies eum, qui se manifestat, admittat et cognitionem ad finem perducat, et nihil aliud prae illa diiudicet. Lege lib. VII Cod. tit. 62 const. 3 et 9 et 10.

6. Etiam praefectorum sententia retractatur. Quicunque enim apud eos iudicium accepit, intra decendium post sententiam libellum offerre potest, quo de sententia praefectorum conqueratur. Quod si factum fuerit, victor ante executionem sententiae fideiussores pro quantitate condemnationis dat, ut, si retractatione legitime facta sententia subvertatur, res cum accessionibus reddat. Si vero post decem dies libellus oblatus fuerit, executio absque fideiussione procedit, ita tamen ut retractatio rursus instituatur vel observetur. Memineris Nov. LXXXII, et legas lib. I Cod. tit. 4 const. 29 et tit. 19 const. 5 et lib. VII tit. 42 const. 1 et tit. 62 const. 19 et tit. 63 const. 1 et tit. 70 const. 1.

7. Si in integrum restitutio adversus hereditatem a minoribus postuletur, hereditarii creditores praesentes sunto; si vero absint, edictis vocentur, et si non apparuerint intra tres menses, restitutio procedat, hereditariis rebus officio praesidis custodiendis, post factam nimirum descriptionem Lege lib. II Cod. tit. 38 const. 1 et lib. V tit. 51 const. 4 et lib. VI tit. 34 const. 1 et 2 et lib. VII tit. 2 const. 3.

8. Qui rem accepit a malae fidei possessore, si non fuerit interpellatus, eam usucapit inter praesentes quidem decem annis, inter absentes vero viginti annis, siquidem dominus rei alienationem cognitam habuit. Sin autem nescierit, rem venditam ad se pertinere vel omnino venditam esse, emtor non usucapit, nisi XXX anni praeterierint et bona fide possederit. Sciendum autem, si, qui habet viginti annorum praescriptionem, per aliquot annos ex iusta causa abfuerit, dari ei tot alios annos, quot abfuerit. Lege lib. VII Cod. tit. 30 const. 3 et tit. 31 const. 1 et tit. 33 const. 12 et tit. 35 const. 1 et lib. VIII tit. 4 const. 1 et 2 et 11.

9. Licet testator non ipse per se, sed per alium nomen heredis scripserit, testamentum eius valet. Memineris Nov. CVII, et legas lib. VI Cod. tit. 23 const. 21 et 29 et 31.

10. Quae a venerabili loco ad imperialem domum perveniunt, recte alienantur. Lege Novellas de rebus ecclesiasticis.

9) Bas. ἢ τὰ γρ.
10) Cod. μὴ ἐπιδοθῇ. Quod corrigendum erat.
11) Cod. Αἰτουμένου, quod non habet, quo referatur.
12) Cod. REDITARιοι.
13) Pro οὐκ US Codex habet: UNS.

Τὸ λεγατευόμενον ξένῳ ἐφ' ᾧ μὴ πραθῆναι[14]) οὐχ ὑπόκειται τῷ FALCIDίῳ. καὶ σημείωσαι ξένον· καίτοι εἴρηται ἐν τῷ ς' βι. τοῦ κώδ. τί. ν' διάτ. β', ὅτι ἀπὸ παντὸς λεγάτου παρακρατεῖται ὁ φαλκίδιος. ἐξεφωνήθη μηνὶ φεβρουαρίῳ ἔτει ιζ' μετὰ τὴν ὑπατείαν βασιλείου τὸ γ'.

11. Quod extraneo legatum est sub hac conditione, ne vendatur, Falcidiae non est obnoxium. Et nota hoc singulare esse: nam lib. VI Cod. tit. 50 const. 2 dicitur, ab omni legato retineri Falcidiam. *Data mense Februario anno XVII post consulatum Basilii anno III.*

Νεαρὰ ρκ'.

Περὶ ἐκκλησιαστικῶν συναλλαγμάτων.

Πολλῶν καὶ διαφόρων νόμων.

Μηδεὶς εὐαγὴς οἶκος κωνσταντινουπόλεως[1]) ἢ τῆς ἐνορίας αὐτῆς, χωρὶς τῶν μοναστηρίων, ἐκποιείτω ἀκίνητον πρᾶγμα ἢ ἀνταλλασσέτω[2]), μήτε πολιτικὴν σίτησιν μήτε γεωργικὸν ἀνδράποδον, μήτε διδότω ἐπὶ ἀντιδωρήματι[3]) ἢ[4]) ἐπὶ ἀνταλλαγῇ, εἰ μὴ μόνον βασιλεῖ[5]), μήτε μὴν παρεχέτω ἐπὶ παροικικῷ δικαίῳ. μέμνησο τῆς ζ' καὶ τῆς νε' νεαρᾶς, καὶ ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. β' διάτ. ιδ' καὶ ιζ'.

Ἐμφυτευέτωσαν[6]) καὶ οἱ σεπτοὶ οἶκοι[7]) κωνσταντινουπόλεως τὰ ἀκίνητα αὐτῶν πράγματα ἐπὶ ζωῇ γ' μόνον[8]) προσώπων ἐκ διαδοχῆς, τὸ ἕκτον μέρος[9]) τοῦ κανόνος[10]) κουφίζοντες. καὶ τὰ προάστεια[11]), πρόσοδον μὲν ἔχοντα, ἀμειώτως[12]) ἐμφυτευέτωσαν, ἀπρόσοδα δὲ ὑπάρχοντα, διδότωσαν αὐτὰ ἐπὶ ῥητῇ τινι ποσότητι. ὅμοιόν φησιν ἡ ζ' νεαρά.

Ἐὰν τὸ ἐμφυτευθὲν ἐκκλησιαστικὸν πρᾶγμα εἰς βασιλικὸν[13]) οἶκον ἢ εἰς τὸ[14]) ταμεῖον ἢ εἰς βουλευτήριον ἢ εἰς εὐαγῆ οἶκον περιέλθῃ, δύνανται οἱ ἐμφυτεύσαντες ἐντὸς β' ἐτῶν ἢ ἐμμεῖναι τῇ ἐμφυτεύσει ἢ λῦσαι αὐτήν. μέμνησο τῆς ζ' νεαρᾶς, καὶ ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. β' διάτ. κδ'.

Τὰ ἐρείπια[15]) τῆς ἐκκλησίας κωνσταντινουπόλεως[16]) διηνεκῶς ἐμφυτευέσθωσαν ἐπὶ τῇ γ' μοίρᾳ τῶν πρὸ τῆς πτώσεως[17]) ἐνοικίων ἢ ἐπὶ τῷ ἡμίσει[18]) τῶν μετὰ τὴν ὑπὸ τοῦ ἐμφυτευτοῦ γενομένην ἐπανόρθωσιν ἐνοικίων[19]).

Δύνανται δοῦναι οἱ εὐαγεῖς οἶκοι κωνσταντινουπόλεως καὶ USUFRUCTον ἀκινήτου πράγματος, ἕτερον πρᾶγμα ἰσότιμον κατὰ δεσποτείαν λαμβάνοντες.

Αἱ μισθώσεις τῶν εὐαγῶν τόπων μὴ ὑπερβαινέτωσαν τὰ λ' ἔτη. καὶ σημείωσαι· μέμνησο δὲ τῆς ιζ' διατ. τοῦ β' τί. τοῦ α' βι. τοῦ κώδικος.

Novella CXX.

De ecclesiasticis contractibus.

Multis et diversis legibus.

1. Nulla venerabilis domus Constantinopoli vel in regione eius sita, exceptis monasteriis, rem immobilem vendat, aut annonam civilem aut mancipium rusticum, neque remunerationis aut permutationis causa det, nisi imperatori dumtaxat, neque etiam colonario iure det. Memineris Nov. VII et LV, et legas lib. I Cod. tit. 2 const. 14 et 17.

2. Venerabiles domus Constantinopoleos res suas immobiles ad vitam trium personarum sibi succedentium in emphyteusin dent, sextam partem canonis remittentes. Et suburbana, quae quidem reditum habeant, sine aliqua imminutione in emphyteusin dent, sin autem reditum non habeant, sub certa quadam quantitate concedant. Similiter loquitur Nov. VII.

3. Si res ecclesiastica in emphyteusin data ad imperatoriam domum vel ad fiscum vel ad civitatem vel ad curiam vel ad venerabilem domum pervenerit, ii, qui emphyteusin concesserunt, intra biennium aut stare emphyteusi aut solvere eam possunt. Memineris Nov. VII, et legas lib. I Cod. tit. 2 const. 24.

4. Collapsa aedificia ecclesiae Constantinopolitanae in perpetuam emphyteusin dentur pro tertia parte pensionis, quae ante ruinam solvebatur, aut pro dimidia parte pensionis, quae post reparationem ab emphyteuta factam solvebatur.

5. Venerabiles domus Constantinopoleos possunt etiam usumfructum rei immobilis concedere, si proprietatem alius rei, quae eiusdem pretii sit, acceperint.

6. Locationes venerabilium locorum XXX annos ne excedant. Nota hoc: memineris enim const. 17 tit. 2 lib. I Codicis.

---

14) Bodl. *παρακρατηθῆναι.*
1) Bas. *τῆς κωνστ.*
2) Haec verba *ἢ ἀντ.* in Bas. desunt. Merito: namque turbant verborum consequutionem, et de permutatione mox sermo redit.
3) Bas. *ἐπ' ἀντιδώρῳ.*
4) Bas. *μήτε.*
5) Bas. *βασιλείῳ οἴκῳ.*
6) Cod. *ἐμφυτευέσθωσαν.*
7) Bas. *σεμνοὶ τόποι.*
8) Bas. *μόνων.*
9) Cod. *τῷ ἕκτῳ μέρει*, quod ex Basil. correxi.
10) Bas. *αὐτῶν* addunt.
11) Bas. *αὐτῶν* addunt.
12) Bas. *ἀμειώτατα.*
13) Bas. *βασίλειον.*
14) In Bas. *τὸ* deest.
15) Bodl. *ἐρίπια.*
16) Verbum *κωνστ.* in Bas. deest: e contrario Bodl. post *κωνστ.* addit *καὶ τῶν ἐν ἄστει μοναστηρίων.*
17) Cod.: *τῶν πρὸ τῶν τῆς πτ.* Bodl.: *τῶν ἐῤῥωμένων τῆς κτίσεως.*
18) Cod. *τὸ ἥμισυ.*
19) Cod. et Bodl. *τῶν ἐνοικίων*, quod ex Bas. correxi.

Αἱ ἐκκλησίαι κωνσταντινουπόλεως ὑποτιθέσθωσαν καὶ ἀκίνητον πρᾶγμα προφάσει τῶν δημοσίων καὶ τῶν ἀναγκαίων χρειῶν, παρέχουσαι τέταρτον μόνον ἑκατοστῆς τόκον. μέμνησο τῆς μδ΄ νεαρᾶς.

Ἅπαντα τὰ εἰρημένα συναλλάγματα ἐπὶ μὲν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας συναινέσει τοῦ πατριάρχου γινέσθωσαν[20]), ὀμνυόντων[21]) τῶν οἰκονόμων καὶ τῶν χαρτουλαρίων, ὡς οὐ περιγράφεται ὁ εὐαγὴς οἶκος περὶ τὸ συνάλλαγμα· ἐπὶ δὲ τῶν λοιπῶν σεπτῶν τόπων[22]) οἱ χαρτουλάριοι αὐτῶν[23]) ἢ οἱ διοικηταὶ τὰ λεχθέντα ποιείτωσαν. ἰστέον δέ, ὅτι εἰ λάβωσί τι οἱ διοικηταὶ καὶ οἱ τούτων συγγενεῖς ἢ ἀγχιστεῖς, κἂν διὰ παρενθέτου προσώπου, περὶ[24]) τὰ εἰρημένα συναλλάγματα, τὸ μὲν πραχθὲν ἀκυροῦται, ἡ δὲ οὐσία τοῦ λαβόντος, καὶ τῶν συγγενῶν καὶ τῶν διοικητῶν, μετὰ τελευτὴν αὐτῶν[25]) προστίθεται τῇ ἐκκλησίᾳ.

Οἱ λοιποὶ εὐαγεῖς οἶκοι καὶ τὰ μοναστήρια κωνσταντινουπόλεως διηνεκῶς ἐμφυτεύουσι μετὰ τῆς λεχθείσης παρατηρήσεως, μειοῦντες τὸ ς΄ μέρος τοῦ κανόνος· τὸ αὐτὸ δὲ κρατεῖ καὶ ἐπὶ τῶν ἐρειπίων. μέμνησο τῆς νε΄ νεαρᾶς καὶ ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. β΄ διάτ. κδ΄.

Ἐὰν εὐαγὴς οἶκος δανειζόμενος ἢ ἐνεχόμενος μὴ δυνηθῇ ἐλευθερωθῆναι τοῦ χρέους ἀπὸ κινητῶν πραγμάτων, δύναται ἐνεχυριάσαι[26]) ἀκίνητον, ἰδικῶς μέντοιγε, ἐπὶ τετάρτῳ μόνον[27]) τόκῳ ἑκατοστῆς. εἰ δὲ μηδὲ[28]) οὕτω πληρώσει τὸ χρέος, ποιεῖ ὑπόμνημα[29]) παρὰ τῷ χειροτονοῦντι μεθ᾽ ὅρκων τῶν διοικητῶν αὐτοῦ ἢ μετὰ συναινέσεως τοῦ πλείονος αὐτῶν μέρους, ὅτι οὐ δυνατὸν λυθῆναι[30]) τὸ χρέος διὰ πραγμάτων κινητῶν, καὶ τότε πρόθεμα τίθεται[31]) ἐπὶ κ΄ ἡμέρας[32]), προτρέπον[33]) τὸν θέλοντα ἀγοράσαι τὸ ἐνέχυρον, καὶ εἶθ᾽ οὕτω[34]) προτιμᾶται ὁ πλεῖον παρέχων τίμημα ἀγοραστής, καὶ τὸ διδόμενον καταβάλλεται τῷ δανειστῇ. ἐὰν δὲ μηδεὶς ἀγοράσῃ τὸ ἐνέχυρον, λαμβάνει αὐτὸ ὁ δανειστὴς ἀντὶ τοῦ χρέους, κατὰ διατίμησιν προστιθεὶς[35]) ι΄ μοῖραν τῆς διατιμήσεως τοῦ διδομένου, λαμβάνων[36]) μέντοιγε κατὰ ἀναλογίαν τῶν εὐπόρων καὶ τῶν ἀπόρων. μέμνησο τῆς μς΄ νεαρᾶς, καὶ μὴ ἐναντιωθῇ σοι τὸ εἰρημένον ἐν τῇ ζ΄ ὁμοίως νεαρᾷ· ἐκαινοτομήθη γὰρ ἐκ τῆς προκειμένης διατάξεως.

Ἐὰν ἐπίσκοπος ἢ διοικητὴς ἐκκλησίας δανείσηται, οὐ δύναται τῇ ἐκκλησίᾳ λογίσασθαι τὰ δανεισθέντα, εἰ μὴ δείξῃ, ὅτι εἰς αὐτὴν ἐδαπανήθησαν· οὐδὲ γὰρ δύναται ὁ δανείσας κινῆσαι πρῶτον κατὰ τῆς ἐκκλησίας.

Οἱ εὐαγεῖς οἶκοι, χωρὶς τῆς μεγάλης ἐκκλησίας κωνσταντινουπόλεως καὶ τοῦ ὀρφανοτροφείου καὶ τῶν πτωχείων[37]) καὶ τῶν ξενώνων καὶ τῆς περιοικίδος αὐτῆς, δύνανται ποιεῖν πρὸς ἀλλήλους ἀνταλλαγάς. μέμνησο

7. Ecclesiae Constantinopoleos etiam supponant rem immobilem ob publica vel necessarias causas, praestaturae tantum quadrantes usuras. Memineris Nov. XLIV.

8. Omnes supradicti contractus in magna quidem ecclesia consensu patriarchae fiant, oeconomis et chartulariis iuramentum praebentibus, venerabilem domum in hoc contractu non circumscribi: in caeteris vero venerabilibus locis chartularii eorum vel administratores praedicta faciant. Sciendum est autem, si quid administratores et cognati eorum vel affines, licet per interpositam personam, in supradictis contractibus acceperint, rescindi, quod actum est, et substantiam accipientis, tam cognatorum quam administratorum, post mortem eorum ecclesiae adiudicari.

9. Reliquae venerabiles domus et monasteria Constantinopoleos perpetuas emphyteuses constituunt sub praedicta observatione, remittentes sextam partem canonis; idem obtinet etiam circa collapsa aedificia. Memineris Nov. LV et legas lib. I Cod. tit. 2 const. 24.

10. Si venerabilis domus pecuniam mutuam acceperit vel obligata sit, nec ex rebus mobilibus a debito sese liberare possit, rem immobilem oppignerare potest, specialiter scilicet, et sub quadrantibus tantum usuris. Quodsi nec sic aes alienum solvere possit, monumentum facit apud ordinatorem iuramento ab administratoribus praestito aut consentiente maiori parte eorum, debitum de rebus mobilibus solvi non posse, et tunc edictum proponitur per viginti dies, quod hortetur eum, qui emere voluerit pignus, et sic denique praefertur emtor, qui maius pretium obtulerit, et quod dedit, creditori solvitur. Quodsi nemo pignus emerit, creditor illud in solutum accipit, si aestimatione facta decimam partem aestimationis eius, quod datur ei, adiecerit, ita quidem, ut partem ex fertilibus, partem ex sterilibus rebus accipiat. Memineris Nov. XLVI, nec contrarium tibi videatur, quod in Nov. VII similiter dictum est: id enim innovatum est per praesentem constitutionem.

11. Si episcopus vel administrator mutuum contrahat, pecunias, quas mutuo accepit, ecclesiae reputare non potest, nisi ostendat illas in rem eius versas esse: nec potest creditor agere primum adversus ecclesiam.

12. Venerabiles domus, praeter magnam ecclesiam Constantinopoleos et orphanotrophium et ptochia et xenones et regionem eius, invicem permutationes facere possunt. Memineris Nov. LV, quae dicit,

20) Cod. *γενέσθ.*
21) Bas. *ὀμνύντων.*
22) Bas. *ἐπὶ δὲ τῶν σεπτῶν οἴκων.*
23) Cod. *αὐτοῦ.*
24) Bas. *παρά.*
25) Bas.: *τοῦ λαβόντος καὶ τῶν διοικητῶν καὶ τῶν συγγενῶν αὐτῶν μετὰ τελ. προστ. τῇ ἐκκλησίᾳ.*
26) Bas. *ἐνεχυράσαι.*
27) Bas. *μόνῳ.*
28) Bas. *μήτε.*
29) Cod. *ποιεῖ* (sic) *ὑπομνημάτων.*
30) Bas. *δοθῆναι.*
31) Bas. *προθεματίζεται.*
32) Bas. *ἡμερῶν.*
33) Bas. *προτρέπων.*
34) Bas. *οὕτως.*
35) Cod. *προτιθείς.*
36) Cod. *λαμβανόντων*, quod in *λαμβάνων* mutavi. Basil. *ὄντος μέντοι*, quod ad *τοῦ διδομένου* referendum est.
37) Cod. *πτωχιῶν.*

τῆς νε' νεαρᾶς εἰπούσης, ὅτι καὶ διηνεκῶς ἐμφυτεύουσιν ἀλλήλοις.

Τὰ περιελθόντα εἰς τοὺς εὐαγεῖς τόπους ἀπὸ βασιλικοῦ οἴκου οὐκ ἐκποιεῖται καθ' οἱονδήποτε τρόπον οὐδὲ ἄλλῳ εὐαγεῖ οἴκῳ. μέμνησο τῆς νε' νεαρᾶς, καὶ ἴσθι, ὅτι τοῦτο ἀναιρεῖ τὸ τέλος τῆς ριθ' ὁμοίως νεαρᾶς.

Τὰ μοναστήρια οὐκ ἐκποιεῖται ἐπὶ ἰδιωτικῇ διαγωγῇ, ἐπεὶ ἐκδικεῖται καὶ ἀποδίδοται[38]*) τοῖς ἰδίοις δεσπόταις. τοῦτο δὲ νόει, ἐὰν ἔχουσι δηλονότι θυσιαστήριον κατὰ τὴν ζ' νεαράν.*

Οἱ διοικηταὶ τῶν εὐαγῶν οἴκων[39]*) καὶ οἱ τούτων ἀγχισταὶ μηδὲ*[40]*) διὰ παρενθέτου προσώπου ἐκλαμβανέτωσαν πράγματα ὄντα ὑπὸ τὴν ἑαυτῶν διοίκησιν, ἐπεὶ ὑφέξουσι τὰς λεχθείσας*[41]*) ἀνωτέρω ποινάς.*

Πᾶς μισθωτὴς ἢ ἐμφυτευτὴς εὐαγοῦς τόπου, χεῖρον ποιῶν τὸ μισθωθὲν ἢ ἐμφυτευθὲν αὐτῷ πρᾶγμα ἢ ἀγνωμονῶν ἐπὶ διετίαν, ἀπαιτεῖται τὸν συμφωνηθέντα κανόνα καὶ ἀποκαθιστᾷ τὴν πρώτην ὄψιν τοῦ πράγματος καὶ ἐκβάλλεται, μηδὲ τὰ ἐμπονήματα ἀπαιτῶν. εἰ δὲ φύγῃ καὶ ἀφανὴς γένηται, γίνεται τὸ ἱκανὸν τῷ[42]*) σεπτῷ οἴκῳ ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτοῦ, μηδὲ λογιζομένων αὐτῷ τῶν ἐμπονημάτων. μέμνησο τῆς ζ' νεαρᾶς, καὶ μὴ ἐναντιωθῇ σοι τὸ κείμενον ἐν τῷ α' βι. τοῦ κώδ. τί. δ' διατ. λβ' καὶ βι. δ' τί. ξς' διατ. β', ὅτι τὰ*[43]*) γ' ἔτη δεῖ ἀναμεῖναι τὴν ἀγνωμοσύνην τοῦ ἐμφυτευτοῦ· περὶ γὰρ παγανικῶν*[44]*) καὶ οὐχὶ ἐκκλησιαστικῶν ἐμφυτεύσεων διαλέγεται*[45]*).*

Αἱ ὀδύσσου καὶ τομέως ἐκκλησίαι δύνανται πωλεῖν τὰ ἀκίνητα αὐτῶν πράγματα ἐπὶ ἀναῤῥύσει αἰχμαλώτων, ἐὰν μέντοιγε ὁ ἐάσας αὐτὰ οὐκ ἐκώλυσεν[46]*) πραθῆναι αὐτά. μέμνησο τῆς κα' διατ. τοῦ β' τί. τοῦ α' βι. τοῦ κώδικος εἰπούσης, ὅτι δύναται γενικῶς καὶ τὰ ἀναθέματα τῶν ἐκκλησιῶν πραθῆναι δι' ἀνάῤῥυσιν αἰχμαλώτων.*

Ἡ ἱεροσολύμων ἐκκλησία τοὺς ἔσω πόλεως οἴκους αὐτῆς καλῶς πωλεῖ ἐπὶ ν' ἔτη, καὶ ἀγοράζει δηλονότι καλλίονας ἐκ τῆς τιμῆς αὐτῶν. ὁμοίως φησὶν ἡ μ' νεαρά.

Μὴ περιερχέσθω[47]*) ἄπορος κτῆσις εἰς εὐαγεῖς οἴκους, ἀλλὰ καὶ ἀζήμιοι μενέτωσαν*[48]*). τούτου χάριν καὶ εἰ ἔδωκάν*[49]*) τι, ἀναλαμβανέτωσαν αὐτὸ ἀναδιδοῦντες*[50]*) τὴν ἄπορον κτῆσιν. ὁμοίως φησὶν ἡ ζ' νεαρά.*

Οὔτε εὔπορον οὔτε ἄπορον κτῆσιν ἀγοράζει ἐξ ἀνάγκης εὐαγὴς τόπος. τοῦτο δέξαι καὶ ἐπὶ παντὸς προσώπου.

Ὁ κατὰ χρῆσιν λαμβάνων ἀκίνητον ἐκκλησιαστικὸν πρᾶγμα διδότω ἄλλο πρᾶγμα ἀντ' αὐτοῦ συντελοῦν τὴν αὐτὴν πρόσοδον, ὥστε μετὰ θάνατον αὐτοῦ περιελθεῖν τὰ δύο πράγματα εἰς τὴν ἐκκλησίαν.

Διὰ μόνην ἀνάῤῥυσιν αἰχμαλώτων πωλοῦνται καὶ ὑποτίθενται τὰ ἱερὰ σκεύη. ὁμοίως φησὶν ἡ ζ' νεαρά. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. β' διάτ. ιζ' καὶ κα'.

posse illas sibi invicem etiam perpetuas emphyteuses constituere.

13. Quae ad venerabiles locos ab imperatoria domo perveniunt, nullo modo alienantur, ne alii quidem venerabili domui. Memineris Nov. LV, et scias, hoc abrogari per finem Nov. CXIX similiter.

14. Monasteria non alienantur in privatorum conversationem: alioquin vindicantur et propriis dominis redduntur. Hoc accipe, siquidem altare habeant, secundum Nov. VII.

15. Administratores venerabilium domuum eorumque affines ne per interpositam quidem personam res conducant, quae sub ipsorum administratione sunt: alioquin poenas supra dictas sustinebunt.

16. Si conductor vel emphyteuta venerabilis loci rem ipsi locatam vel in emphyteusin datam deteriorem reddiderit vel biennio in mora solvendi fuerit, canon ab eo promissus exigitur et pristinum statum rei restituit et expellitur, ne meliorationibus quidem repetitis. Quodsi fugerit vel non apparuerit, venerabili domui ex eius rebus satis fit, meliorationibus ei nequaquam computandis. Memineris Nov. VII, nec tibi contrarium videatur, quod dicitur lib. I Cod. tit. 4 const. 32 et lib. IV tit. 66 const. 2, tres annos sustinendam esse moram emphyteutae: de paganicis enim, non de ecclesiasticis emphyteusibus sermo est.

17. Odessi et Tomeos ecclesiae res suas immobiles ob redemtionem captivorum alienare possunt, scilicet si, qui illas reliquit, venditionem earum non prohibuerit. Memineris const. 21 tit. 2 lib. I Codicis, quae dicit, generaliter etiam sacra vasa ecclesiarum ob redemtionem captivorum vendi posse.

18. Hierosolymorum ecclesia aedes, quas intra urbem habet, recte in L annos vendit, ut praestantiores ex pretio earum emat. Similiter loquitur Nov. XL.

19. Ne perveniat sterilis possessio ad venerabiles domos, sed incolumes maneant. Ideoque et si dederint aliquid, hoc recipiant, reddentes sterilem possessionem. Similiter loquitur Nov. VII.

20. Neque fertilem neque sterilem possessionem venerabilis locus ex necessitate emit. Hoc accipe de qualibet persona.

21. Qui ad usumfructum rem immobilem ecclesiasticam accipit, pro illa aliam rem, quae eundem reditum praestet, exhibeat, ut post mortem eius utraque res ad ecclesiam perveniat.

22. Propter solam redemtionem captivorum sacra vasa venduntur et oppignerantur. Similiter loquitur Nov. VII. Lege lib. I Cod. tit. 2 const. 17 et 21.

---

38) Bas. *ἀποκαθίσταται.*
39) Sic Bas. — Cod. transpositis verbis: *καὶ οἱ τ. ἀ. τῶν εὐαγ. οἴκ.*
40) Bas. *μήτε.*
41) Bas. *ῥηθείσας.*
42) Cod. *τό.*
43) Deest in Basil.
44) Basilica, glossa in textum recepta: *περὶ γαρ ιουστινιων παγανικῶν.*
45) Hoc caput a Graeculo quodam in librum, quem *τας ῥοπάς* vocant, receptum est cap. XXV §. 19.
46) Cod.: *οὐκ ἐκέλευσεν αὐτὰ πραθῆναι αὐτά.* Quod et sic emendari potest: *οὐκ ἐκέλευσε μὴ πραθῆναι αὐτά.*
4 Bas. *παρεχέσθω.*
18 Bas. *μενέτωσαν.*
49) Cod. *δέδωκαν.*
50) Bas. *ἀναδιδόντες.*

Χρεῶν ὑπόντων πωλοῦνται τὰ περιττὰ ἱερὰ[51]) σκεύη, ἐὰν μέντοιγε κινητὰ πράγματα οὐχ ὕπεισιν. ἰστέον δέ, ὅτι τὰ ἱερὰ σκεύη πωλοῦνται ἑτέρῳ εὐαγεῖ οἴκῳ πάντως[52]), ἢ χωνεύονται καὶ τότε πιπράσκονται καὶ ἰδιώτῃ κατὰ τὴν λεχθεῖσαν παρατήρησιν τῶν ἐκποιήσεων. μέμνησο τῆς μς' νεαρᾶς.

Ἐὰν παρὰ τὰ εἰρημένα πραθῇ ἢ ἄλλως ἐκποιηθῇ πρᾶγμα ἐκκλησιαστικόν, ἀναδίδοται μετὰ τῶν καρπῶν αὐτοῦ, καί, εἴ τι ἐδόθη διὰ τὸ συνάλλαγμα, μένει παρὰ τῇ ἐκκλησίᾳ. μέμνησο τῆς ζ' νεαρᾶς.

Ἐὰν ἐμφυτευθῇ τι παρὰ τὰ λεχθέντα ἐκκλησιαστικόν[53]), ἀναδιδότω[54]) μὲν τὸ ἐμφυτευθὲν τῇ ἐκκλησίᾳ, μένει δὲ ὁ ἐμφυτευσάμενος οὐδὲν ἧττον τελῶν ὅπερ ἔδοξε πάκτον. μέμνησο τῆς ζ' νεαρᾶς.

Ἐὰν δωρηθῇ τινι παρὰ τὰ εἰρημένα ἐκκλησιαστικὸν[55]) πρᾶγμα, αὐτὸ μὲν ἀναδίδοται τὸ δωρηθέν, οἱ δὲ καρποὶ αὐτοῦ τῇ ἐκκλησίᾳ ἀποκαθίστανται.

Ἐὰν ὑποτεθῇ τινι[56]) ἐκκλησιαστικὸν πρᾶγμα παρὰ τὰ λεχθέντα, τὸ μὲν ὑποτεθὲν ἀναδίδοται[57]) τῇ ἐκκλησίᾳ, τὸ δὲ χρέος αὐτοῦ ὁ δανειστὴς ζημιοῦται.

Νομικὸς ὑπουργῶν τοῖς παρὰ τὴν προκειμένην διάταξιν γινομένοις συμβολαίοις διηνεκῶς ἐξορίζεται. ἐξεφωνήθη μηνὶ Ἰουλίῳ ἰνδ. ζ' μετὰ τὴν ὑπατείαν Βασιλείου τὸ γ'.

23. Si debitis [ecclesia] sit obnoxia, superflua sacra vasa venduntur, nimirum si res mobiles non subsint. Sciendum autem, quod sacra vasa aut alii omnino venerabili domui venduntur, aut conflantur et sic vel privato venduntur secundum praedictam alienationum observantiam. Memineris Nov. XLVI.

24. Si adversus dicta res ecclesiastica vendita fuerit vel alio modo alienata, cum fructibus eius redditur, et, si quid ob contractum datum sit, hoc apud ecclesiam manet. Memineris Nov. VII.

25. Si adversus dicta res ecclesiastica in emphyteusin data fuerit, emphyteusis quidem ecclesiae restituitur, emphyteuta vero nihilo minus pacto, de quo convenit, obstrictus manet. Memineris Nov. VII.

26. Si cui adversus dicta res ecclesiastica donata fuerit, id, quod donatum est, redditur, et fructus eius ecclesiae restituuntur.

27. Si cui adversus dicta res ecclesiastica obligata fuerit, pignus ecclesiastica obligata fuerit, pignus ecclesiae redditur, et creditor, quod ipsi debetur, amittit.

28. Tabellio, qui instrumentis adversus hanc constitutionem conficiendis ministerium praebet, in perpetuum relegatur. *Data mense Iulio ind. 7 post consulatum Basilii anno III.*

Νεαρὰ ρκα'.

Περὶ τόκων.

Βουλευτὰς δεομένους.

Οἱ κατὰ μικρὸν[1]) καταβαλλόμενοι τόκοι [εἰς][2]) τὸ διπλοῦν συμψηφίζονται, κἂν μὴ καθάπαξ ὑφ' ἓν κατεβλήθησαν. ἀνάγνωθι βι. δ'[3]) τοῦ κώδ. τί. λβ' διατ. ι'[4]) καὶ βι. η' τί. μ' διατ. κθ', καὶ μὴ λάθῃ σε ἡ ρλη' νεαρά.

Novella CXXI.

De usuris.

Decuriones petentes.

1. Usurae per tempora solutae in duplum computantur, etiamsi non universae simul solutae sint. Legas lib. IV Cod. tit. 32 const. 10 et lib. VIII tit. 40 const. 29, nec te lateat Nov. CXXXVIII.

Νεαρὰ ρκβ'.

Ἴδικτον περὶ διατυπώσεως τεχνιτῶν.

Πᾶς τεχνίτης καὶ μισθωτὴς[1]) καὶ ἔμπορος κατὰ τὴν παλαιὰν[2]) διατύπωσιν μισθούτω καὶ πωλείτω· εἰ γάρ τι περιττὸν λάβῃ, ὑποκείσθω[3]) τῇ τοῦ τριπλασίονος ποινῇ. ἀνάγνωθι βι. η' τοῦ κώδ. τί. δ' καὶ ι' διάτ. ιβ'.

Novella CXXII.

Edictum de constitutione artificum.

1. Omnis artifex et conductor et mercator secundum antiquam constitutionem conducat vel vendat; quod si quid amplius acceperit, tripli poenae subiaceat. Lege lib. VIII Cod. tit. 4 et 10 const. 12.

51) Deest in Bas.
52) Bas. transpositis verbis: *πάντως ἑτ. εὐαγ. οἴκῳ.*
53) Bas.: *τι ἐκκλ. παρὰ τὰ λεχθ.*
54) Bas. *ἀναδίδοται.*
55) Bas. *Ἐὰν δὲ δωρηθῇ ἐκκλ.*
56) Bas. *τι*, voce *πρᾶγμα* mox omissa.
57) Cod. ex superiori capite per errorem hic repetit verba: *τὸ δωρηθέν*, quae in Bas. merito desunt.

1) Bas. *μέρος.*
2) Deest in Cod. — Bas. *ἐν τῷ διπλῷ.*
3) Cod. *βι. δ' καὶ ι'.* Ex Bas. correxi.
4) Bas. *κζ'.*

1) Hal. *μισθωτός.*
2) Pro *παλ.* Hal. habet *πρόσοδος.*
3) Hal. *ὑπόκειται.*

Νεαρὰ ρκγ'.

Περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν.

Περὶ διοικήσεως καὶ προνομίων.

Πᾶς ἐπίσκοπος γενέσθω κατὰ ψήφισμα, δηλοῦν, ὡς γράμματα οἶδε καὶ ἄπαις ἐστὶ καὶ ἄγαμος, καὶ ὡς οὐκ ἔχει παλλακὴν οὐδὲ φυσικοὺς παῖδας, καὶ ὡς, εἰ ἔσχε γαμετὴν, παρθένον καὶ μίαν μόνην νομίμως τε καὶ ἐπιτετραμμένην τοῖς θείοις κανόσιν ἠγάγετο. ὁμοίως φησὶν ἡ ϛ' νεαρά. ἀνάγνωθι δὲ καὶ βι. α' τοῦ κώδ. τί. δ' καὶ γ' διάτ. μα' καὶ μζ'.

Ὁ βουλευτὴς ἢ ταξεώτης μὴ γενέσθω ἐπίσκοπος, εἰ μὴ ἄρα πρῶτον ἐμόνασεν ἐπὶ ιε' ἔτη· παρὰ γὰρ τοῦτο εἰ γένηται, ἀποδιδότω τῇ οἰκείᾳ τύχῃ. ὁμοίως φησὶν ἡ ϛ' νεαρά. ἀνάγνωθι δὲ βι. α' τοῦ κώδ. τί. β' διάτ. κα' καὶ νβ'.

Ὁ ἥττων τῶν λε' ἐτῶν οὐ γίνεται ἐπίσκοπος. τοῦτο ἀναιρεῖ ἡ ρλζ' νεαρά, λέγουσα δύνασθαι εἶναι ἐπίσκοπον τὸν ὄντα λ' ἐτῶν.

Βουλευτὴς ἢ ταξεώτης ἐλευθεροῦται τῆς ἰδίας τύχης, δηλονότι ἐὰν τὰς θ' οὐγκίας τῆς ἰδίας περιουσίας ἔδωκε τῇ βουλῇ ἢ τῷ δημοσίῳ. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τι. γ' διάτ. δ' καὶ κζ' καὶ νβ'.

Καὶ λαϊκὸς δύναται ψηφισθῆναι ἐπίσκοπος, κληρούμενος μέντοιγε πρῶτον καὶ ποιῶν γ' μῆνας διδασκόμενος τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν. μέμνησο τῆς ϛ' νεαρᾶς.

Ἐὰν μὴ ἐντὸς ϛ' μηνῶν γένηται τοῦ ἐπισκόπου ψήφισμα ὑπὸ τῶν κληρικῶν, οὓς[1]) θέλῃ ποιεῖ ὁ ὀφείλων χειροτονεῖν κινδύνῳ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. καὶ σημείωσαι.

Ὁ παρὰ τὰ λεχθέντα χειροτονούμενος ἐκπίπτει τῆς χειροτονίας· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ χειροτονῶν παρὰ ταῦτα χωρίζεται τῆς λειτουργίας καὶ προσκυροῦται τῇ ἐκκλησίᾳ ἡ οὐσία αὐτοῦ.

Ἐὰν ὁ μέλλων γενέσθαι ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς κατηγορηθῇ, μὴ χειροτονείσθω πρὸ τῆς ἐξετάσεως· ἀλλ' ἐὰν ἐξετασθῇ τὸ κατ' αὐτόν, καὶ ἡττηθῇ ὁ κατήγορος ἢ ἀπολειφθῇ ἐπὶ γ' μῆνας, ἐξορίζεται, τῶν παραβαινόντων ἐπισκόπων ὑποκειμένων τοῖς αὐτῶν[2]) ἐπιτιμίοις· μέμνησο τῆς ϛ' νεαρᾶς.

Οἱ ἐπίσκοποι προῖκα γινέσθωσαν. ἐὰν γὰρ δοθῇ τι διὰ τὴν χειροτονίαν, καὶ ὁ λαβὼν καὶ ὁ δεδωκὼς καὶ ὁ μεσιτεύσας ἐκπίπτει τῆς ἱερωσύνης, καὶ τὸ δοθὲν τῇ ἐκκλησίᾳ ἁρμόζει, ἐὰν μέντοιγε ὑπὸ χειροτονίαν ἐστίν· εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη ὁ δεδωκὼς τι ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ αἰτίᾳ, διπλᾶ διδότω· πάσης ἀσφαλείας ἀργούσης προφάσει τῆς χειροτονίας, καὶ ἑτέρου τοσούτου τῇ ἐκκλησίᾳ παρεχομένου, ὅσον ἡ ὁμολογία περιέχει τοῦ εἰληφότος αὐτήν. ὁμοίως φησὶν ἡ ϛ' νεαρά. ἀνάγνωθι δὲ καὶ βι. α' τοῦ κώδ. τί. γ' διάτ. λα' καὶ μα'.

Μόνας τὰς περιεχομένας συνηθείας τῇ παρούσῃ διατάξει παρεχέτωσαν οἱ ἐπίσκοποι· εἰ γὰρ πλεῖον τις λάβῃ, ἐν τριπλῷ ἀπαιτεῖται αὐτό.

Ἡ ἐπισκοπὴ λύει ὑπεξουσιότητα, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ δουλικὴν καὶ ἐναπογραφικὴν τύχην. ὁμοίως φησὶν ἡ πα'

1) Malim: ὅν. Sed consentit Bodl.

2) Malim: αὐτοῖς. Cf. *Athanas.* I, 2. (*Heimbach* Ἀνέκδ. I p. 5 lin. 6.)

Novella CXXIII.

De episcopis et clericis.

De gubernatione et privilegiis.

1. Omnis episcopus per decretum fiat, quod significet, literarum eum esse peritum et liberos vel uxorem non habere, nec concubinam naturalesve liberos, et, si habuerit uxorem, hanc virginem duxisse et solam et quam legibus et sacris canonibus ducere liceret. Similiter loquitur Nov. VI. Lege etiam lib. I Cod. tit. 4 (?) et 3 const. 41 et 47.

2. Curialis vel officialis ne fiat episcopus, nisi forte prius quindecim annos inter monachos fuerit: sin praeter haec factus sit, conditioni suae reddatur. Similiter loquitur Nov. VI. Lege autem lib. I Cod. tit. 2 const. 21 et 52.

3. Minor XXXV annis non fit episcopus. Hoc tollit Nov. CXXXI, quae dicit, episcopum esse posse, qui XXX annorum sit.

4. Curialis vel officialis conditione sua liberatur, siquidem novem uncias substantiae suae curiae vel fisco dederit. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 4 et 27 et 52.

5. Etiam laicus episcopus creari potest, ita tamen, ut primum clericus fiat et per tres menses constitutionem ecclesiasticam discat. Memineris Nov. VI.

6. Nisi intra VI menses decretum de episcopo a clericis factum sit, is, qui ordinare debet, quem volet, ordinat periculo animae suae. Et nota hoc.

7. Qui adversus dicta ordinatur, ordinatione excidit; similiter etiam is, qui adversus dicta ordinat, a liturgia removetur eiusque substantia ecclesiae addicitur.

8. Si, qui episcopus vel clericus fieri debet, accusetur, ante examinationem non ordinetur; sed si accusatio eius examinata fuerit, et accusator victus sit vel per tres menses non apparuerit, exilio punitur, episcopis, qui hoc transgressi fuerint, suis poenis subiiciendis. Memineris Nov. VI.

9. Episcopi gratis fiant. Quodsi quid datum sit ob ordinationem, tam qui accepit quam qui dedit vel intercessit, sacerdotio excidit, et quod datum est, ecclesiae cedit, siquidem is sub ordinatione sit: si vero laicus sit, qui ob huiusmodi causam aliquid dederit, duplum praestet: et omnis cautio ordinationis gratia irrita sit, et alterum tantum eius, quod complectitur promissio ordinati, ecclesiae detur. Similiter loquitur Nov. VI. Lege etiam lib. I Cod. tit. 3 const. 31 et 41.

10. Solum eas consuetudines, quae praesenti constitutione continentur, episcopi praestent: quodsi quis plus acceperit, triplum ab eo exigitur.

11. Episcopatus patriam potestatem solvit, nec non servilem et adscriptitiam conditionem. Similiter

νεαρά· προστίθεμεν δὲ ἡμεῖς, ὅτι καὶ βουλῆς ἐλευθεροῖ[3]).

Ἐὰν πρὸ τῆς διατάξεως ἐγένετο ἐπίσκοπος ὁ βουλευτὴς ἢ ὁ ταξεώτης, τῶν μὲν πρώην αὐτοῦ πραγμάτων θ΄ οὐγκίας λαμβάνει ἡ βουλὴ ἢ τὸ δημόσιον, ἐπειδὴ ἐλευθεροῦται τῆς ἑαυτοῦ τύχης. τὰ δὲ κτηθέντα αὐτῷ ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐπισκοπῆς τῇ ἐκκλησίᾳ ἁρμόζει πρὸς ταῖς ἄλλαις γ΄ οὐγκίαις. ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. γ΄ διάτ. νβ΄.

Οἱ ἐπίσκοποι καὶ οἱ μοναχοὶ μὴ γινέσθωσαν ἐπίτροποι ἢ κουράτωρες, κἂν[4]) *θέλωσιν· οἱ δὲ κληρικοὶ δύνανται εἶναι, εἰ βούλονται, μόνον μέντοιγε τῶν ἰδίων συγγενῶν, μὴ προκριματιζόμενοι περὶ ἄλλας κηδεμονίας. ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. γ΄ διάτ. να΄.*

Κληρικὸς μὴ γενέσθω ἐκλήπτωρ μήτε ἀπαιτητὴς δημοσίων μήτε μισθωτὴς μήτε κουράτωρ οἴκου μήτε ἐντολεὺς μήτε ἐγγυητής, ἀλλὰ μόνον τὰ διαφέροντα πράγματα ταῖς ἐκκλησίαις ἢ ἄλλῳ ἑτέρῳ οἴκῳ σεπτῷ ἐκλαμβανέτω ἢ κατὰ μίσθωσιν ἢ κατὰ ἐμφύτευσιν, δηλουμένης αἰτίας ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων. ἀνάγνωθι βι. [*α΄*][5]) *τοῦ κώδ. τί. γ΄ διάτ. β΄ καὶ ς΄ καὶ ιζ΄ καὶ λβ΄.*

Ὁ παρὰ τὰ εἰρημένα ποιῶν, εἰ μὲν ἐπίσκοπός ἐστιν, προσκυροῦται πᾶσα ἡ οὐσία αὐτοῦ τῇ ἐκκλησίᾳ, εἰ δὲ κληρικὸς εἴη, ποινὴν δίδωσιν, ἣν ἂν ὁρίσῃ ὁ τούτου ἐπίσκοπος.

Αἱ ἐκκλησίαι καὶ οἱ λοιποὶ σεπτοὶ οἶκοι καλῶς μισθοῦσι καὶ ἐμφυτεύουσιν ἀλλήλοις, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰδίοις κληρικοῖς χωρὶς τῶν κεκωλυμένων ἐξ αὐτῶν τοῦτο ποιεῖν. ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. β΄ διάτ. ιδ΄ καὶ ιζ΄.

Οἱ πιστεύσαντες κληρικοῖς ἐκλήψεις[6]) *οὐκ εὐθύνουσιν οὔτε αὐτοὺς οὔτε τὰς αὐτῶν οὐσίας.*

Οἱ ἐπίσκοποι καλῶς μαρτυροῦσιν ἐν τῷ ἰδίῳ ἐπισκοπείῳ παρόντων δημοσίων προσώπων καὶ προκειμένων τῶν θείων λογίων. ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. γ΄ διάτ. ζ΄, καὶ μὴ ἐναντιωθῇ σοι τὸ ἐκεῖσε εἰρημένον· φησὶ γάρ[7]), *ὅτι οὐχ ἕλκονται εἰς μαρτυρίαν ἄκοντες οἱ ἐπίσκοποι.*

Χωρὶς θείας κελεύσεως οὐ παρίσταται οὐδὲ διάγεται[8]) *ἐπίσκοπος, κἂν χρηματικὴ* [*κἂν ἐγκληματικὴ*][9]) *εἴη αἰτία· καὶ ἐὰν ἄρχων τοῦτο ποιήσῃ, ἐκπίπτει τῆς ζώνης αὐτοῦ καὶ κ΄ χρυσίου λίτρας παρέχει τῇ ἐκκλησίᾳ, ἧς ὁ ἐπίσκοπος ὑβρίσθη, οἱ δὲ ἐκβιβασταὶ ὁμοίως καὶ αὐτοὶ τῆς ζώνης ἐκπίπτουσιν καὶ βασανιζόμενοι ἐξορίζονται*[10]). *τοῦτο νόει, ὅτε περὶ ἰδικοῦ πράγματος ἐνάγεται· περὶ γὰρ τῶν ἐκκλησιαστικῶν οὐ κατέχεται παντελῶς, ἀλλὰ ὁ οἰκονόμος αὐτοῦ εὐθύνεται, ὡς ὑποκατιοῦσά φησιν ἡ παροῦσα διάταξις. ἀνάγνωθι δὲ βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. γ΄ διάτ. λβ΄ καὶ λς΄ καὶ τί. δ΄.*

Ἐπίσκοπος οὐκ ἀποδημεῖ χωρὶς ἐπιτροπῆς τοῦ ἰδίου πατριάρχου ἢ μητροπολίτου ἢ ἐκτὸς θείας κελεύσεως· ἀλλὰ καὶ εἰ κατὰ[11]) *τὰ εἰρημένα ἐκδημήσει, οὐ δύναται*

loquitur Nov. LXXXI; nos autem addimus, [episcopatum] etiam a curia liberare [?].

12. Si curialis vel officialis ante hanc constitutionem episcopus factus sit, rerum, quas antea habuit, novem uncias curia vel fiscus accipit, quoniam a conditione sua liberatur: quae vero tempore episcopatus acquisivit, una cum reliquis tribus unciis ecclesiae competunt. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 52.

13. Episcopi et monachi ne fiant tutores vel curatores, quamvis voluerint: clerici autem fieri possunt, si voluerint, sed tantum cognatorum suorum, nec inde praeiudicantur circa alias tutelas vel curas. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 51.

14. Clericus ne fiat susceptor nec exactor publicorum nec conductor nec curator domus nec procurator nec fideiussor, sed tantum res, quae ad ecclesias vel ad aliam venerabilem domum pertinent, conducat vel in emphyteusin sumat, causa sub actorum confectione declaranda. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 2 et 6 et 17 et 32.

15. Qui adversus dicta committit, siquidem episcopus sit, omnis eius substantia ecclesiae addicitur, si vero clericus sit, poenam solvit, quam episcopus eius statuerit.

16. Ecclesiae et reliquae venerabiles domus recte sibi invicem locant et emphyteuses constituunt, atque etiam clericis suis, exceptis iis, qui hoc facere prohibentur. Lege lib. I Cod. tit. 2 const. 14 et 17.

17. Qui clericis susceptiones crediderunt, nec ipsos nec substantias eorum conveniunt.

18. Episcopi recte testimonium dicunt in aedibus episcopalibus praesentibus publicis personis et propositis sacris oraculis. Legas lib. I Cod. tit. 3 const. 7, nec tibi contrarium videatur, quod ibi dictum est: scilicet dicitur, ad testimonium dicendum invitos episcopos non trahi.

19. Absque divina iussione neque exhibetur neque ducitur episcopus, sive civilis sive criminalis causa sit; et si praeses hoc fecerit, cingulo suo excidit et XX libras auri ecclesiae, cuius episcopus iniuria affectus est, solvit, et executores quoque similiter cingulo excidunt et tormenta passi relegantur. Hoc intellige, quum ob privatam causam convenitur: de ecclesiasticis enim omnino non tenetur, sed oeconomus eius rationes reddit, sicuti in sequentibus praesens constitutio dicit. Lege vero lib. I Cod. tit. 3 const. 32 et 36 et tit. 4.

20. Episcopus non peregre proficiscitur sine permissione patriarchae sui metropolitaeve vel sine divina iussione; sed et si secundum dicta peregre profe-

---

3) Haec verba: *προστίθεμεν κ. τ. λ.* an *Theodori* sint, valde dubito. Certe secundum Nov. 123 c. 4 dicendum erat, *ὅτι βουλῆς οὐκ ἐλευθεροῖ.*

4) Cod. *ἐάν.*

5) Deest in Cod.

6) Cod. *ἐκλίψεις.*

7) Haec verba: *φησὶ γάρ* in Bodl. desunt.

8) Bodl. *διαδέχεται.*

9) Inclusa in Cod. desunt; addidi ex Bodl.

10) Cod.: *ὁ δὲ ἐκβιβαστὴς ὁμοίως καὶ αὐτὸς μετὰ τῆς ζωῆς ἐκπίπτουσιν καὶ βασανιζόμενοι ἐξορίζονται.* Bodl. *τὸ αὐτὸ καὶ οἱ ἐκβιβασταὶ καὶ βασανισθέντες ἐξορίζονται.* Utrumque vitiosum est. Nov. 123 cap. 8: „*καὶ τοῦ ἐκβιβαστοῦ ὁμοίως μετὰ τὴν τῆς ζώνης ἀφαίρεσιν καὶ βασάνοις ὑποβαλλομένου καὶ ἐν ἐξορίᾳ πεμπομένου.*"

11) Cod. *παρά*, quod falsum esse tam textus Novellae quam quod in nostro sequitur caput demonstrant.

περαιτέρω τοῦ ἐνιαυτοῦ ποιεῖν ἔξωθεν τῆς αὐτοῦ ἐκκλησίας, καὶ εἰ καλούμενος ἀπειθήσει, ἐξωθείσθω. μέμνησο τῆς ϛ΄ νεαρᾶς.

Οἱ παρὰ τὰ λεχθέντα ἀποδημοῦντες ἢ βραδύνοντες ἐπὶ ξένης μήτε δαπάνας χορηγείσθωσαν, ἀλλὰ καὶ μετὰ ὑπόμνησιν ἐκείνου, ὑφ᾽ ὃν τελοῦσι, καλοῦνται ἐμπροθέσμως, ἐφ᾽ ᾧ[12] *και οὕτως ἀπειθοῦντας αὐτοὺς ἐκπεσεῖν τῆς ἐπισκοπῆς καὶ ἄλλους γίνεσθαι ἀντ᾽ αὐτῶν. τὰ δὲ εἰρημένα κρατεῖ καὶ ἐπὶ κληρικῶν. μέμνησο τῆς ϛ΄ νεαρᾶς.*

Οἱ ἀνιόντες ἐν κωνσταντινουπόλει ἐπίσκοποι μηνυέτωσαν τῷ βασιλεῖ διὰ τοῦ πατριάρχου κωνσταντινουπόλεως. μέμνησο τῆς ϛ΄ νεαρᾶς.

Κληρικὸς μὴ ταυλιζέτω[13] *μήτε κοινωνείτω ταυλιστῇ μήτε θεωρείτω τοὺς ταυλίζοντας μήτε μὴν ἄλλην θέαν, ἐπεὶ ἐμβάλλεται ἐπὶ γ΄ ἔτη εἰς μοναστήριον*[14]. *ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. δ΄ διάτ. λδ΄.*

Ἐπίσκοπος ἐξ ἀνάγκης μὴ ἀπολυέτω κληρικόν.

Μηδεὶς ἀκοινώνητος γενέσθω ἐπίσκοπος. εἰ γὰρ γενόμενος γνωσθῇ[15], *ὑποβάλλεται τῇ αὐτῇ*[16] *ποινῇ αὐτὸς καὶ ὁ χειροτονῶν αὐτόν.*

Ἐπίσκοπος μηδένα τυπτέτω ἰδίαις χερσίν.

Ὁ καθαιρεθεὶς ἐπίσκοπος μὴ ἐπιβαινέτω τῇ πόλει ἀφ᾽ ἧς ἐξέπεσεν.

Ὁ ἐμβληθεὶς ἐν τόπῳ κατὰ ἀφορισμὸν ἐπίσκοπος, εἰ ἐξέλθῃ αὐτοῦ, βάλλεται εἰς τὸ μοναστήριον ἄλλης ἐπαρχίας.

Οἱ κληρικοὶ γράμματα γινωσκέτωσαν, καὶ μήτε παλλακὴν μήτε φυσικοὺς παῖδας ἐχέτωσαν, καί, ἐὰν ἤδη ἔσχον, μίαν δὲ μόνην νόμιμον[16b] *γαμετὴν καὶ αὐτὴν ἐκ παρθενίας ἐχέτωσαν. μέμνησο τῆς ϛ΄ νεαρᾶς.*

Πρεσβύτερος ἥττων τῶν λε΄[17] *ἐτῶν μὴ γενέσθω τίς, διάκονος δὲ ἢ ὑποδιάκονος μὴ εἴη ἥττων κε΄ ἐτῶν, ἀναγνώστης μέντοι ιη΄*[18] *ἐνιαυτῶν εἶναι ὀφείλει, ἡ δὲ*[19] *διακόνισσα μ΄ ἐτῶν γενέσθω. ἀνάγνωθι τὴν ρλζ΄ νεαράν, λέγουσαν, ὅτι λ΄ ἐτῶν ὀφείλει εἶναι ὁ πρεσβύτερος.*

Ὅσα εἴρηται ἀνωτέρω περὶ τῶν κατηγορούντων κληρικοῦ χειροτονουμένου, ταῦτα κρατεῖ καὶ ἐπὶ τῶν καταλεγόντων ἐπισκόπων[20].

Οὐ γίνεταί τις διάκονος, εἰ μὴ ὁμολογήσῃ, ὅτι δύναται ἄγαμος μεῖναι· ᾧτινι χειροτονουμένῳ οὐδὲ φυλαχθῆναι δύναται ὁ γάμος, ἀλλὰ καὶ εἰ φυλάξει αὐτῷ ὁ ἐπίσκοπος τὸν τοιοῦτον γάμον, ἐκπίπτει τῆς ἐπισκοπῆς.

Ἀναγνώστης μὴ δευτερογαμείτω. ὁ[21] *μὴ ὡς εἴρηται γαμῶν οὐ προκόπτει. μέμνησο τῆς ϛ΄ νεαρᾶς.*

Κἂν κληρωθῇ βουλευτὴς ἢ ταξεώτης, ἀποδίδοται τῇ οἰκείᾳ τύχῃ, εἰ μὴ ἄρα τὸν προειρημένον χρόνον ἐμόνασεν· ὃς οὐδὲ γαμεῖν δύναται, κἂν γένηται ἀναγνώστης.

ctus sit, non potest ultra annum extra ecclesiam suam facere, et, si citatus non obtemperaverit, eiicitur. Memineris Nov. VI.

21. Qui adversus dicta peregre proficiscantur vel longius in extera regione commorantur, iis nec sumtus suppeditantur, et per citationem eius, cui subsunt, intra statutum tempus evocantur, ita ut, si vel sic non obtemperaverint, episcopatu excidant, et alii in eorum locum sufficiantur. Quae dicta sunt, etiam in clericis obtinent. Memineris Nov. VI.

22. Episcopi, qui Constantinopolin veniunt, imperatori sese indicent per patriarcham Constantinopoleos. Memineris Nov. VI.

23. Clericus ne ludat tabula, nec commercium habeat cum eo, qui tabula ludit, nec spectatum eat tabula ludentes vel aliud spectaculum; alioquin in triennium in monasterium coniicitur. Lege lib. I Cod. tit. 4 const. 34.

24. Episcopus coactus ne dimittat clericum.

25. Excommunicatus ne fiat episcopus. Etenim si ita factus esse intelligatur, ipse et is, qui eum ordinavit, eidem poenae subiicitur.

26. Episcopus neminem pulset propriis manibus.

27. Episcopus deiectus ne ingrediatur urbem, ex qua pulsus est.

28. Episcopus, qui exilii causa in aliquem locum coniectus est, si ab eo recedet, in monasterium alius provinciae coniicitur.

29. Clerici literas cognoscant, nec concubinam vel naturales liberos habeant, et, si iam habuerint uxorem, unam tantum et legitimam et hanc ex virginitate copulatam habeant. Memineris Nov. VI.

30. Presbyter ne fiat, qui minor est XXXV annis, nec diaconus vel subdiaconus minor XXV annis sit, lector autem XVIII annorum esse debet, denique diaconissa fiat, quae XL annorum est. Lege Nov. CXXXVII, quae dicit, presbyterum XXX annorum esse debere.

31. Quae supra dicta sunt de iis, qui episcopos accusant, haec etiam obtineant in his, qui clericum ordinandum accusant. (?)

32. Non fit diaconus, nisi qui se promiserit sine uxore vivere posse: nec potest ei, si ordinatus fuerit, matrimonium reservari, sed si matrimonium ei episcopus reservaverit, episcopatu excidit.

33. Lector secundas nuptias ne contrahat. Qui nuptias non ita, sicuti dictum est, contraxerit, ad superiorem gradum non ascendit. Memineris Nov. VI.

34. Licet in clerum allectus sit decurio vel cohortalis, tamen conditioni suae redditur, nisi forte supra memoratum tempus monachus vixerit: is tamen

---

12) Cod. *ἀφ᾽ ᾧ.*
13) Bodlei. *ταβλίζειν* scribit. Eadem scripturae varietas est apud *Athanasium* (*Heimb.* *Ἀν.* I p. 7 not. 59 sqq.) et passim.
14) Bodl. *ἐν μοναστηρίῳ.*
15) Bodl. *ὁ γὰρ γενόμενος.*
16) Verba *τῇ αὐτῇ* in Bodl. desunt. — Caeterum totum hoc caput aut insigniter corruptum esse puto, aut nescio, quomodo hunc sensum ex Nov. 123 cap. 11 elicere *Theodorus* potuerit.
16b) Cod. *νομίμην.*
17) Textus Novellae *τριάκοντα* habet. Sic et *Athanasius* I, 2 (*Heimbach* *Ἀν.* I p. 8).
18) Vide *Heimbach* *Ἀν.* I p. 8 not. 98.
19) Cod. *εἰ δὲ ἡ.*
20) Haec, ni fallor, corrupta sunt. Legendum videtur: *Ὅσα εἴρηται ἀνωτέρω ἐπὶ τῶν καταλεγόντων* (quod et ipsum vix recte habet) *ἐπισκόπων ταῦτα κρατεῖ καὶ περὶ τῶν κατηγ. κληρ. χειρ.*
21) Cod. *εἰ.*

ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. γ΄ διάτ. ιβ΄ καὶ ιζ΄ καὶ κα΄ καὶ νβ΄.

Κληρικὸς, εἰ γένηται λαϊκὸς, τῇ βουλῇ δίδοται. ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. γ΄ διάτ. γ΄ καὶ δ΄ [22]).

Οἱ χειροτονηθέντες βουλευταὶ πρὸ τῆς διατάξεως λειτουργείτωσαν χρηματικῶς διὰ ὑποκαταστάτων [23]). *ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. γ΄ διάτ. ιβ΄ καὶ κα΄.*

Οἱ χειροτονούμενοι μηδὲν διδότωσαν εἰς συνήθειαν ὑπερβαίνουσαν τὰ διάρια αὐτῶν ἑνὸς ἐνιαυτοῦ. ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. γ΄ διάτ. γ΄ καὶ μα΄.

Πᾶς κληρικὸς παραμενέτω τῇ ἰδίᾳ ἐκκλησίᾳ.

Ὁ μετιὼν εὐαγῆ φροντίδα μηδὲν ὑπὲρ αὐτῆς ἀπαιτείσθω [24]), *ἀλλὰ καὶ εἰ λάβῃ τὶς παρ᾽ αὐτοῦ διὰ τοῦτο τίποτε, ὑπόκειται ταῖς προειρημέναις ποιναῖς.*

Δοῦλος εἰδήσει καὶ σιωπῇ τοῦ δεσπότου χειροτονούμενος, ἐλευθεροῦται· πλὴν εἰ γένηται κοσμικὸς, καταδουλοῦται. ἐαν δὲ ἐν ἀγνοίᾳ τοῦ δεσπότου χειροτονηθῇ, ἕλκεται εἰς δουλείαν, ἐντὸς ἐνιαυτοῦ μέντοιγε. καὶ σημείωσαι, ὅτι κληρικοῦ ἐμνήσθη μόνον· εἰ γὰρ μονάσῃ ὁ δοῦλος, ἐντὸς γ΄ ἐτῶν ἕλκεται εἰς τὴν ἰδίαν τύχην. ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. γ΄ διάτ. λς΄ καὶ λζ΄.

Ὁ ἐναπόγραφος [25]) *καλῶς χειροτονεῖται ἐν τῷ ἰδίῳ χωρίῳ καὶ παραγνώμην τοῦ δεσπότου αὐτοῦ· πλὴν ὑπόκειται τῇ γεωργίᾳ. ἀναγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. γ΄ διάτ. ις΄.*

Ὁ εὐκτήριον [26]) *κτίσας δύναται καὶ κληρικοὺς αὐτοῦ* [27]) *προβαλλεσθαι, ἐπιτηδείους μέντοιγε· εἰ γὰρ ἀνεπιτηδείους ὁρίσει* [28]), *ἀλλάσσει αὐτοὺς ὁ ἐπίσκοπος. μέμνησο τῆς νζ΄ νεαρᾶς.*

Οἱ κληρικοὶ παραμενέτωσαν ταῖς ἐκκλησίαις τὰς τούτων θείας λειτουργίας πληροῦντες.

Πᾶς χειροτονηθεὶς ἄχρι τῶν ψαλτῶν κληρικὸς νοεῖται, καὶ εἰ κτήσεταί τι, ὡς CASTERSιον PECULιον *αὐτὸ ἔχει. ὅθεν καὶ διατίθεται ἐπ᾽ αὐτῷ, κἂν ὑπεξούσιός ἐστιν· εἰ γὸρ ἀδιάθετος τελευτήσῃ, οἱ ἀνιόντες καὶ οἱ κατιόντες διαδέχονται αὐτόν. ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. γ΄ διάτ. λγ΄.*

Ἐαν πρεσβύτερος ἢ διάκονος ψευδομαρτυρήσῃ, εἰ μὲν χρηματική ἐστιν ἡ αἰτία, χωρίζεται ἐπὶ γ΄ ἔτη τῆς λειτουργίας καὶ εἰς μοναστήριον βάλλεται, εἰ δὲ ἐγκληματικὴ εἴη, γυμνοῦται τοῦ ἀξιώματος τοῦ κλήρου καὶ νομίμως τιμωρεῖται. τὰ δὲ αὐτὰ κρατεῖ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν κληρικῶν. ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. γ΄ διάτ. η΄.

Ὁ ἔχων τὶ κατὰ κληρικοῦ ἢ μοναχοῦ διδασκέτω τὸν ἐπίσκοπον αὐτῶν καὶ τὸ πρᾶγμα ἐξεταζέτω. καὶ εἰ κρίνῃ τὰ ἀρέσκοντα τοῖς μέρεσιν ὁ ἐπίσκοπος, ὀφείλει ὁ ἄρχων ἐκβιβάσαι τὰ ἀπὸ τῆς καταδίκης· εἰ δὲ ἐν τῶν μερῶν ἀντείπῃ τῇ κρίσει τοῦ ἐπισκόπου ἐντὸς τῶν ὡρισμένων τῇ διατάξει ι΄ ἡμερῶν, ἀναψηλαφάτω αὐτὴν ὁ τῆς ἐπαρχίας ἡγούμενος, καὶ εἰ μὲν κυριώσῃ αὐτήν, ἰσχυέτω καὶ μὴ ὑποκείσθω ἐγκλήτῳ, εἰ δὲ μέμψεται αὐτήν, ψηφίσεται αυτὸς ὁ ἄρχων ὡς ἂν νομίσοι, εἰδὼς ὅμως, ὅτι ἡ

uxorem ducere non potest, licet lector fiat. **Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 12 et 17 et 21 et 52.**

35. Clericus, si laicus fiat, curiae traditur. **Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 3 et 4.**

36. Curiales, qui ante hanc constitutionem ordinati sunt, munera pecuniaria per substitutos obeant. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 12 et 21.

37. Qui ordinantur, ne praebeant consuetudinem, quae excedat eorum diaria unius anni. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 3 et 41.

38. Omnis clericus apud ecclesiam suam maneat.

39. Ab eo, qui religiosam curam ambit, nihil ob eam exigatur, et si quis propterea aliquid ab illo acceperit, supradictis poenis subiacet.

40. Servus, qui sciente et tacente domino ordinatur, liber fit: sed si saecularis factus sit, in servitutem revocatur. Si vero ignorante domino ordinatus fuerit, in servitutem vindicatur, scilicet intra annum. Et nota, quod clerici tantum mentio facta sit; nam si monachus factus sit servus, intra triennium ad fortunam suam retrahitur. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 36 et 37.

41. Adscriptitius recte ordinatur in praedio suo vel invito domino: sed agro colendo obnoxius manet. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 16.

42. Qui oratorium aedificavit, potest etiam clericos eius creare, idoneos nimirum: nam si non idoneos delegerit, episcopus eos mutat. Memineris Nov. LVII.

43. Clerici apud ecclesias maneant et sacras earum liturgias peragant.

44. Quilibet ordinatus usque ad psaltas clericus esse intelligitur, et si quid acquisiverit, hoc tamquam castrense peculium habet. Unde etiam de eo testatur, licet sub potestate sit: si tamen intestatus moriatur, ascendentes et descendentes ei succedunt. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 33.

45. Si presbyter vel diaconus falsum testimonium dixerit, si quidem civilis causa sit, ad tres annos a liturgia removetur et in monasterium conlicitur; sin criminalis sit, clericali dignitate privatur et legitime punitur. Eadem obtinent etiam in reliquis clericis. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 8.

46. Qui aliquid adversus clericum vel monachum habet, episcopum eorum de ea re certiorem faciat, isque rem examinet. Et si placuerint partibus, quae episcopus iudicavit, praeses sententiam exsequi debet; si vero una pars iudicio episcopi contradixerit intra decendium a constitutione praefinitum, provinciae praeses eam retractet: et si eam confirmaverit, valeat illa et appellationi non subiaceat; sin autem vituperaverit eam, ipse praeses sententiam feret, quae

---

22) Cod. *βι. γ΄ τοῦ κώδ. τί. γ΄ καὶ* — (sic!)

23) Cod. *ὑποκαταστῶν.*

24) *Athanas.: προῖκα τοῦτο πραττέτω.* Quod *Heimbach* *Ἀν.* I p. 9 sic vertit: *„gratis hoc facito.“* Male: nam *φρόντισμα προῖκα πράττειν* est *„munus suscipere, ut nihil pro eo solvat.“*

25) Cod. *ἐναπογράφος.*

26) Bodl. *εὐκτήριον οἶκον.*

27) Bodl. *αὐτῷ.*

28) Bodl. *ἐπιτηδείους· μήτοιγε ἀνεπιτηδείως ὁρίσωτο. τούτους ἀλλ. ὁ αὐτοῦ ἐπίσκ.*

ψῆφος αὐτοῦ ἐγκλήτῳ ὑπόκειται. ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. γ΄ διάτ. λβ΄ καὶ λς΄, καὶ τί. δ΄ διάτ. η΄ καὶ κθ΄, καὶ μέμνησο τῆς οθ΄ καὶ πγ΄ νεαρᾶς.

Ἡ κατὰ τῆς ψήφου τοῦ ἐκ βασιλικῆς ἢ δικαστικῆς κελεύσεως ἐπισκόπου δικάζοντος διδομένη ἔγκλητος τῷ παραπέμψαντι αὐτὴν ἀνάγεται. ἀνάγνωθι βι. γ΄ τοῦ κώδ. τί. α΄ διάτ. ιη΄, ἔνθα γενικῶς εἴρηται, ὅτι ἡ ἔγκλητος ἐπὶ τὸν δεδωκότα τὸν δικαστὴν ἀνατρέχει.

Εἰ κληρικὸς ἐγκληματικῶς ἐνάγεται ὑπὸ ἐπισκόπου καὶ ἐλεγχθῇ, καθαιρεῖται, καὶ τότε τιμωρεῖται παρὰ τῷ προσφόρῳ δικαστῇ· εἰ δὲ ὁ ἄρχων ἐξ ἀρχῆς ἐξετάσας εὕρῃ αὐτὸν ἔνοχον, δηλούτω τῷ ἐπισκόπῳ αὐτοῦ τὰ πεπραγμένα, καὶ εἰ συναινέσῃ ὁ ἐπίσκοπος, τιμωρείσθω αὐτὸν ὁ ἄρχων μετὰ καθαίρεσιν, εἰ δὲ ἀντείπῃ ὁ ἐπίσκοπος, δηλούτω τῷ βασιλεῖ ὁ ἄρχων ἅμα αὐτῷ, ἀσφαλιζομένου τοῦ κληρικοῦ νομίμως δηλονότι. μέμνησο τῆς πγ΄ νεαρᾶς.

Ἐὰν χρηματικῇ αἰτίᾳ ὑπόκειται κληρικὸς καὶ ὑπερτίθεται ὁ ἐπίσκοπος δικάσαι αὐτῷ, ἐναγέσθω παρὰ τῷ ἄρχοντι ἐκτιθέμενος ὁμολογίαν ἐνυπόθηκον ἄνευ ὅρκου· εἰ δὲ ἐγκληματικῶς κατηγορεῖται, ὑπὸ τὴν νομίμην ἀσφάλειαν γένηται. ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. γ΄ διάτ. β΄ καὶ τί. δ΄ [29] *διάτ. η΄ καὶ θ΄ καὶ μέμνησο τῆς πγ΄ νεαρᾶς.*

Ἐπὶ ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς ὑποθέσεσιν ὁ ἐπίσκοπος μόνος κρινέτω. ὁμοίως φησὶν ἡ πγ΄ [30] *νεαρά.*

Ἐπίσκοποι πρὸς ἀλλήλους τι ἔχοντες δικαζέσθωσαν παρὰ τῷ μητροπολίτῃ, καὶ ἐὰν μὴ ἐμμείνωσι τῇ κρίσει αὐτοῦ, δικάζονται παρὰ τῷ πατριάρχῃ, καθ᾽ οὗ ἔγκλητος οὐκ ἐπιδίδοται. τὰ αὐτὰ δὲ κρατεῖ, κἂν κληρικὸς ἐπισκόπῳ ἢ μητροπολίτῃ ἐνάγει. ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. γ΄ διάτ. λβ΄ καὶ λς΄.

Οὔτε μητροπολίτης οὔτε ἐπίσκοπος ἀπαιτεῖται ἐγγύην οὐδὲ ὁμολογίαν ὑπὲρ τῆς δίκης, κἂν ἐνάγεται.

Ὁ λογοθέτης τῶν εὐαγῶν τόπων ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου λογοθετεῖται, καὶ δίδωσιν ἃ χρεωστεῖ εὐθέως· εἰ δὲ μετὰ τὴν καταβολὴν νομίσει ἀδικεῖσθαι ἑαυτόν, ἐπικαλείσθω μείζονα ἐπίσκοπον. τὰ δὲ εἰρημένα περὶ αὐτοῦ κρατεῖ καὶ ἐπὶ τοῦ κληρονόμου [31] *αὐτοῦ.*

Ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς εὑρισκόμενος ἐν τῷ βυζαντίῳ παρὰ μόνοις τοῖς ἐπάρχοις ἢ τοῖς θείοις δικασταῖς ἐνάγεται, εἰ μὴ ἄρα προκάταρξις γέγονε κατ᾽ αὐτοῦ ἐν τῇ ἰδίᾳ πόλει. ἀνάγνωθι βι. α΄ τί. γ΄ διάτ. κε΄ καὶ λβ΄.

Ὅπου ἡ προκάταρξις γέγονεν [32]*, ἐκεῖ καὶ τὸ πέρας τῆς δίκης γυμνάζεται. ὁμοίως φησὶ βι. γ΄ τοῦ κώδ. τί. ιγ΄ διάτ. δ΄.*

Οἱ ἀποκρισιάριοι οὐκ ἐνάγονται ὑπὲρ τῶν πεμψάντων αὐτούς, εἰ μὴ ἄρα ἀπὸ μόνου τοῦ ἐναγομένου παρ᾽ αὐτῶν κατὰ τὸ ἔνταλμα τοῦ στείλαντος αὐτοὺς ἢ ἐξ ὧν αἰτιῶν συνήλλαξαν. τοῦτο δὲ κρατεῖ καὶ ἐπὶ τῶν πρεσβευόντων ἐπισκόπων, τῶν χρονίων παραγραφῶν μὴ βλαπτομένων ἐκ τῆς τοιαύτης ἀποδημίας.

Οἱ κληρικοὶ καὶ οἱ μοναχοὶ καὶ δι᾽ ἑαυτῶν [καὶ δι᾽

ei placuerit, sciturus tamen, sententiam eius appellationi subiacere. Legas lib. I Cod. tit. 3 const. 32 et 36 et tit. 4 const. 8 et 29, et memineris Nov. LXXIX et LXXXIII.

47. Appellatio adversus sententiam episcopi oblata, qui ex iussu imperatoris vel iudicis iudicavit, ad eum refertur, qui causam illi mandavit. Lege lib. III Cod. tit. 1 const. 18, ubi generaliter dicitur, appellationem ad eum redire, qui iudicem dederit.

48. Si clericus criminaliter conveniatur apud episcopum et crimen probatum sit, deponitur, et tunc a competente iudice punitur. Quodsi praeses ab initio causam examinaverit illumque crimini obnoxium invenerit, episcopo eius acta communicet, et, si consenserit episcopus, praeses puniat illum post depositionem, sin contradixerit episcopus, praeses cum eo ad imperatorem referat, clerico scilicet legitimae cautioni subiiciendo. Memineris Nov. LXXXIII.

49. Si pecuniariae liti clericus obnoxius est et episcopus iudicium ferre differt, apud praesidem conveniatur et cautionem pigneraticiam absque iureiurando exponat; si vero criminaliter accusatur, sub legitima cautione fiat. Legas lib. I Cod. tit. 3 const. 2 et tit. 4 const. 8 et 9, et memineris Nov. LXXXIII.

50. In ecclesiasticis causis episcopus solus iudicet. Similiter loquitur Nov. LXXXIII.

51. Episcopi, qui secum invicem litem habent, coram metropolita iudicium subeant, et si sententiae eius non voluerint stare, a patriarcha iudicium ferunt, adversus quem non datur appellatio. Idem obtinet et si clericus episcopum vel metropolitam conveniat. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 32 et 36.

52. Neque a metropolita neque ab episcopo fideiussio vel cautio pro lite exigitur, licet conveniatur.

53. Rationalis venerabilium locorum episcopo suo rationes reddit, et confestim dat, quae debet; quodsi post numerationem sese iniuriam passum esse putet, ad maiorem episcopum provocet. Quod de ipso dictum est, etiam in herede eius obtinet.

54. Episcopus vel clericus, qui Byzantii reperitur, solum apud praefectos vel sacros iudices convenitur, nisi forte iis cum eo in urbe sua contestata est. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 25 et 32.

55. Ubi lis contestata est, ibi etiam finis liti imponendus est. Similiter loquitur lib. III Cod. tit. 13 const. 4.

56. Apocrisiarii non conveniuntur eorum nomine, qui eos miserunt, nisi forte ab hoc tantum, qui secundum mandatum eius, qui illos misit, ab iis conventus est, vel eorum nomine, quae contraxerunt. Hoc obtinet etiam in episcopis legatis; temporalibus praescriptionibus ex eorum absentia nullum praeiudicium patientibus.

57. Clerici et monachi sive per se sive per pro-

29) Cod. *α΄*, quod omnino corrigendum erat. Sed et reliquis numeris corruptela quaedam inesse videtur.
30) Cod. *γ΄*.
31) Cod. *κλήρου*, quod ferri vix poterat.
32) Bodl. *ὅπου γὰρ ἡ προκ. γέγ. κατ᾽ ἐκείνου, ἐκεῖ κ. τ. λ.* Idem haec praecedenti capiti adiungit.

ἐντολέων] ἐνάγονται[33]*), ἀνυβρίστως ὑπομνησκόμενοι δηλονότι παρὰ τοῖς ἐπισκόποις. καὶ μέμνησο τῆς οθ' καὶ πγ' νεαρᾶς.*

Ὁ παραβαίνων τὴν προκειμένην διάταξιν δικαστὴς ἢ ἐκβιβαστὴς τῆς ζώνης αὐτοῦ γυμνοῦται ζημιούμενος ε' λίτρας χρυσίου, καὶ βασανιζόμενος ἐξορίζεται· εἰ δὲ ὁ ἄρχων ῥαθυμήσῃ τὰς εἰρημένας ποινὰς ἐπαγαγεῖν, μηνυέτω βασιλεῖ ὁ ἐπίσκοπος.

Πᾶς κληρικὸς ὑπὲρ οἱασδήποτε αἰτίας ἐναγόμενος διδότω σπόρτουλα δ' κεράτια, [ἢ νόμισμα,] ἔνθα[34]*) παρηκολούθησε κέλευσις. σημείωσαι, ὅτι πολλῶν αἰτιαθέντων καὶ ὑπομνησθέντων ὑπὲρ μιᾶς αἰτίας ἓν καὶ τὸ αὐτὸ μόνον σπόρτουλον δίδοται.*

Ἐὰν ἐν ἀγοραίῳ συμβολαίῳ [20] *ἢ ἐν ἰδιοχείρῳ ἢ ἐν ὑπογραφῇ ἀργυροπρατικῶν* [21] *λογοθεσίων καταθῆταί* [22] *τις χρεωστεῖν, ἐνέχεται καὶ αὐτὸς* [23] *καὶ οἱ κληρονόμοι αὐτοῦ ταῖς* PERSONAL*ίαις ἀγωγαῖς· ταῖς γὰρ ὑποθηκαρίαις οὐ κατέχεται, εἰ μὴ ἄρα καὶ τοῦτο ἔδοξεν* [24]*.*

Novella CXXXVI.

De argentariorum contractibus.

Qui ex corpore.

1. Si argentarius fideiussorem acceperit vel mandatorem vel pecuniae constitutae reum, si quidem nihil convenerit, locum habet constitutio, quae dicit, reos principales, si adsint et solvendo sint, teneri; si vero convenerit, ut prius adversus fideiussorem agat, valet pactum, et si quis adversus dicta fecerit, X libris auri mulctatur et vitae periculum sustinet. Memineris Nov. IV et legas lib. VIII Cod. tit. 40 const. 23 et 28.

2. Cuilibet licet propria iura contemnere. Lege lib. II Cod. tit. 3 const. 29.

3. Si quis ex argentariis militet aut liberos suos militare fecerit, secundum praesumtionem ex alienis pecuniis militias comparasse videtur; ideoque tacite obligatae sunt pro his, quae debent, nisi forte militiae illae ex ipsorum substantia vel ex maternis liberorum bonis vel ex principali liberalitate ad eos pervenisse ostendantur. Sciendum scilicet, si qui argentariis debitores sint, et non habeant unde debitum persolvant, cogi eos, ut militias suas dent ac conferant. Memineris Nov. LIII et XCVII.

4. Si argentarius pecuniam crediderit ad rem aliquam emendam, potiorem habet hypothecam in re emta, si probaverit eam pecuniis suis comparatam esse, scilicet si hypothecae mentio facta sit in contractu; sin autem sine scripto crediderit et ornamenta aut pecuniam aut argentum aut alias res hoc modo dederit, vindicat eas, licet hypothecam non habeat, et omnibus, qui hypothecam habent, praefertur. Lege lib. VIII Cod. tit. 13 const. 17 et 27.

5. Argentarii, licet sine scripto contractum ineant, besses usuras citra stipulationem exigere possunt. Notes hoc, quod singulare sit in argentariis; citra stipulationem enim usurae non dantur, licet pacto convenerit, sicuti dictum est lib. IV Cod. tit. 32 const. 3.

6. Si quis in publico instrumento vel in idiochiro vel rationibus argentariorum subscribendo debere se confessus sit, tam ipse quam heredes eius personalibus actionibus conveniuntur; hypothecariis autem non convenitur, nisi et hoc placuerit. Caete-

---

1) Bas. *συνεφωνήθη.*
2) Bas. *καὶ κατά.*
3) In Bas. *πρῶτον* deest.
4) Deest in Basil.
5) Bas. *τί. μαʹ διάτ. καʹ. κγʹ.*
6) Bas. *καὶ στρατεύσῃ τοὺς παῖδας αὐτοῦ.*
7) Bas. *δέ.*
8) Bas. *οὐκ ἀναγκάζονται εὐποροῦντες.*
9) Bas. *τό.*
10) Bas. *τοὺς χρεώστας διὰ στρ.*
11) Verba *καὶ συναγαγεῖν* in Basil. desunt.
12) Basilica huic capiti commentariolum *Theodori* nomine insignitum praemittunt, quem etiam, quasi *Theodori* sit, *Heimbachius* Ἀν. I p. 237 inter fragmenta *Theodori* recepit. Verum enimvero et interpretandi et dicendi ratio in commentariolo illo observata a *Theodoro* aliena, imo alienissima est. Ego illum alius interpretis, puta *Philoxeni*, esse crediderim; scholia nempe et nomina auctorum iis indita nonnunquam in Basilicis conturbata sunt. Vide *Heimbach* l. l. p. 244 not. 97.
13) Bas. *ἀγοραστοῦ.*
14) Bas. *μέντοι.*
15) Bas. *τοιουτότροπα.*
16) Bas. *ὑποθήκας.*
17) Sic Bas. Cod.: *κζʹ.*
18) Bas. *διμοιραῖον.*
19) Negationem eiiciendam esse censuit *Fabrotus*. Male.
20) Deest in Basil.
21) Bas. *ἀργυροπρατῶν.*
22) Bas. *καταθῆται.*
23) Bas. *οὗτος.*
24) Bas. *συνέδοξεν.*

πλὴν δίμοιρον [25]) *τόκον ἀπαιτεῖται, κἂν μὴ ὥρισε τὸ ποσόν, μνήμην μόνον ἐνθεὶς* [26]) *ἐν τῷ ἐγγράφῳ περὶ τόκων.*

Ἐάν τις ἐν ἀργυροπρατικῷ συμβολαίῳ ἢ ἐν λογοποιΐᾳ [27]) *τὴν αἰτίαν ἐγγράφει* [28]) *τοῦ δανείσματος* [29]), *οὐ δύναται* [29 b]) *ἀπαιτεῖν τὸν δανείσαντα τὰς τῶν αἰτιῶν ἀποδείξεις, ἀλλὰ μόνον ὅρκον αὐτῷ ἐπάγει πρὸ* [30]) *συμπληρώσεως τῶν χρόνων τῆς ἀναργυρίας. ἀνάγνωθι βι. δ' τοῦ κώδ. τί. λ' διάτ. ιγ' καὶ βι. η' τί. λθ' διάτ. γ' περὶ τῆς αἰτίας· περὶ δὲ τοῦ ὅρκου τὸ ἐναντίον φησὶν ἡ ιδ' διάταξις τοῦ [αὐτοῦ βιβλίου καὶ τίτλου. ἐξεφωνήθη] μηνὶ μαρτίῳ* [31]) *μετὰ τὴν ὑπατείαν βασιλείου τὸ ις'.*

rum besses usurae ab eo exiguntur, licet quantitatem earum non definiverit, sed solum mentionem usurarum in scriptura fecerit.

7. Si quis in instrumento argentariorum vel in rationibus causam crediti inscribat, a creditore causarum probationes exigere non potest, sed tantum iusiurandum ei deferre potest ante impletum tempus exceptionis non numeratae pecuniae. Lege lib. IV Cod. tit. 30 const. 13 et lib. VIII tit. 39 const. 3 de causa [debendi]: de iureiurando autem contrarium dicit const. 14 [eiusdem libri et tituli. *Data*] *mense Martio post consulatum Basilii anno XVI.*

Νεαρὰ ρλζ'.
Περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν.
Εἰ [1]) *τοὺς πολιτικοὺς νόμους.*

Οἱ κληρικοὶ καὶ οἱ πρῶτοι τῆς πόλεως προκειμένων τῶν θείων [2]) *εὐαγγελίων ἐπὶ γ' προσώπων τὸ ψήφισμα ποιείτωσαν τῶν ἐπισκόπων, ὀμνύοντες* [3]) *ὡς οὐ διὰ δόσιν οὐδὲ δι' ἄλλην τινὰ προσπάθειαν ἐπελέξαντο* [4]) *αὐτούς, ἀλλ' ὡς εἰδότες* [5]) *αὐτοὺς ὄντας τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας καὶ σεμνοῦ βίου καὶ ὑπὲρ τὰ λ' ἔτη, καὶ ὡς οὐδὲ γαμετὴν οὐδὲ* [6]) *παῖδας ἔσχον, ἀλλ' ὅτι καί, εἰ* [7]) *ἔσχον γαμετήν, μίαν μόνον* [8]) *ἐκ παρθενίας οἴδασι καὶ οὐ χήραν οὐδὲ διαζευχθεῖσαν ἀνδρός, ἀλλὰ καὶ τοῖς κανόσιν ἤτοι τοῖς νόμοις μὴ ἀπηγορευμένην, καὶ ὅτι οὐ ταξεωτικῆς οὔτε βουλευτικῆς τύχης εἰσίν, εἰ μὴ ἄρα τὰ ιε' ἔτη ἀνελλιπῶς ἐποίησαν εἰς τὸ μοναστήριον* [9]). *καὶ τότε, εἰ σχῇ ὅλα ταῦτα τὸ* [10]) *ἐπὶ τῶν ἐπιλεγόντων τριῶν ἀνδρῶν ψήφισμα, γενέσθω εἷς ἐξ αὐτῶν ἐπίσκοπος, ὃν ἂν ἐπιλέξηται ὁ χειροτονῶν αὐτόν. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. γ' διάτ. μα' καὶ μζ'· μέμνησο δὲ τῆς ς' καὶ ρκγ'* [11]) *νεαρᾶς.*

Ὁ χειροτονούμενος ἐπίσκοπος λίβελλον πρῶτον [12]) *διδότω τῆς ἰδίας πίστεως, καὶ ἐπαγγελλέτω* [13]) *τὰς εὐχάς, καὶ ὀμνύτω* [14]) *μηδὲν δοῦναι μήτε μὴν ἐπαγγείλασθαι παρασχεῖν τινι* [15]) *ὑπὲρ τῆς χειροτονίας.*

Ἐάν τι [16]) *παρὰ τὰ εἰρημένα γένηται, τότε καὶ ὁ γενόμενος ἐπίσκοπος καὶ ὁ χειροτονήσας αὐτὸν ἐκβάλλονται τῆς ἐκκλησίας.*

Novella CXXXVII.
De episcopis et clericis.
Si civiles leges.

1. Clerici et primi civitatis praepositis sanctis evangeliis in tribus personis suffragia ferant de episcopis, iurantes se neque ob donum aut aliam affectionem eos elegisse, sed quod scirent, eos esse catholicae ecclesiae et sanctae vitae annisque XXX maiores, neque aut uxorem aut liberos habuisse, vel etiam, si uxorem habuerint, unam tantum a virginitate eos novisse, nec viduam aut a marito separatam, neque canonibus aut legibus prohibitam, neque cohortalis vel curialis fortunae eos esse, nisi forte XV annos continuos in monasterio fecerint; et tunc, si haec omnia contineat decretum, quod de electis tribus viris factum est, unus ex iis episcopus fiat, quem elegerit qui eum ordinat. Legas lib. I Cod. tit. 3 const. 41 et 47; memineris vero Nov. VI et CXXIII.

2. Ordinandus episcopus primum libellum suae fidei exhibeat, precesque adnuntiet, et iuret se nihil dedisse aut cuiquam promisisse daturum pro electione.

3. Si quid praeter dicta factum fuerit, tunc et qui episcopus factus est, et qui eum ordinavit, ecclesia eiiciuntur.

---

25) Cod. *διμοίριον.*
26) Cod. *ἐνθείσας.*
27) Cod. *λοποιΐᾳ.* Basil.: *Ἐάν τις ἀργυροπράτης συμβόλῳ ἢ ἐν λογοπ.*
28) Bas. *ἔγραψεν.*
29) Bas. *δανείου.*
29 b) Cod. *δύνανται.*
30) Bas. *ἐπάγαγειν περί.*
31) Cod. *ἡ ιδ' διάταξις τοῦ μηνὸς μαρτίου.* Excidisse quaedam plus quam manifestum est: ea num recte suppleverim, tu ipse videas.
1) Cod. *εἰς.*
2) Bodl. *ἁγίων.*
3) Bodl. *ὀμνῦντες.*
4) Cod. *ἐπιλέξαντο.*
5) Bodl. *ἰδόντες.*
6) Bodl. *οὔτε — οὔτε.*
7) Bodl. *εἰ καί.*
8) Bodl. *μόνην.*
9) Bodl. *εἰς μοναστήρια.*
10) Cod. *τω.*
11) Cod. *κγ'.*
12) Bodl. *πρότερον.*
13) Bodl. *ἀπαγγ.*
14) Bodl. *ὀμνυέτω.*
15) Bodl. *μηδὲν δοῦναι ἢ παρασχεῖν τί τινι.*
16) Deest in Bodl.

Ἐὰν κατηγορηθῇ ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι ὡς ἀνεπιτήδειος, ἀναβαλλέσθω τέως ἡ χειροτονία, καὶ προβαινέτω ἡ ἐξέτασις παρόντος τοῦ ἀντιδίκου ἢ ἀπόντος ἐντὸς γ΄ μηνῶν, καὶ κωλυέσθω ἡ χειροτονία. καὶ ἐὰν [17] εὑρεθῇ ὁ χειροτονούμενος ὑπαίτιος κατὰ νόμους ἢ κανόνας, κωλυέσθω· εἰ γὰρ ἀνεύθυνος εὑρεθῇ, χειροτονεῖται· εἰ δὲ χειροτονηθῇ παρὰ τὰ εἰρημένα, καὶ αὐτὸς καὶ ὁ χειροτονῶν αὐτὸν τῆς ἐκκλησίας ἐκβάλλονται. ἐὰν δὲ ὁ κατήγορος παρὼν μὴ δείξῃ, ἃ διεβεβαιώσατο, ἢ καὶ [18] ἀπολειφθῇ, εἰ μὲν κληρικός ἐστιν, τῆς ἐκκλησίας ἐκβάλλεται, εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη [19]), δεόντως σωφρονίζεται [20]). μέμνησο τῆς ς΄ καὶ ρκγ΄ νεαρᾶς.

Μία γενέσθω σύνοδος κατ᾽ ἔτος ἢ τῷ ἰουνίῳ ἢ τῷ σεπτεμβρίῳ μηνί, καὶ ζητείσθω τὰ κανονικά. τοῦτο δὲ καὶ διὰ παντὸς καλόν ἐστι κατερευνᾶν. μέμνησο τῆς ρκγ΄ νεαρᾶς.

Τὰς εὐχὰς ἐκβοάτω ὁ ἱερεὺς ἔμπροσθεν παντὸς τοῦ λαοῦ.

Ἐφίεται καὶ τοῖς ἄρχουσιν ἐκβιβάζειν τὰ εἰρημένα καὶ μηνύειν, ἐπεὶ τιμωροῦνται ἐσχάτως μετὰ τῆς τάξεως αὐτῶν.

Ἡ παροῦσα διάταξις βεβαιοῖ τὰς πρὸ αὐτῆς διατάξεις. ἐξεφωνήθη μετὰ τὴν ὑπατείαν βασιλείου τὸ ις΄.

4. Si ordinandus accusatus fuerit tanquam non idoneus, ordinatio interim differatur, et inquisitio procedat praesente adversario vel absente intra tres menses, atque ordinatio inhibeatur. Et si ordinandus inveniatur obnoxius secundum leges vel canones, prohibeatur; sin innoxius inveniatur, ordinatur; si vero praeter dicta ordinatus fuerit, et ipse et qui eum ordinavit ecclesia eiiciuntur. Sed si accusator praesens non probaverit, quae affirmavit, vel non apparuerit, siquidem clericus sit, ecclesia eiicitur, si vero laicus sit, competenter castigatur. Memineris Nov. VI et CXXIII.

5. Una celebretur synodus in quoque anno vel Iunio vel Septembri mense, et [ibi] examinentur canonicae causae. Hoc tamen omni tempore examinare bonum est. Memineris Nov. CXXIII.

6. Preces pronuntiet sacerdos coram universo populo.

7. Permittitur etiam praesidibus dicta exsequi et de iis referre; alioquin ultimo supplicio afficiuntur cum officio suo.

8. Praesens constitutio confirmat constitutiones ante ipsam datas. ***Data post consulatum Basilii anno XVI.***

Νεαρὰ ρλη΄.

Περὶ βασιλικῆς ἑρμηνείας, καὶ περὶ [τοῦ] [1]) τοὺς καταβαλλομένους τόκους κατα μέρος τὸ διπλοῦν μὴ ὑπερβαίνειν.

Βασιλικὴ κρίσις περὶ τοῦ εἰς τὸ διπλοῦν ῥέοντος τόκου [2]).

Ἡ παροῦσα διάταξις δηλοῖ, ὅτι καὶ [3]) οἱ κατὰ μέρος καταβαλλόμενοι τόκοι τὸ διπλοῦν τοῦ χρέους οὐχ ὑπερβαίνουσιν. μέμνησο τῆς ρκα΄ νεαρᾶς, καὶ ἀνάγνωθι βι. δ΄ τοῦ κώδ. τί. λβ΄ διάτ. κζ΄· ὑφεξῄρηται [4]) δὲ τὸ κείμενον ἐν τῇ ρξ΄ νεαρᾷ περὶ τῶν τόκων τῶν πολιτικῶν χρημάτων.

Πᾶσα θεία καὶ [5]) βασιλικὴ ἑρμηνεία ἰσχὺν ἔχει νόμου. ἀνάγνωθι βι. α΄ τοῦ κώδ. τί. ιδ΄ διάτ. α΄ καὶ θ΄ καὶ ια΄ καὶ ιβ΄.

Novella CXXXVIII.

De principali interpretatione, et ut usurae, quae per partes solvuntur, duplum non excedant.

Sententia principalis de usuris ad duplum cumulatis.

1. Praesens constitutio significat, usuras, quae per partes solvuntur, duplum debiti non excedere. Memineris Nov. CXXI, et legas lib. IV Cod. tit. 32 const. 27; exceptum autem est, quod in Nov. CLX dictum est de usuris pecuniarum publicarum.

2. Omnis sacra et principalis interpretatio vim legis habet. Lege lib. I Cod. tit. 14 const. 1 et 9 et 11 et 12.

---

17) Bodl. εἰ.
18) Deest in Bodl.
19) Bodl. ἐστι.
20) Bodl. addit: καὶ ἐπὶ τρεῖς μῆνας ἐξορίζεται.
1) Deest in Cod. tam hic quam supra in indice.
2) Haec verba aut secundam inscriptionem continere videntur, aut verborum initialium huius Novellae, quae latina est, satis corruptam versionem. *Haloander* nihil eiusmodi habet.
3) Deest in Basil.
4) Basil. ὑπεξῄρηται.
5) Deest in Basil.

Νεαρὰ ρλθ'.

Περὶ συγχωρήσεως ἀθεμιτογαμιῶν.

Ἀπὸ δεήσεως συνεχωρήθη τοῖς σιδωνίοις καὶ τοῖς ἑβραίοις τύρου ἡ ἤδη προϋπάρξασα αὐτοῖς ἀθεμιτογαμία, ὥστε μηδὲ τὸν γάμον λυθῆναι, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὄντας αὐτοῖς ἢ ἐσομένους παῖδας γνησίους εἶναι, παρεχομένων μέντοιγε ὑπὲρ τῆς τοιαύτης συγχωρήσεως ἀνὰ ι' λιτρῶν χρυσίων. πλὴν τοῦ λοιποῦ ἀπηγόρευται ἄλλοις τισὶν αἰτῆσαι τὰ παραπλήσια πώποτε[1]). ὁ γὰρ ἔτι συγχώρησιν ἀθεμιτογαμίας αἰτῶν ἐκπίπτει τῆς ἰδίας οὐσίας καὶ σωματικὰς ὑφέξει ποινὰς διηνεκῶς ἐξοριζόμενος. μέμνησο τῆς ιβ' νεαρᾶς, καὶ ἴσθι, ὅτι ἡ παροῦσα διάταξις τοπική ἐστιν.

Novella CXXXIX.

De remissione incestarum nuptiarum.

1. Ob supplicationem remissae sunt Sidonensibus et Hebraeis Tyri, quas iam ante contraxerant, incestae nuptiae, ita ut nec solvatur matrimonium et liberi, quos habent vel habituri sunt, legitimi sint, datis pro hac remissione X libris auri. Sed de caetero aliis vetitum est, similia unquam petere; qui enim adhuc remissionem incestarum nuptiarum petierit, substantia sua excidit et corporales poenas sustinebit in perpetuum relegandus. Memineris Nov. XII, et scias, hanc constitutionem localem esse.

Νεαρὰ ρμ'.

Περὶ τοῦ κατα συναίνεσιν λύειν τὸν γάμον, ὅτι ἐκ συναινέσεως γάμος λύεται[1]).

Γάμον σεμνότερον[2]).

Δυνατὸν καὶ ἐκ συναινέσεως γάμον λύεσθαι, τῶν ἠπειλημμένων ποινῶν ἀνῃρημένων. πλὴν χρεία πρὸς τῇ συναινέσει καὶ ῥεπουδίου. μέμνησο τῆς ριζ' καὶ τῆς ρλδ' νεαρᾶς.

Ἡ παροῦσα διάταξις ἐπικυροῖ τὰς ἐγκειμένας αἱρέσεις καὶ τοὺς ἐμφερομένους ἄλλους τρόπους ἐν τῇ διατάξει τῇ κα'[3]) περὶ ῥεπουδίου διαλεγομένῃ. ἐξεφωνήθη ἐπὶ τοῦ πρώτου ἔτους ἰουστινιανοῦ[4]) τοῦ εὐσεβεστάτου.

Novella CXL.

De solutione matrimonii, quae consensu fit, [ut consensu matrimonium solvi possit.]

Nuptiis decentius.

1. Potest etiam consensu matrimonium solvi, poenis indictis abrogatis. Sed praeter consensum etiam repudio opus est. Memineris Nov. CXVII et CXXXIV.

2. Praesens constitutio confirmat conditiones et reliquos modos, qui in constitutione XXI (?) de repudio tractante relati sunt. *Data primo anno Iustiniani piissimi.*

Νεαρὰ ρμα'.

Περὶ STUPROU.

Τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας.

Οἱ μὴ κατὰ μετάνοιαν καὶ προσαγγελίαν ἑαυτοὺς ἀποστήσαντες τῶν ἀσέμνων ἀσελγειῶν πικρότερον τιμωροῦνται. ἀνάγνωθι βι. θ' τοῦ κώδ. τί. θ' διάτ. λ'.

Novella CXLI.

De stupro.

Dei humanitate.

1. Qui non poenitentes et denuntiantes se desistunt ab impia lascivia, gravius puniuntur. Lege lib. IX Cod. tit. 9 const. 30.

Νεαρὰ ρμβ'.

Περὶ τῶν εὐνουχιζόντων.

Αἱ παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν βεβασιλευκότων.

Ὁ εὐνουχίζων τινὰ πρὸς ταῖς περιεχομέναις[1]) τοῖς νόμοις[2]) ποιναῖς, εἰ μὲν ἄῤῥην ἐστί[3]), δημεύεται[4]) καὶ

Novella CXLII.

De his, qui eunuchos faciunt.

Quae ab his, qui ante nos imperatores fuerunt.

1. Qui aliquem eunuchum facit, praeter poenas legibus comprehensas, si quidem vir est, publicatur

---

1) Cod. πόποτε.

1) Haec verba: ὅτι ἐκ συν. κ. τ. λ. male a margine in textum irrepsisse crediderim. Etenim σημείωσιν i. e. notam marginalem saptuat.

2) Cod. σεμνότερος.

3) Emendatione hic locus indiget. Sed quomodo emendem, dubius sum. Fortassis legendum κβ', fortassis legendum πα, quod significat παλαιά.

4) Legendum: ἰουστίνου. Idem σφάλμα infra recurrit in rubrica Nov. CLXIV.

1) Cod. τοῖς περιεχομ.

2) Cod. τοῖς νό (sic). — Bas.: τῷ νόμῳ.

3) Haec verba: εἰ — ἐστὶ in Basil. collocata sunt ante illa: πρὸς ταῖς κ. τ. λ.

4) Bas. καὶ δημ.

εἰς γύψον[5]) διηνεκῶς ἐξορίζεται· εἰ δὲ γυνὴ εἴη, τιμωρεῖται καὶ διηνεκῶς ἐξορίζεται. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. μβ' διάτ. α' καὶ β'.

Οἱ εὐνουχισθέντες ἐλευθεροῦνται, καὶ οὐ καταδουλοῦνται κατά τινα τρόπον οὔτε ἀπὸ συμβολαίου οὔτε ἐξ ἀνακρίσεως.

Ὁ ὑπάρχων[6]) τῷ εὐνουχίζοντι ὁμοίως αὐτῷ τιμωρεῖται.

Δοῦλος εὐνουχισθεὶς διὰ πάθος ἐλεύθερος ἔστω, καὶ εἰ κατασχῇ τις αὐτὸν ἢ δουλαγωγήσῃ, προνοίᾳ βασιλικῇ ἢ ταξεωτικῇ ἐκδικεῖται.

Ἡ παροῦσα διάταξις κρατεῖ ἀπὸ τῆς νέας ι' ἰνδικτιῶνος. ἐξεφωνήθη μηνὶ δεκεμβρίῳ ἔτει λβ' τῆς βασιλείας ἰουστινιανοῦ μετὰ ὑπατείαν βασιλείου τὸ ιζ'.

et Gypsum in perpetuum deportatur: si vero femina sit, punitur et in perpetuum relegatur. Lege lib. I. Cod. tit. 42 const. 1 et 2.

2. Qui castrati sunt, liberi fiunt, nec in servitutem revocantur aliquo modo neque ex instrumento neque ex anacrisi.

3. Qui castranti auxilium fert, perinde punitur.

4. Servus, qui ob morbum castratus est, liber sit, et si quis eum detinuerit vel in servitutem traxerit, providentia imperatoris vel officii vindicatur.

5. Praesens constitutio valet a nova X indictione. *Data mense Decembri anno XXXII imperii Iustiniani post consulatum Basilii anno XVII.*

Νεαρὰ ρμγ'.

Περὶ γυναικὸς ἁρπαγείσης.

Νόμου ἑρμηνείαν.

Ὁ ἁρπάζων γυναῖκα μνηστευθεῖσαν[1]) ἢ ὕπανδρον ἢ τὴν μὴ τοιαύτην ἢ χήραν κεφαλικῶς[2]) τιμωρεῖται μετὰ τῶν συνοδευσάντων[3]) αὐτῷ ἐν τῇ ἐφόδῳ. ἀνάγνωθι βι. θ' τοῦ κώδ. τί. ιγ' διάτ. α'.

Τὴν ἁρπαγὴν τῆς βιασθείσης ἐκδικοῦσιν οἱ γονεῖς καὶ οἱ ὁμαίμονες[4]) καὶ οἱ ἐπίτροποι καὶ οἱ κουράτωρες αὐτῆς, μάλιστα εἰ γεγάμηται ἢ μεμνήστευται[5])· τότε γὰρ οὐ μόνον ἁρπαγή, ἀλλὰ καὶ μοιχεία πλημμελεῖται. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. γ' διάτ. νγ', καὶ σημείωσαι ὅτι μοιχεία καὶ ἐπὶ μνήστης[6]) τρακταΐζεται.

Ἐκδικείτωσαν αἱ ἁρπαγεῖσαι γυναῖκες[7]) τὰ πράγματα τῶν ἁρπαζόντων[8]) αὐτάς, τῆς[9]) προικὸς μέντοιγε τῷ ἀνδρὶ παρεχομένης. ἀνάγνωθι τὴν ρν' νεαράν.

Μὴ γαμείσθω ἡ ἁρπαγεῖσα τῷ ἁρπάσαντι[10]) αὐτήν, ἀλλὰ καὶ εἰ συναινέσωσι[11]) τῷ τοιούτῳ συνοικεσίῳ οἱ γονεῖς αὐτῆς, δεπορτατεύονται. ἀνάγνωθι βι. θ' τοῦ κώδ. τί. ιγ' διάτ. α' καὶ νεαρὰν ρν'.

Ἐὰν ἡ ἁρπαγεῖσα ἀσπάσηται[13]) τὸν τοῦ ἁρπάσαντος[14]) αὐτὴν γάμον, κἂν οἱασδήποτε αἱρέσεως ἢ ἡλικίας εἴη, μὴ συναινούντων τῶν γονέων αὐτῆς παραχρῆμα, οὐ λαμβάνει τὶ[15]) τῶν τοῦ ἀνδρὸς πραγμάτων, ἀλλ' ὁ μὴ συναινέσας γονεύς, κἂν μήτηρ εἴη, λαμβάνει αὐτά· NEFARIOς[16]) γάρ ἐστιν ὁ τοιοῦτος γάμος. εἰ δὲ οἱ γονεῖς αὐτῆς ἐτελεύτησαν ἢ μετὰ ταῦτα συνῄνεσαν, τότε FIScοῦται[17]) ἡ οὐσία τοῦ ἁρπάσαντος αὐτήν, οὐ μὴν ἀλλὰ

Novella CXLIII.

De muliere raptum passa.

Legis interpretationem.

1. Qui feminam, desponsatam vel maritatam vel non huiusmodi feminam vel viduam rapit, capitaliter punitur cum his, qui eum in aggressione comitati sunt. Lege lib. IX Cod. tit. 13 const. 1.

2. Raptum eius, quae vim passa est, parentes vindicant, et qui eiusdem sanguinis sunt, et tutores curatoresve eius, maxime si maritata vel desponsata sit; tunc enim non tantum raptus, sed etiam adulterium committitur. Lege lib. I Cod. tit. 3 const. 53, et nota, adulterium etiam in sponsa tractari.

3. Raptae mulieres bona raptorum vindicent, dote scilicet marito praestanda. Lege Nov. CL.

4. Rapta ne nubat raptori suo: sed et si consenserint huiusmodi nuptiis parentes eius, deportantur. Lege lib. IX Cod. tit. 13 const. 1 et Nov. CL.

5. Si rapta amplectatur raptoris sui nuptias, cuiuscunque conditionis vel aetatis sit, parentibus non confestim consentientibus, nihil capit ex viri bonis, sed parens, qui non consensit, licet mater sit, ea accipit: nefariae enim sunt huiusmodi nuptiae. Si vero parentes eius mortui sint vel postea consenserint, tunc publicatur substantia raptoris eius

---

5) Cod. γῆψον.
6) An ὑπουργῶν;
1) Hal. μνησθεῖσαν.
2) Hal. νομίμως.
3) Hal. addit: ἢ βοηθησάντων.
4) Cod. ὁμαίμοι. Sed aut ὅμαιμοι scribendum fuit, aut recipienda Basilicorum lectio ὁμαίμονες.
5) Sic Bas. — Cod.: εἰ μνηστευται. Sed fortasse legendum est: εἰ μεμνήστευται.
6) Bas. μνηστῆς.
7) Deest apud Hal. et in Bas.
8) Hal. ἁρπασάντων.
9) Apud Hal. deest.
10) Hal et Bas. ἁρπάζοντι.
11) Hal. et Bas συναινέσουσι.
12) Hal. ἐξορίζονται. Bas. περιορίζονται.
13) Hal. ἁρπάσηται.
14) Hal. et Bas. ἁρπάζοντος.
15) Deest apud Hal.
16) Hal. et Bas. ἀθέμιτος.
17) Hal. et Bas. εἰσκομίζεται.

καὶ τὰ αὐτῆς [18]) πράγματα [19]). μέμνησο τοῦ τέλους τῆς ρκγ' νεαρᾶς, καὶ ἀνάγνωθι βι. θ' τοῦ κώδ. τί. ιγ' διάτ. α'. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἰουνίῳ βασιλείας ἔτει λς' μετὰ τὴν ὑπατείαν βασιλείου τὸ ιβ'.

nec non ipsius mulieris bona. Memineris Nov. CXXIII in fine, et legas lib. IX Cod. tit. 13 const. 1. *Data mense Iunio imperii anno XXXVI post consulatum Basilii anno XII.*

Νεαρὰ ρμδ'.
Περὶ σαμαρειτῶν.

Οἱ σαμαρεῖται οὐ κληρονομοῦσιν ἐκ διαθήκης οὔτε ἐξ ἀδιαθέτου, οὐ μὴν ἀλλ' οὔτε λεγάτα λαμβάνουσιν οὔτε δωρεάς, ὥσπερ οὔτε οἱ ἄλλοι αἱρετικοί, κἂν προσποιοῦνται εἶναι χριστιανοί. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. ε' διάτ. ζ', καὶ μέμνησο τῆς ρκθ' νεαρᾶς· ἀνῄρηται γάρ.

Ἔξεστι τοῖς σαμαρείταις διδόναι ὅσα θέλουσι κατὰ διαθήκας καὶ ληγατεύειν καὶ δωρεῖσθαι τοῖς οὖσι πίστει καὶ ἔργῳ χριστιανοῖς. εἰ δὲ μὴ ὑπείη αὐτοῖς διάδοχος χριστιανός, δημεύεται ἡ οὐσία αὐτῶν μετὰ τελευτήν. ἡ γὰρ παροῦσα διάταξις ἀναιρεῖ τὴν πρὸ αὐτῆς διάταξιν. μέμνησο τῆς ρκθ' [νεαρᾶς] [1]) καὶ ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. ε' διάτ. ιγ' καὶ ιη' καὶ ιθ'.

Οἱ γεωργοί, κἂν σαμαρεῖταί εἰσιν, διατίθενται καὶ λεγατεύουσι τοῖς ἀνιοῦσι καὶ κατιοῦσι καὶ τοῖς ἐκ πλαγίου αὐτῶν, κἂν σαμαρεῖται εἰσίν, καὶ αὐτοὶ μέντοιγε εἰ γεωργοὶ ὦσιν καὶ ὑπὸ δεσποτείαν τελοῦσιν. ὅθεν καὶ ἐξ ἀδιαθέτου ἀλλήλους διαδέχονται· εἰ δὲ τελευτήσωσιν οἱ τοιοῦτοι μὴ ἔχοντες διάδοχον, λαμβάνει τὴν οὐσίαν αὐτῶν ὁ ἴδιος δεσπότης.

Μὴ στρατευέσθω σαμαρείτης μήτε μεταχειρίσθω πολιτικὸν φρόντισμα, οὐ μὴν ἀλλὰ μηδὲ συνηγορείτω μήτε συνεδρευέτω μήτε συνιστάσθω [2]) μήτε παιδευέτω. εἰ δὲ ἐν προσχήματι χριστιανοῦ τις γένηται τῶν εἰρημένων καὶ μετὰ ταῦτα φανῇ τὰ αὐτὰ θρησκεύων, δημεύεται καὶ διηνεκῶς ἐξορίζεται. ἰστέον δέ, ὅτι ταῖς ποιναῖς ὑπόκεινται καὶ οἱ προϊστάμενοι τῶν τοιούτων κατὰ χριστιανῶν. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. ε' διάτ. ιβ' καὶ ιδ' καὶ ιη' καὶ κα' [3]).

Οἱ σαμαρεῖται γενόμενοι χριστιανοὶ δύο ἔτη κατηχείσθωσαν· εἰ δὲ νέοι εἰσίν, οὐ δέονται τῆς παραφυλακῆς ταύτης. ἐξεφωνήθη ἐπὶ τοῦ ζ' ἔτους βασιλείας ἰουστινιανοῦ.

Novella CXLIV.
De Samaritis.

1. Samaritae non succedunt ex testamento neque ab intestato, neque etiam legata accipiunt neque donationes, quemadmodum nec reliqui haeretici, licet se christianos praedicaverint. Legas lib. I Cod. tit. 5 const. 7, et memineris Nov. CXXIX: haec scilicet abrogata est.

2. Permissum est Samaritis quae voluerint testamento relinquere vel legare vel donare iis, qui fide et actu Christiani sunt. Sin autem successorem Christianum non habeant, substantia eorum post mortem publicatur. Scilicet praesens constitutio eam, quae ante data est, tollit. Memineris Nov. CXXIX, et legas lib. I Cod. tit. 5 const. 13 et 18 et 19.

3. Agricolae, licet Samaritae sint, heredes relinquunt vel legatarios ascendentes suos et descendentes et ex latere venientes, si vel Samaritae sint, si tamen et hi agricolae sint et domino subsint. Ideoque etiam ab intestato sibi invicem succedunt; sin autem eiusmodi personae sine successore decesserint, substantiam eorum dominus capit.

4. Samarita ne militet neve civilem curam suscipiat, neve etiam advocatus fiat vel assessor vel [inter rhetores] referatur vel [adolescentes] instituat. Si quis tamen Christianum se esse simulans huiusmodi quid factus sit et postea visus fuerit in priori cultu remanere, publicatur et in perpetuum relegatur. Sciendum est autem, quod iisdem poenis subiacent etiam ii, qui eiusmodi personis adversus Christianos patrocinium praestant. Lege lib. I Cod. tit. 5 const. 12 et 14 et 18 et 21.

5. Samaritae, qui Christiani fiunt, per biennium catechumeni esse debent: si vero iuvenes sint, hac observatione non indigent. *Data VII anno imperii Iustiniani.*

Νεαρὰ ρμε'.
Περὶ τοῦ δουκὸς ἢ βιοκωλύτου [1]) λυκαονίας καὶ λυδίας.

Τοῖς ἀεὶ παρεμπίπτουσιν.

Ἐξῄρηται ἑκατέρα φρυγία καὶ πισσιδία τῆς τοῦ δουκὸς ἤγουν βιοκωλύτου δικαιοδοσίας, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν ταξεωτῶν αὐτῶν, ποινῆς ἐπικειμένης λ' λιτρῶν χρυσίου.

Novella CXLV.
De duce sive biocolyta Lycaoniae et Lydiae.

His quae semper incidunt.

1. Utraque Phrygia et Pisidia exemta est a iurisdictione ducis sive biocolytae nec non officialium eorum, sub poena XXX librarum auri.

---

18) Cod. αὐτῆς.
19) Hal. addit: τῷ δημοσίῳ.
1) Deest in Cod.

2) Hoc certe brevius dictum est pro „ἐν ῥήτορσι συνιστάσθω."
3) Cod. καὶ κβ' καὶ κα'.
1) Cod. βιοκωλύτου.

Ἄρχει ἕκαστος ἐπαρχειώτης ἄρχων λυκαονίας καὶ λυδίας καὶ μόνον μία χρυσίου λίτρα [2]).

Τοῖς πολιτικοῖς ἄρχουσιν αἱ τρεῖς ἐπαρχίαι ὑπόκεινται καὶ εἰς τὰ ἐγκλήματα. οἱ γὰρ πολιτικοὶ ἄρχοντες μὴ ἐπεξιόντες [3]) *τοῖς λῃσταῖς καὶ ἅρπαξι, παρέξουσι τὰς ζημίας τοῖς ἀδικηθεῖσιν οἴκοθεν, κἂν ἔτι ἄρχουσι κἂν τῆς ἀρχῆς ἤδη ἐπαύσαντο.*

Ὁ βιοκωλύτης μὴ κωλύσῃ τι τῶν ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου γινομένων, ἐπεὶ εἴργων αὐτὸν λ' λίτρας χρυσίου προστιμᾶται μετὰ τῶν ὑπουργησάντων αὐτῷ, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκπίπτει κινδυνεύων περὶ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ. ἐξεφωνήθη μηνὶ φεβρουαρίῳ ἔτει λε' τῆς βασιλείας ὑπατείᾳ βασιλείου τὸ ιγ'.

2. [Dux sive biocolyta] solum Lycaoniae et Lydiae praeest. (?)

3. Dictae tres provinciae civilibus praesidibus subsunt etiam quod ad crimina attinet. Civiles enim praesides, si non persequantur latrones et raptores, ex propriis damna iniuriam passis resarcient, sive adhuc praesides sint sive praesidatum deposuerint.

4. Biocolyta ne quid inhibeat, quod ab episcopo fit; alioquin si eum impediat, XXX libris auri mulctatur cum officialibus suis, et magistratu excidit et circa substantiam suam periclitatur. *Data mense Februario anno XXXV imperii Consule Basilio XIII.*

Νεαρὰ ρμϛ'.

Περὶ τοῦ ἀναγινώσκειν τοὺς ἑβραίους τὰς γραφὰς ἑλληνιστὶ καὶ ἑβραϊστί, καὶ περὶ ἀναιρέσεως τῆς δευτερώσεως, καὶ περὶ τῶν μὴ ὁμολογούντων κρίσιν ἢ ἀνάστασιν ἢ τοὺς ἀγγέλους κτίσμα θεοῦ εἶναι.

Ἐχρῆν μὲν ἑβραίους.

Οἱ ἑβραιοῖ μὴ μόνον τῇ ἑβραΐδι φωνῇ ἀλλὰ καὶ τῇ ἐπιχωρίῳ τῶν τόπων ἀναγινωσκέτωσαν τὰς γραφὰς ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ἄλλοις τόποις ἢ συνόδοις· πλὴν ἐὰν ἑλληνιστὶ [1]) *ἀναγνῶσι, κεχρήσθωσαν μόνῃ τῇ ἑρμηνείᾳ τῶν ἑβδομήκοντα οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀκύλα* [2]).

Ἀναιρείσθω ἡ δευτέρωσις.

Δεῖ τοὺς ἑβραίους ἀναγινώσκειν τὰς βίβλους ἀναπτύσσοντας καὶ μὴ ἀλλοκοτωτάτους [3]) *πράττεσθαι γραφάς.*

Οὐδεὶς ἑβραῖος οὕτω χρώμενος ζημιοῦταί τι οὐδὲ κωλύεται ὑπό τινος τῶν διδασκάλων ἢ.... [4]) *ποινῆς ὑποκειμένης αὐτοῖς σωματικῆς οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀφαιρέσεως οὐσίας.*

Ὁ μὴ ὁμολογῶν ἑβραῖος κρίσιν ἢ ἀνάστασιν ἢ ποίημα [5]) *θεοῦ τοὺς τιμίους ἀγγέλους ἀπελαυνέσθω παντὸς τόπου καὶ εἰς σῶμα τιμωρείσθω. ἐξεφωνήθη μηνὶ φεβρουαρίῳ ἔτει κϛ' μετὰ ὑπατείαν βελισαρίου τὸ ιβ'.*

Novella CXLVI.

Ut Hebraei legant scripturas graece et hebraice, et de abrogatione deuteroseos, et de his, qui non credunt iudicium aut resurrectionem aut angelos opus Dei esse.

Necessarium quidem erat Hebraeos.

1. Hebraei non solum hebraica lingua, verum etiam ea, quae in locis illis consueta sit, scripturas legant in synagogis et in aliis locis vel conventibus; sed si graece legant, sola utantur translatione septuaginta interpretum vel etiam Aquilae.

2. Deuterosis tollatur.

3. Hebraei legere debent ipsos libros evolventes nec absurdas scripturas recipiant.

4. Nullus Hebraeus, qui ita [scripturis] utitur, iniuriam aliquam patitur aut a magistris vel [presbyteris] prohibetur, qui alioquin corporali poenae nec non bonorum confiscationi subiacent.

5. Hebraeus, qui non credit iudicium aut resurrectionem aut opus Dei esse venerandos angelos, ab omni loco expellatur et in corpus puniatur. *Data mense Februario anno XXVI post consulatum Belisarii anno XII.*

Νεαρὰ ρμζ'.

Περὶ συγχωρήσεως λοιπάδων δημοσίων.

Εἰ [1]) *καὶ δαπάνης νῦν πολλῆς.*

Συγχώρησιν λοιπάδων κβ' ἐτῶν ἀπὸ α' μέχρι ζ' ἐπινεμήσεως εἰσάγει ἡ παροῦσα διάταξις, καὶ εἰ κτητο-

Novella CXLVII.

De indulgentia reliquorum publicorum.

Etsi expensam multam nunc.

1. Indulgentiam reliquorum XXII annorum a prima usque ad septimam indictionem praesens constitutio

---

2) Haec omnino corrupta sunt. Legendum crediderim: *Ἄρχει ὁ δοὺξ ἢ βιοκωλύτης λυκαονίας καὶ λυδίας καὶ μόνον.*
3) Cod. *ἐπαξ.*
1) Cod. *ἑλληνιστεῖ.*
2) Nov. 146 c. 1 §. 1: *Ἀκύλου.*
3) Cod. *ἀλλωκοτάτους.* Scribendum est *ἀλλοκότους* vel *ἀλλοκοτωτάτας* vel *ἀλογωτάτας.*

4) In Cod. nullum lacunae vestigium apparet. Sed aut delendum est hoc *ἢ*, aut excidit aliquid. Nov. 146 cap. 1 §. 1 „*οἱ παρ' αὐτοῖς ἀρχιφερεκῖται ἢ πρεσβύτεροι τυχὸν ἢ διδάσκαλοι.*"
5) Cod. *ποιήμα.* An *ποιήματα;*
1) Cod. *ἢ.*

ρικὸν χρυσίον ἢ ἄλλο τι εἴη τὸ συντελούμενον πᾶσι τοῖς ἐπάρχοις ἢ τῷ κόμητι τῶν θησαυρῶν ἢ τοῖς ἐκταγαρίοις συγκεχώρηται, καὶ πρὸς τὸ δημόσιόν ἐστιν, κἂν γεωργοὶ ἢ μισθωτοὶ ἢ ἐμφυτευταὶ χρεωστοῦσιν αὐτὸ τῷ κόμητι τῶν πατριμονίων. ἀνάγνωθι τὴν ἑξῆς ρμη' καὶ τὴν ρξγ' νεαράν.

Ὅσα βουλευταῖς ἢ ἐκλήπτορσιν...ἀπαιτοῦνται, κἂν ὑποδέκται κἂν τρακτευταὶ αὐτὰ ἔχωσιν...ὡμολόγησαν ἢ ἀντιφώνησαν ἢ σκρινιάριοι ἢ ἀρκάριοι συγκεχώρηται, δηλονότι ἀπὸ τῆς α' ἰνδικτιῶνος [2]).

Οἱ λαβόντες FOEDERATICὰ ἢ στρατιωτικὰ ἢ πολιτικὰ καὶ οἱ τῶν ἔργων DISCURSORες ἀπαιτοῦνται καὶ οὐ συγχωροῦνται. ἐξεφωνήθη μηνὶ μαΐῳ ἔτει ιε' μετὰ τὴν ὑπατείαν βασιλείου τὸ ιβ'.

introducit, et, sive sit aurum a possessoribus solvendum vel aliud quid quibuslibet praefectis vel comiti thesaurorum vel delegatis conferendum, remissum est et publico simile est, licet agricolae vel conductores vel emphyteutae id debeant comiti patrimonii. Lege sequentem Nov. CXLVIII et CLXIII.

2. Quae curialibus vel exceptoribus...exiguntur, sive susceptores sive tractatores ea habeant...caverint vel fideiusserint vel scriniarii vel arcarii ... remissa sunt, scilicet a prima indictione

3. Ab iis, qui foederaticia et militaria et civilia accipiunt, et ab operum discussoribus exiguntur nec remittuntur iis. *Data mense Maio anno XV post consulatum Basilii anno XII.*

Νεαρὰ ρμη'.

Περὶ λοιπάδων.

Ὅσα [1]) περὶ τὰ κοινά.

Ἡ παροῦσα διάταξις κελεύει συγχωρεῖσθαι τὰς λοιπάδας τῶν συντελεστῶν πάντων [2]) ἕως η' ἰνδικτιῶνος. ἀνάγνωθι τὴν ρξγ' νεαράν.

Ὑφεξῄρηνται τῆς προκειμένης διατάξεως αἱ FOEDERATICαὶ καὶ στρατιωτικαὶ ἀνόναι καὶ τὰ παρὰ τοῖς ὑποδέκταις ἢ ἀπαιτηταῖς ὄντα· ταῦτα γὰρ οὐ συγχωροῦνται. μέμνησο τῆς προλαβούσης ρμζ' νεαρᾶς.

Τὸ κατὰ περιγραφὴν γινόμενον κατὰ τῶν συντελεστῶν ἄχρηστόν ἐστι καὶ οὐκ ἔῤῥωται. ἐξεφωνήθη ἐν τοῖς χρόνοις βασιλείας Ἰουστινιανοῦ.

Novella CXLVIII.

De reliquis.

Quanta circa communes.

1. Praesens constitutio iubet remitti reliqua omnium collatorum usque ad VIII indictionem. Lege Nov. CLXIII.

2. Excipiuntur a praesenti constitutione foederaticiae et militares annonae et quae penes susceptores vel exactores sunt; haec enim non remittuntur. Memineris praecedentis Nov. CXLVII.

3. Quod in fraudem collatorum fit, inutile est et non valet. *Data tempore imperii Iustiniani.*

Νεαρὰ ρμθ'.

Περὶ τοῦ προῖκα γίνεσθαι τοὺς ἄρχοντας ὀνομασίᾳ τῶν κτητόρων ἀσφαλιζομένους τὸ δημόσιον [καὶ] [1]) μὴ δυναμένους τοῦτο ποιῆσαι προσιέναι βασιλεῖ διὰ τὴν τῶν δημοσίων εἴσπραξιν.

Τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ.

Ὁ ἐπίσκοπος καὶ οἱ κτήτορες αἰτείτωσαν ὃν δ' ἂν θέλωσιν ἄρχοντα, ἐφ' ᾧ αὐτὸν ἀρκεσθῆναι μόνον ταῖς οἰκείαις σιτήσεσιν. μέμνησο τῶν περὶ ἀρχόντων εἰρημένων νεαρῶν.

Ἐάν τις τῶν περὶ τοὺς ἄρχοντας ζημιώσει τινά, ἐκπιπτέτω τῆς ἰδίας οὐσίας καὶ τιμωρείσθω μέγιστα. μέ-

Novella CXLIX.

Ut gratis fiant praesides nominatione possessorum fisco cautionem praestantes, et ne hi, quum hoc facere possint, imperatorem propter tributorum exactionem adeant.

A Deo.

1. Episcopus et possessores quem voluerint petant praesidem, ut is annonis suis contentus sit. Memineris Novellarum supra relatarum de praesidibus.

2. Si quis eorum, qui circa praesides sunt, aliquem iniuria affecerit, substantia sua excidat et

---

2) Hoc caput valde corruptum est. Codex sic: Ὅσα βούλεται ἡ ἐκλήπτορσιν ἀπαιτοῦνται κἂν ὑπόδεκται — ἔχωσι.. ὡμολ. κ. τ. λ. — Nov. 147 cap. 1: „εἰ γάρ τι φθάσαντες ἐκεῖνοι δεδώκασι, καὶ τοῦτο παρὰ βουλευταῖς τυχὸν ἢ ταξιώταις ἢ ὑποδέκταις ἢ ἐκλήπτορσιν ἢ καὶ παρὰ τοῖς τὰς ἐπαρχίας τρακτεύουσιν ἔμεινε, τοῦτο....ἀποσωθήσεται τῷ δημοσίῳ.

1) Novella a verbo: Ὅσην incipit.

2) Cod. συντελῶν πάκτων.

1) Cod. ἀσφαλιζομένων τὸ δημόσιον μὴ δυναμένους κ. τ. λ. Vide Indicem Novv. not. 25.

μνησο τῆς η' νεαρᾶς, καὶ ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. μ' διάτ. ις' καὶ νεαρὰν ρξα'.

'Εὰν ἀναβάλλονται οἱ ἐπίσκοποι καὶ οἱ κτήτορες αἰτῆσαι ὃν θέλουσιν ἄρχοντα, μὴ προσιέτωσαν βασιλεῖ χάριν τῶν γινομένων εἰς αὐτοὺς προφάσει τῆς τῶν δημοσίων ἀνύσεως.

Δεῖ τοὺς διὰ δεήσεως ὀνομαζομένους ἄρχοντας ἀσφαλίζεσθαι τὸ δημόσιον. ἐξεφωνήθη μηνὶ φεβρουαρίῳ ἔτει δ' τῆς βασιλείας ἰουστινιανοῦ[2]) μετὰ τὴν ὑπατείαν αὐτοῦ τὸ β'.

summis poenis afficiatur. Memineris Nov. VIII, et legas lib. I Cod. tit. 40 const. 16 et Nov. CLXI.

3. Episcopi et possessores si differant petere quem voluerint praesidem, imperatorem ne adeant ob ea, quae circa eos fiunt ob tributorum exactionem.

4. Praesides per preces nominati fisco cautionem praestare debent. ***Data mense Februario anno IV imperii Iustiniani post consulatum eius anno II.***

Ν ε α ρ ὰ ρν'.

Περὶ τῆς γαμηθείσης τῷ ἁρπάσαντι αὐτήν.

Ἡ παροῦσα διάταξις βεβαιοῖ τὰς προειρημένας ποινὰς ἐν τῇ πρὸ αὐτῆς διατάξει. κελεύει γάρ, ἵνα μὴ ἡ ἁρπαγεῖσα κόρη γαμηθῇ[1]) τῷ ἁρπάσαντι αὐτήν[2]). εἰ δὲ τοῦτο ποιήσῃ, οὐ διαδέχεται αὐτόν, κἂν[3]) οἱασδήποτε αἱρέσεως ἢ ἡλικίας εἴη. ἐὰν γὰρ μὴ συναφθῇ αὐτῷ, λήψεται τὴν οὐσίαν αὐτοῦ. μέμνησο τῆς ρμγ' νεαρᾶς.

'Εὰν ὁ[4]) γονεὺς συναινέσει τῇ ἁρπαγείσῃ αὐτοῦ[5]) κόρῃ ἵνα συναφθῇ τῷ ἁρπάσαντι αὐτήν, δεπορτατεύεται[6]) ἤγουν ἐξορίζεται[7]). εἰ δὲ ἐτελεύτησεν μὴ συναινέσας, τότε φισκοῦται[8]) τὰ τοῦ ἅρπαγος[9]) πράγματα, δηλονότι συναφθείσης αὐτῷ[10]) τῆς κόρης· ὁ γὰρ[11]) τοιοῦτος γάμος ἄδεκτός[12]) ἐστιν. μέμνησο τῆς ρμγ' νεαρᾶς, καὶ ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. γ' διάτ. νγ' καὶ βι. θ' τί. ιγ' διάτ. α'. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἰουνίῳ ἔτει λζ' μετὰ ὑπατείαν βασιλείου τὸ κβ'.

Novella CL.

De ea, quae raptori suo nubit.

1. Praesens constitutio confirmat poenas in anteriori constitutione statutas. Iubet enim, ne rapta puella nubat raptori suo: vel si id fecerit, ut ne ei succedat, cuiuscunque conditionis vel aetatis sit. Etenim si ei non nubat, substantiam eius capiet. Memineris Nov. CXLIII.

2. Si parens consenserit filiae suae raptae ut raptori suo copuletur, deportatur sive relegatur. Sed si decesserit nec consenserit, tunc raptoris bona publicantur, nimirum si puella ei copulata sit: nam eiusmodi nuptiae non admittuntur. Memineris Nov. CXLIII, et legas lib. I Cod. tit. 3 const. 53 et lib. IX tit. 13 const. 1. ***Data mense Iunio anno XXXVII post consulatum Basilii anno XXII.***

Ν ε α ρ ὰ ρνα'.

Περὶ τοῦ μη παρίστασθαι βουλευτην ἢ ταξεώτην χωρὶς βασιλικῆς κελεύσεως ἐμφανιζομένης[1]) τοῖς ἐπάρχοις.

Πᾶσαν ἀγωγὴν καὶ παράστασιν ἀποστρέφεται[2]) ἡ βασιλεία· καὶ σημείωσαι.

Μήτε βουλευτὴς μήτε ταξεώτης ἀγώγιμος γενέσθω ἐν κωνσταντινουπόλει χωρὶς βασιλικῆς κελεύσεως κυρουμένης ψήφῳ τῶν ἐπάρχων. ἀνάγνωθι βι. θ' τί. μζ' διάτ. ιβ' καὶ βι. ι' του κώδ. τί. ιβ' διάτ. δ' καὶ λβ'

Novella CLI.

Ne iudicio sistatur curialis vel cohortalis sine iussione principali praefectis insinuata.

1. Omnem deductionem et exhibitionem imperator adversatur: quod notes.

2. Neque curialis neque cohortalis Constantinopolin deducatur absque principali iussione, quae sententia praefectorum confirmata sit. Legas lib. IX tit. 47 const. 12 et lib. X Cod. tit. 12 const. 4 et

---

2) *Iustini* scribendum fuerat.

1) Bas. *γαμήσῃ*.

2) Hal.: *τῷ τὴν αὐτὴν ἁρπάσαντι.* Bas.: *τῷ αὐτὴν ἁρπ.*

3) Deest in Basil.

4) Deest apud Hal. et in Basil. Rectius, ni fallor.

5) Sic Hal. Cod.: *αὐτοῦ.* — In Bas. deest.

6) Cod. *δεπορτατεύονται.* Caeterum haec verba „*δεπ. ἤγουν*“ nec Hal. nec Bas. agnoscunt.

7) Bas. *περιορίζεται.*

8) Bas. *εἰσκομίζεται.*

9) Sic Hal. Bas.: *ἁρπάσαντος.* Cod. *ἄρχοντος.*

10) Bas. *πάλιν αὐτῷ.* Hal. *πάλιν αὐτῆς.*

11) Hal. et Bas. verbum *γὰρ* non habent.

12) Hal. et Bas. *ἀθέμιτος.*

1) Cod. *ἐμφανιζομένην.* Vide supra Indicem not. 26.

2) Cod. *ἀποτρέφ.*

καὶ μα' καὶ βι. ια' τί. ι' διάτ. β' περὶ βουλευτῶν· περὶ δὲ ταξεωτῶν ἀνάγνωθι βι. ιβ' τί. νζ' καὶ νθ', καὶ μέμνησο τῆς νγ' νεαρᾶς περὶ παραστασίμων γενικῶς διαλεγομένην.

32 et 41 et lib. XI tit. 10 const. 2 de curialibus: de cohortalibus autem legas lib. XII tit. 57 et 59, et memineris Nov. LIII, quae de exhibendis generaliter loquitur.

Νεαρὰ ρνβ'.

Περὶ τοῦ μὴ ἐῤῥῶσθαι τὰς περὶ δημοσίων θείας κελεύσεις χωρὶς κυρώσεως τῶν ἐπάρχων.

Σπουδάζοντες μετὰ τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας.

Αἱ μὲν περὶ ἰδιωτικῶν κεφαλαίων θεῖαι κελεύσεις ἐμφανιζόμεναι τοῖς ἐπάρχοις κυρούσθωσαν, αἱ δὲ κελεύουσαι περὶ δημοσίων ἐμφανιζέσθωσαν μὲν τοῖς ἐπάρχοις, ἀναγέσθωσαν δὲ βασιλεῖ πρὸ κυρώσεως· ἐπεὶ οὐκ ἔῤῥωται[1]). μέμνησο τῆς ριδ' νεαρᾶς. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἰουνίῳ ὑπατείᾳ...

Novella CLII.

Ne sacrae iussiones de publicis [causis] valeant sine confirmatione praefectorum.

Studentes cum Dei auxilio.

1. De privatis causis sacrae iussiones praefectis insinuentur et confirmentur, de publicis autem causis iussiones praefectis quidem insinuentur, sed ante confirmationem ad imperatorem referantur; alioquin non valent. Memineris Nov. CXIV. ***Data mense Iunio Consule...***

Νεαρὰ ργ'.

Περὶ χαμευρετῶν.

Ἔγκλημα τῆς ἀνθρωπίνης γνώσεως.

Οἱ ὁπουδήποτε[1]) ἐκριφέντες ἐλεύθεροι παῖδες, κἂν δειχθῶσιν ἀπὸ δούλων τεχθέντες, οὐ καταδουλοῦνται τῷ ἀναθρέψαντι[2]) αὐτούς, προνοίᾳ τῶν ἐπισκόπων καὶ τῶν ἀρχόντων. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. δ' διάτ. κδ', καὶ μὴ ἐναντιωθῇ σοι ἡ β' διάτ. τοῦ να' τί. τοῦ η'[3]) βι. τοῦ κώδικος.

Ὁ καταδουλῶν ἐλεύθερον ταῖς τῶν φονέων ποιναῖς ὑπόκειται.

Ὁ παραβαίνων ἢ παραβῆναι συγχωρῶν τὸν παρόντα νόμον ε' λίτρας προστιμᾶται.

Ὁ καταλιμπάνων τὸν ἴδιον οἰκέτην[4]) νοσοῦντα ἀφρόντιστον ἐκπίπτει τῆς ἐπ' αὐτῷ δεσποτείας· ἐλευθεροῦται γὰρ ὁ τοιοῦτος. ἀνάγνωθι βι. ζ' τοῦ κώδ. τί. ς' διάτ. α' καὶ τί. λδ' διάτ. ε'. ἐξεφωνήθη μηνὶ δεκεμβρίῳ ἔτει ιε' ὑπατείᾳ βασιλείου.

Novella CLIII.

De [infantibus] expositis.

Crimen a ratione humana.

1. Infantes alicubi expositi liberi sunt, et, si vel a servis procreati esse ostendantur, non addicuntur in servitutem ei, qui eos [non] nutrivit: cui rei providebunt episcopi et praesides. Legas lib. I Cod. tit. 4 const. 24, nec tibi contraria videatur const. 2 tit. 51 lib. VIII Codicis.

2. Qui liberum in servitutem trahit, homicidarum poenis subiacet.

3. Qui praesentem legem transgreditur vel transgredi aliquem patitur, V libris mulctatur.

4. Qui servum suum aegrotantem relinquit nec curat, dominio eius excidit; is enim liber fit. Lege lib. VII Cod. tit. 6 const. 1 et tit. 34 const. 5. ***Data mense Decembri anno XV Consule Basilio.***

Νεαρὰ ρνδ'.

Περὶ τῶν ἐν ὀσροηνῇ[1]) ἀθεμιτογαμιῶν.

Παραδόξως ἦλθεν εἰς ἡμᾶς.

Οἱ μέχρι τῶν χρόνων τῆς παρούσης διατάξεως ἀθεμιτογαμήσαντες ἀνεύθυνοί εἰσιν. εἰ δέ τις μετὰ τὸν

Novella CLIV.

De incestis nuptiis in Osroëna contractis.

Nec opinato pervenit ad nos.

1. Qui usque ad tempora praesentis constitutionis incestas nuptias contraxerunt, rei non fiunt.

---

1) Malim: ἔῤῥωνται.

1) Bodl. οἱωσδήποτε.

2) Lege: τῷ μὴ ἀναθρ. quamvis et Bodl. negationem omittat. Novella enim non loquitur de infantibus expositis nutritori non addicendis in servitutem, sed de dominis partus ancillarum, quos exposuerunt, vindicantibus.

3) Cod. ν'.

4) Bodl. δοῦλον.

1) Cod. ὀσρωϊνῇ.

προκείμενον νόμον ἀθεμιτογαμήσῃ, κεφαλικῶς τιμωρεῖται σὺν τοῖς τικτομένοις ἐκ τοῦ τοιούτου γάμου παισίν, ἐκπίπτων τῆς ἰδίας περιουσίας, ἐσθότε δὲ καὶ εἰς μέρος τοῦ σώματος καὶ εἰς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τιμωρεῖται πρὸς τὴν ποιότητα τῆς ἀθεμιτογαμίας. μέμνησο τῆς ιβ′ νεαρᾶς· πλὴν ἴσθι, ὅτι τοπική ἐστιν ἡ παροῦσα διάταξις.

Ἐὰν οἱ ἄρχοντες ῥαθυμήσωσι περὶ τὰς εἰρημένας ποινὰς κατὰ τῶν ἐν ὀσροηνῇ [2]) ἀθεμιτογαμησάντων, ἐκπιπτέτωσαν ἀρχῆς καὶ περιουσίας ποιναῖς ἐσχάταις ὑποβαλλόμενοι.

Si quis vero post praesentem legem incestas nuptias contraxerit, capitaliter punitur cum liberis ex huiusmodi nuptiis procreatis et substantia sua excidit, et nunc membro corporis nunc vita punitur secundum qualitatem incestarum nuptiarum. Memineris Nov. XII; caeterum scias, hanc constitutionem localem esse.

2. Si praesides negligentes fuerint circa dictas poenas infligendas iis, qui in Osroëna incestas nuptias contraxerunt, praesidatu et substantia excidant et ultimo supplicio afficiantur.

Νεαρὰ ρνε′.

Περὶ τοῦ ὑποκεῖσθαι τὰς μητέρας ἐπιτροπικοῖς λογισμοῖς.

Ἱκετηρίαν ἀνέτεινεν ἡμῖν μάρθα ἡ λαμπροτάτη.

Καλῶς οἱ ἐπιτροπευθέντες παῖδες ὑπὸ τῆς ἰδίας μητρὸς αἰτοῦσι παρ᾽ αὐτῆς ἀποκατάστασιν, ἐμπροθέσμως μέντοιγε. σημείωσαι οὖν αὐτὸ ἰδικόν, ἵνα μὴ ἐναντιωθῇ σοι ἡ β′ διάτ. τοῦ μα′ τί. τοῦ β′ βι. τοῦ κώδικος, κελεύουσα μὴ αἰτεῖν ἀποκατάστασιν ἀπὸ γονέων τοὺς παῖδας.

Γινομένη ἡ μήτηρ ἐπίτροπος κατατιθέσθω μὴ καταλιμπάνειν τὸν παῖδα αὐτῆς ἀDEFENDEUTOV. ἀνάγνωθι βι. ε′ τοῦ κώδ. τί. λζ′ διάτ. κη′ καὶ τί. μδ′ διάτ. α′ καὶ ε′, καὶ μέμνησο τῆς ριη′ νεαρᾶς.

Ἡ ἐπιτροπεύουσα τῶν οἰκείων παίδων μήτηρ ὑποκείσθω τοῖς ἐπιτροπικοῖς λογισμοῖς.

Ἡ γενομένη μήτηρ ἐπίτροπος εἰ θελήσῃ ἄλλον ἐπίτροπον προβάλλεσθαι τοῖς ἰδίοις τέκνοις, τοῦτο ποιείτω κινδυνεύουσα μέντοιγε ὑπὲρ τοῦ προβαλλομένου. ἀνάγνωθι βι. ε′ τοῦ κώδ. τί. μζ′ διάτ. κβ′ [1]) καὶ τί. να′ διάτ. θ′. ἐξεφωνήθη ἐπὶ τῇ ὑπατείᾳ ἰουστινιανοῦ.

Novella CLV.

Ut matres tutelae rationibus obnoxiae sint.

Supplicationem obtulit nobis Martha clarissima.

1. Liberi, qui sub tutela matris suae sunt, recte adversus eam in integrum restitui postulant, nimirum intra statuta tempora. Notes hoc singulare esse, ne tibi adversari videatur const. 2 tit. 41 lib. II Codicis, quae iubet, ut ne adversus parentes in integrum restitutionem liberi postulent.

2. Mater, si tutelam suscipiat, promittat se filium suum non esse relicturam indefensum. Legas lib. V Cod. tit. 37 const. 28 et tit. 44 const. 1 et 5, et memineris Nov. CXVIII.

3. Mater, quae liberorum suorum tutelam gerit, tutelae rationibus obnoxia sit.

4. Mater, quae tutrix facta est, si alium tutorem liberis suis petere voluerit, hoc facere potest, sed pro eo, qui datus fuerit, periclitatur. Lege lib. V Cod. tit. 47 const. 22 et tit. 51 const. 9. *Data Consule Iustiniano.*

Νεαρὰ ρνϛ′.

Περὶ τῆς μεριζομένης γονῆς τῶν γεωργῶν.

Οἱ τὰ πράγματα πράττοντες τῆς κατὰ ἀπάμειαν ἁγιωτάτης ἐκκλησίας.

Ἀπὸ δεήσεως τῶν ἐν ἀπαμείᾳ ἐκκλησιαστικῶν νενομοθέτηται, ὥστε, εἰ ἐλεύθερος μιχθῇ ἐναπογράφῳ γυναικί, ἀκολουθεῖν τῇ μητρὶ τὰ τικτόμενα, ἔνθα εἰς ἐλευθερίαν οὐκ ἔρχονται. εἰ δὲ ἐναπόγραφος μιχθῇ ἐναπογράφῳ γυναικὶ ἄλλης οὔσῃ [1]) δεσποτείας δηλονότι, εἰ

Novella CLVI.

De prole agricolarum dividenda.

Qui res sanctissimae Apamiensis ecclesiae administrant.

1. Ad supplicationem ecclesiasticorum Apamiensium sancitum est, ut, si liber cum adscriptitia muliere misceatur, nati matrem sequantur, sicubi ad libertatem non perveniant; si vero adscriptitius misceatur cum adscriptitia muliere, quae scilicet in alius dominio sit, si quidem paria sint natorum, aequali-

2) Cod. ὀσρωήνῃ.

1) Numeri corrupti sunt. Lib. V Cod. tit. 46 const. 1 et 2 intelligi videtur.

1) Cod. οὔσης.

μὲν ζυγά εἰσι τὰ τεχθέντα, ἐξίσου μερίζεσθαι αὐτὰ τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρί, ἐχούσης μέντοιγε τῆς μητρὸς τὴν ἐπιλογήν· εἰ δὲ εἷς μόνον ἐστὶν ὁ γεννηθείς, τῇ μητρὶ καὶ μόνον ἁρμόζει· εἰ δέ γε τρεῖς ἢ πέντε, τότε πάλιν τὸ πλέον μέρος διδόσθω[2]) τῇ μητρί, ἵνα τυχὸν λάβῃ δύο τοῦ πατρὸς ἕνα μόνον λαμβάνοντος ἐπὶ τῶν γ', ἢ ἐπὶ τῶν ε' λάβῃ γ' ἡ μήτηρ καὶ β' ὁ πατήρ, καὶ οὕτως ἐφεξῆς. ἴσθι δέ, ὅτι ἡ παροῦσα διάταξις τοπική ἐστιν. ἀνάγνωθι βι. ια' τοῦ κώδ. τί. μη' διάτ. ιγ' καὶ ις' καὶ κα' καὶ κδ', καὶ μὴ λάθῃ σὲ ἡ ρξβ' νεαρά.

ter dividantur inter patrem et matrem, matre scilicet electionem habente; si vero unus tantum natus sit, matri solum competat; sin etiam tres vel quinque, tunc rursus maior pars matri detur, ita ut duo forte accipiat ex tribus, patre unum solum accipiente, vel ex quinque tres accipiat mater et duo pater, et sic deinceps. Scias autem praesentem constitutionem localem esse. Legas lib. XI Cod. tit. 48 const. 13 et 16 et 21 et 24, nec te lateat Nov. CLXII.

Νεαρὰ ρνζ'.

Περὶ γεωργῶν ἐπ' ἀλλοτρίοις γημάντων χωρίοις ἐν μεσοποταμίᾳ καὶ ἐν ὀσροηνῇ[1]).

Ἐκ τῶν εἰς ἡμᾶς διαφόρως ἀνηνεγμένων.

Οἱ τῶν κτημάτων δεσπόται μὴ συγχωρείτωσαν τοὺς ἰδίους γεωργοὺς γαμεῖν ἐν ἀλλοτρίοις χωρίοις δηλονότι μετὰ τὴν προκειμένην διάταξιν. οἱ γὰρ πρὸ τῆς διατάξεως συμβάντες οὕτω γάμοι μὴ διαλυέσθωσαν, μήτε οἱ ἐξ αὐτῶν τεχθέντες παῖδες ἀφελκέσθωσαν, ἀλλὰ καὶ ἀποσπασθέντες ἀποδιδοὺσθωσαν καὶ οἱ διαλυθέντες γάμοι συναπτέσθωσαν. εἰ δέ τις μετὰ τὸν παρόντα νόμον ἀνασχῆται, ἵνα ἐν ἰδίῳ χωρίῳ ἀλλότριοι γεωργοὶ γαμήσωσιν, ἐκπίπτει τοῦ χωρίου, ἔνθα τοῦτο γέγονεν [ἢ][2]) προέβη, καὶ ὁ ἄρχων δὲ τῆς ἐπαρχίας καὶ πᾶς παραβαίνων τὸν προκείμενον νόμον προστιμᾶται γ' λίτρας χρυσίου. πλὴν ἴσθι, ὅτι τοπική ἐστιν ἡ παροῦσα διάταξις. ἐξεφωνήθη μηνὶ μαΐῳ ἔτει η' βασιλείας ἰουστινιανοῦ.

Novella CLVII.

De agricolis, qui in alienis praediis nuptias contraxerunt in Mesopotamia et Osroëna.

Ex iis, quae varie ad nos relata sunt.

1. Praediorum domini ne colonis suis permittant in alienis praediis nuptias contrahere, scilicet post praesentem constitutionem. Nam nuptiae ante hanc constitutionem eo modo contractae non dissolvantur, nec liberi ex iis procreati abstrahantur, imo restituantur, qui abstracti sunt, et matrimonia, quae dissoluta sunt, iterum iungantur. Si quis vero post praesentem legem alienos colonos in praedio suo nuptias contrahere passus sit, praedio excidit, in quo hoc factum est vel processit, et praeses provinciae et, quicunque hanc legem transgreditur, III libris auri mulctatur. Caeterum scias, hanc constitutionem localem esse. *Data mense Maio anno VIII imperii Iustiniani.*

Νεαρὰ ρνη'.

Περὶ τοῦ παραπέμπεσθαι τὸ τῆς διασκέψεως δίκαιον καὶ περὶ[1]) *ἀνήβων παίδων.*

Δέησις ἡμῖν ἀνεγνώσθη.

Μητρὸς τελευτησάσης ἐπὶ ἀνήβῳ θυγατρὶ εἰ ἀποθάνῃ μετὰ ις' ἡμέρας ἡ κόρη, παραπέμπεται ἐπὶ τοὺς κληρονόμους αὐτῆς τὸ τῆς διασκέψεως δίκαιον. σημείωσαι δέ, ὅτι ἡ μὲν θεοδοσίου[2]) διάταξις ἐπὶ παρελθούσης διασκέψεως διελέγετο, ἡ δὲ παροῦσα διάταξις περὶ μελλούσας[3]) διαλαλεῖ. ἀνάγνωθι βι. ς' τί. α'[4]) διάτ. ς' καὶ ζ' καὶ τί. να'[5]) διάτ. α'. ἐξεφωνήθη [μηνὶ][6]) ἰουλίῳ ἔτει ιη' μετὰ ὑπατείαν βασιλείου.

Novella CLVIII.

Ut ius deliberandi transmittatur et de liberis impuberibus.

Supplicatio nobis lecta est.

1. Si mater defuncta sit relicta filia impubere, et puella post XVI dies moriatur, ad heredes eius transmittitur ius deliberandi. Notes autem Theodosii quidem constitutionem de praeterita deliberatione locutam esse, praesentem vero constitutionem de futuris loqui. Lege lib. VI Cod. tit. 1 (?) const. 6 et 7 et tit. 51 (?) const. 1. *Data [mense] Iulio anno XVIII post consulatum Basilii.*

---

2) Cod. διδόσθαι.
1) Cod. ὀσρωηνῇ.
2) Deest in Cod.
1) Index habet ἐπί. Non male.
2) Cod. Θεοδωσίου.

3) Legendum videtur: μελλούσης.
4) Numerus corruptus est.
5) Legendum videtur: νβ'.
6) Deest in Codice.

Νεαρὰ ρνθ'

Περὶ ὑποκαταστάσεως γενομένης εἰς τὴν φαμιλίαν τοῦ τελευτήσαντος, καὶ περὶ τοῦ μέχρι πόστου[1]) *βαθμοῦ δεῖ κρατεῖν.*

Τοσοῦτον ἡμῖν φιλανθρωπίας.

Ἐὰν ὁ TESTAT*ωρ ἀφορίσας ἑκάστῳ τῶν ἑαυτοῦ κληρονόμων τινὰ πράγματα κελεύσῃ, μὴ δύνασθαι αὐτοὺς καθ' οἱονδήποτε τρόπον ἐκποιεῖν τι τῶν ἐαθέντων αὐτοῖς παρ' αὐτοῦ, ἀλλ' εἰ μὲν ἐπὶ κατιοῦσι γνησίοις τε καὶ φυσικοῖς τελευτήσωσιν, αὐτοῖς καταλιμπάνειν αὐτά, εἰ δὲ μὴ σχῶσι κατιόντας, ἵνα τοῖς περιλειφθεῖσιν ἢ τῷ περιλειφθέντι ἐξ αὐτῶν τῶν κληρονόμων ἀποκαταστήσωσιν· εἶτα μετὰ ταῦτα ἐπάγει, ὥστε ἐαθῆναι ἑνὶ τῶν παίδων ἑνὸς τῶν κληρονόμων αὐτοῦ τινά, ὧν ἀφῆκεν τῷ τούτου πατρί, ἐπὶ τῷ πάλιν μὴ ἐκποιηθῆναι αὐτὰ μήτε ἐξ αὐτοῦ τοῦ παιδὸς μήτε ἐκ τῶν κληρονόμων αὐτοῦ· δοκεῖ ὁ οὕτως διαθέμενος θέλων χώραν ἔχειν τὴν ὑποκατάστασιν ἐκ παντελοῦς ἀπαιδίας τῶν κληρονόμων, οὐκέτι μήν, καὶ [εἰ][2]) προσάπαξ παῖδες αὐτοὺς διεδέξαντο, ἤθελε κρατεῖν τὴν ὑποκατάστασιν, ἀλλὰ λελύσθαι αὐτήν. ὅθεν ἐάν τινες ἐξ αὐτῶν τελευτήσωσιν ἐπὶ παισίν, ἕτεροι δὲ ἀποθάνωσιν ἄπαιδες, οὐδὲ τότε χώραν ἔχει ἡ ὑποκατάστασις, ὡς μὴ ὑπὸ πάντων περαιωθεῖσα. εἴγε ὅλοι τελευτήσωσιν δὲ ἄπαιδες, τότε ὁ κλῆρος τοῦ διατιθεμένου οὕτως εἰς τοὺς ἐξωτικοὺς περιελεύσεται ὡς χώραν λοιπὸν τῆς ὑποκαταστάσεως [ἐχούσης][3]). ἀνάγνωθι βι. β' τοῦ κώδ. τι. γ' διάτ. ις' καὶ τι. μβ' διάτ. κα' καὶ λ'[4]), καὶ μέμνησο τῆς λθ' νεαρᾶς καὶ τῆς ρη' ὁμοίως νεαρᾶς.

Δύναται ἕκαστος καὶ μετὰ διατύπωσιν τῆς ἰδίας διαθήκης καὶ μετὰ τὴν ἔνστασιν τῶν αὐτοῦ κληρονόμων CODICELL*ον ποιῆσαι, καὶ ἀφαιρεῖσθαί τινα ἐξ ὧν ἐάσαι*[5]) *τοῖς κληρονόμοις, καὶ λεγατεύειν αὐτά, καὶ ὑποκαθιστᾶν οὐ μόνον ἐξωτικοῖς ἀλλὰ καὶ πᾶσι τῶν ἐαθέντων ὑπ' αὐτοῦ κληρονόμων. σημείωσαι ὅτι καὶ ἐν* CODICELL*οις δίδοται ὑποκατάστασις· ἀνῄρηται γὰρ ἡ ζ' διάτ. τοῦ λς' τι. τοῦ ς' βι. τοῦ κώδικος. σημείωσαι, ὅτι δύναται ὁ τεστάτωρ συγχωρεῖν τοῖς ἰδίοις κληρονόμοις τὴν περὶ τοῦ* FIDEICOMMISS*ου*[6]) *ἀσφάλειαν, ὡς ἔγνως ἐν τῇ ρη' νεαρᾷ. ἐξεφωνήθη μηνὶ Ἰουνίῳ ἔτει κθ' τῆς βασιλείας ἰνδ. γ'.*

Novella CLIX.

De substitutione facta in familiam defuncti, et ad quotum usque gradum valere debeat.

Tanta nobis humanitatis.

1. Si testator unicuique ex heredibus suis aliquas res destinaverit, et deinde iusserit, ut ne quis eorum quicquam ex rebus sibi ab ipso datis quocunque modo alienare posset, sed ut, si quidem descendentibus legitimis et naturalibus relictis decesserint, his eas relinquerent, aut si descendentes non habuerint, iis, qui ex heredibus superstites fuerint, vel superstiti restituerent, et deinde adiecerit, ut uni ex liberis unius heredum res quaedam, quas patri eius dedisset, relinquerentur, rursus sub conditione, ne eae alienentur neque ab ipso filio neque ab heredibus eius; is, qui ita testatus est, hoc voluisse videtur, ut substitutio locum habeat, si heredes omnino sine liberis decessissent, non autem, si semel liberi iis successerunt, substitutionem valere, sed potius cessare voluit. Unde ne tunc quidem, si nonnulli liberis relictis decesserint, alii autem sine liberis mortui sint, substitutio locum habet, quippe quae non in omnibus perfecta sit. Si tamen omnes sine liberis decesserint, tunc hereditas testatoris sic ad extraneos veniet, ut de caetero substitutio locum habeat. Legas lib. II Cod. tit. 3 const. 16 et tit. 42 const. 21 et 30 (?), et memineris Nov. XXXIX et Nov. CVIII similiter.

2. Quilibet post confectionem testamenti sui et post institutionem heredum suorum codicillos facere potest, et auferre aliquid ex his, quae heredibus reliquit, eaque legare, et substituere non tantum extraneis sed omnibus ab ipso scriptis heredibus. Nota, etiam in codicillis substitutionem fieri posse; nam sublata est const. 7 tit. 36 lib. VI Codicis. Nota, testatorem heredibus suis remittere posse cautionem fideicommissi causa praestandam, sicuti didicisti in Nov. CVIII. *Data mense Iunio anno XXIX imperii ind. 3.*

Νεαρὰ ρξ'.

Περὶ πολιτικῶν χρημάτων καὶ τόκων.

Ἀριστοκράτης ἐλλογιμώτατος[1]).

Ἐὰν κτήτορες πολιτικὰ[2]) *δανείσωσι*[3]) *χρήματα ἐφ' ᾧ συντελεῖν ὑπὲρ αὐτῶν*[4]) *ἑκάστου ἔτους τῇ πόλει, δεῖ*

Novella CLX.

De civitatum pecuniis et usuris.

Aristocrates facundissimus.

1. Si possessores civitatum pecunias mutuo dederint, ut collatio pro iis civitati quotannis fiat, id.

---

1) Cod. *ποστοῦ.*

2) Cod. *ἢ.*

3) Deest in Codice; sed huiusmodi quid necessario supplendum erat.

4) His locis: *τι. μβ' διάτ. να' καὶ λ'*, corruptela aliqua inest.

5) Vitium huic loco inest. Aut excidit aliquid aut legendum: *εἴασε* vel etiam *ἐάσῃ*.

6) Cod. FIDICOMMUS.

1) Nov.: *ὁ ἔλλογ.*

2) Bas. *πολιτικοί.*

3) Bas. *εἴλωνται*, quod *Heimbach* in *ἕλωνται* mutat.

4) Bas. *συντελεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν.*

χορηγεῖσθαι[5]) τὸ δόξαν ἕως οὗ μένει τὸ χρυσίον παρὰ τῷ λαβόντι αὐτό, κἂν ὑπερβαίνει τὸ διπλοῦν ἡ κατὰ μέρος [τοῦ] τόκου[6]) καταβολή. οὐδὲ[7]) γαρ ἐπὶ τούτου κρατοῦσιν αἱ προλεχθεῖσαι διατάξεις, ἐπειδὴ οὐκ ἔστι κυρίως τόκος. μέμνησο τῆς ρκα' καὶ ρλη' νεαρᾶς καὶ τῆς κζ' διατ. τοῦ λβ' τί. τοῦ δ' βι. τοῦ κώδικος, καὶ ἀνάγνωθι ια' βι. τί. λθ' διάτ. α'.

Ὁ ἀποστερῶν πόλιν τὸ χρεωστούμενον αὐτῇ ἐκ τῆς χορηγίας, ἀποδιδότω αὐτῇ διπλοῦν καὶ ἐν κεφαλαίῳ μόνον[8]). εἴρηται περὶ τὰ μέσα τῆς ρκη' νεαρᾶς. ἀνάγνωθι βι. ια' τοῦ κώδ. τί. μ' διάτ. α'.

de quo convenit, praestari debet, donec aurum apud eum maneat, qui id accepit, licet particularis usurarum solutio duplum excedat. Neque enim hac in re constitutiones supra relatae valent, quoniam proprie non sunt usurae. Memineris Nov. CXXI et CXXXVIII, et const. 27 tit. 32 lib. IV Codicis, et legas lib. XI tit. 39 const. 1.

2. Qui civitatem eo, quod ex hac praestatione illi debetur, privat, duplum ei reddat etiam sortis. Idem dictum est in Nov. CXXVIII circa medium. Lege lib. XI Cod. tit. 40 const. 1.

Νεαρὰ ρξα'.

Περὶ ἀρχόντων[1]).

Τίμιοι ἔστωσαν οἱ ἄρχοντες, καὶ χειροτονείσθωσαν ἐκτὸς τῆς οἱασδήποτε δόσεως, καὶ σχολαζέτωσαν περὶ τὰ δημόσια τοὺς ἐπαρχιώτας ἀζημίους φυλάττοντες· καὶ γὰρ ἐν τετραπλῷ ἀπαιτοῦνται αὐτοὶ ἢ οἱ περὶ αὐτοὺς ἄνθρωποι, ἐὰν ζημιοῦσι τοὺς ὑποτελεῖς. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. μ' διάτ. ιγ' καὶ ιϛ' καὶ βι. θ' τί. κζ' διάτ. α' καὶ βι. ιβ' τί. α' διάτ. ιβ', καὶ μέμνησο τῶν περὶ ἀρχόντων νεαρῶν.

Δημοσιευέτωσαν ἑαυτοὺς οἱ ἄρχοντες τὰς ν' ἡμέρας μετὰ διαδοχὴν ἑκάστῳ ἀπολογούμενοι, λόγον ἀσυλίας μὴ ἔχοντες· εἰ γὰρ φύγωσι, διαιρεῖται ἡ οὐσία αὐτῶν τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἀδικηθεῖσιν. ἀνάγνωθι βι. α' τοῦ κώδ. τί. μθ' διάτ. α', καὶ μέμνησο τῆς η'[2]) νεαρᾶς.

Τὰ εἰσενεχθέντα ὑπὸ τῶν ὑποτελῶν διαμενέτωσαν βέβαια[3]).

SUFFRAGιον[4]) μὴ ἀπαιτείσθω τὶ σήμερον. ἐξεφωνήθη μηνὶ δεκεμβρίῳ ἰνδ. η' ἐπὶ τῆς βασιλείας τιβερίου.

Novella CLXI.

De praesidibus.

1. Praesides honesti sint, et absque aliqua datione nominentur, et publicis invigilent et provinciales indemnes servent; quadruplum enim ab ipsis vel, qui circa eos sunt, hominibus exigitur, si subditos damno affecerint. Legas lib. I Cod. tit. 40 const. 13 et 16 et lib. IX tit. 27 const. 1 et lib. XII tit. 1 const. 12, et memineris Novellarum, quae de praesidibus tractant.

2. Praesides L dies post successionem in publico commorentur cuilibet responsuri, et ius asyli nequaquam habentes; si vero fugerint, substantia eorum inter illos dividitur, qui ab iis iniuriam passi sunt. Legas lib. I Cod. tit. 49 const. 1, et memineris Nov. VIII.

3. Quae a subditis illata sunt, firma maneant. (?)

4. Ne quod suffragium hodie exigatur. *Data mense Decembri ind. 8 imperante Tiberio.*

Νεαρὰ ρξβ'.

Θεῖος τύπος περὶ γεωργῶν καὶ δωρεῶν.

Ἐπύθετο ἡ[1]) σὴ ἐνδοξότης.

Ἐὰν ἐTRADIτεύθη τῇ γυναικὶ τὰ δωρηθέντα αὐτῇ παρὰ τοῦ ἰδίου ἀνδρός, καλῶς αὐτὰ παρακρατεῖ· εἰ δὲ μόνον ἐπερωτηθῇ ἢ ἐπαγγελθῇ αὐτῇ, τότε διὰ τῆς EX LEGE[2]) CONDICTIκίου[3]), ἐὰν δηλονότι τῇ αὐτῇ βουλήσει ἐπιμείνας ὁ ἀνὴρ ἐτελεύτησεν. σημείωσαι δέ, ὅτι ἡ ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων γενομένη δωρεὰ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς πρὸς τὴν γυναῖκα βεβαιοῦται τῇ σιωπῇ αὐτοῦ. ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. ιϛ' διάτ. κε'.

Novella CLXII.

Sacra forma de agricolis et donationibus.

Interrogavit gloria tua.

1. Si mulieri tradita fuerint, quae ipsi a marito suo donata sunt, recte ea retinet; si vero tantum promissa sint, tunc ex lege condictione [exiguntur], scilicet si vir in eadem voluntate perseveraverit et sic mortuus sit. Nota donationem sub actorum confectione a marito in uxorem collatam silentio eius confirmari. Lege lib. V Cod. tit. 16 const. 25.

---

5) Bas. χορηγείσθω.
6) Sic Bas. Codex vero: ἡ διάταξις κατα μέρος τόκου.
7) Bas. οὐ.
8) Haec aperte corrupta sunt. Pro μόνον legendum crediderim ὁμοίως, quod ad εἴρηται referendum sit.
1) Index addit: θεῖος τύπος.
2) Cod. ν'.

3) Nov. 161 cap. 1: „τα εἰσαχθέντα ὑπὲρ τῶν ὑποτελῶν διαμενέτω βέβαια", i. e. *quae pro subditis introducta sunt, firma maneant.*
4) Cod. SUFFRAUCON.
1) Nov. 162 incipit: Ἐπύθετο ἡμῶν ἡ σὴ κ. τ. λ.
2) Cod. EXELEUE.
3) Deesse aliquid videtur: puta verbum ἀπαιτεῖται.

Ὁ ἀπ᾽ ἐλευθέρας μητρὸς καὶ ἐξ ἀπογράφου πατρὸς τικτόμενος ἐλεύθερός ἐστιν, καὶ εἴ τι ἔχει, οὐ νοεῖται PECULIον, *ἀλλὰ μένει δεσπόζων αὐτοῦ. πλὴν οὐ δύναται ἀποστῆσαι*[4]) *τοῦ χωρίου, ἔνθα ἐτέχθη, εἰ μὴ ἄρα ἰδικὰ ἔχῃ γήδια καὶ θέλῃ αὐτοὺς*[5]) *σχολάσαι.*

Οἱ ἀπὸ μητρὸς καὶ πατρὸς[6]) *ἐναπογράφου γινόμενοι*[7]) *ἐναπόγραφοί εἰσι καὶ τῷ πατρὶ ἀκολουθοῦσιν, εἰ μὴ ἄρα διαφόρων δεσποτῶν εἴησαν οἱ γονεῖς αὐτῶν. τότε γὰρ τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ μερίζονται, τῆς μητρὸς ἐχούσης τὴν ἐπιλογὴν καὶ τὸ πλέον*[8]) *μέρος ἐπὶ αὐτοῖς τοῖς παισίν*[9]). *μέμνησο τῆς ρνς᾽ νεαρᾶς καὶ ἀνάγνωθι βι. α᾽ τοῦ κώδ. τί. μη᾽ διάτ. κγ᾽. ἐξεφωνήθη μετὰ τὴν ὑπατείαν ἀπίονος ἐπὶ τῆς βασιλείας ἰουστινιανοῦ.*

2. Qui matre libera et patre adscriptitio nascitur, liber est, et si quid habeat, hoc non peculium esse intelligitur, sed dominus eius manet. Caeterum non potest discedere a praedio, ubi natus est, nisi forte proprias terras habeat easque colere velit.

3. Qui matre et patre adscriptitio nascuntur, adscriptitii sunt et patrem sequuntur, nisi forte diversorum dominorum sint parentes eorum. Tunc enim inter patrem et matrem dividuntur, matre electionem et maiorem partem ex liberis habente. Memineris Nov. CLVI et legas lib. I Cod. tit. 48 const. 23. *Data post consulatum Apionis imperante Iustiniano.*

Νεαρὰ ρξγ᾽.

Περὶ κουφισμοῦ δημοσίων.

Μέγιστα τὰ τῶν ἐν ἀνθρώποις.

Ἡ παροῦσα διάταξις συγχωρεῖ τὴν γενομένην[1]) *τεταρτομοιρίαν ἀπὸ θ᾽ ἰνδικτιῶνος μέχρι ιβ᾽· συγχωρεῖ δὲ καὶ τὰς ὡρισμένας συνηθείας. μέμνησο τῆς ρμη᾽ νεαρᾶς, καὶ ρμζ᾽ ὁμοίως νεαρᾶς. ἐξεφωνήθη μηνὶ ἀπριλίῳ ἰνδ. η᾽ ἐπὶ τῆς βασιλείας τιβερίου.*

Novella CLXIII.

De relevatione tributorum.

Maxima inter homines.

1. Praesens constitutio concedit, quartam partem tributorum a IX indictione usque ad XII; concedit etiam consuetudines definitas. Memineris Nov. CXLVIII et similiter Nov. CXLVII. *Data mense Aprili ind. 8 imperante Tiberio.*

Νεαρὰ ρξδ᾽.

Περὶ κληρονομιῶν ἰουστίνου καὶ τιβερίου.

Θεοῦ τε καὶ δικαιοσύνης[1]).

Πᾶς τελευτῶν διατυπούτω[2]) *τὰ καθ᾽ ἑαυτὸν ὡς βούλεται κατὰ νόμους, καὶ μὴ κωλυέσθω ὑπό τινος, μήτε σφραγῖδες ἐπιτιθέσθωσαν*[3]) *τοῖς πράγμασιν αὐτοῦ. εἰ δὲ μὴ*[4]) *θελήσῃ διαθέσθαι, κληρονομείσθω ὑπὸ τῶν ἰδίων συγγενῶν ἐξ ἀδιαθέτου καλουμένων*[5]) *κατὰ τὰς νομίμους τάξεις τε καὶ κλήσεις, τοῦ φισκοῦ [μὴ]*[6]) *δυναμένου τίποτε τῶν αὐτοῦ οἰκειοποιεῖσθαι παντάπασιν. ἀνάγνωθι βι. ε᾽ τοῦ κώδ. τί. ζ᾽ διάτ. ιζ καὶ βι. ς᾽ τοῦ κωδ. τί. κβ᾽ διάτ. α᾽ καὶ τί. κγ᾽ διάτ. κ᾽ περὶ τοῦ δύνασθαι ἕκαστον νομίμως εἰς τὰ ἑαυτοῦ διατίθεσθαι, καὶ μέμνησο τῆς ἀρχῆς τῆς κβ᾽ νεαρᾶς· περὶ δὲ τοῦ φίσκου ἀνάγνωθι βι. ς᾽ τοῦ κώδ. τί. ιη᾽*

Novella CLXIV.

De hereditatibus Iustini et Tiberii.

Deo et iustitia.

1. Quilibet moriturus de bonis suis, quemadmodum voluerit, secundum leges disponat, nec a quoquam prohibeatur, nec signa rebus eius imponantur. Quodsi non voluerit testari, cognatos suos ab intestato heredes habeat secundum legitimos ordines et classes vocandos, fisco nihil omnino ex eius rebus sibi vindicare valente. Legas lib. V Cod. tit. 7 const. 17 et lib. VI Cod. tit. 22 const. 1 et tit. 23 const. 20 de eo, quod quilibet de rebus suis legitime testari possit, et memineris initii Nov. XXII;

---

4) In Codice legere mihi sum visus: *ἀποστιζ..*
5) Num *αὐτοῖς;*
6) Bas. *πατρὸς καὶ μητρός.*
7) Bas. *γεννώμενοι.*
8) Bas. *πλεῖον.*
9) Bas. *ἐπ᾽ αὐτῶν τῶν παίδων.*
1) Cod. *γεναμένην.*
1) Cod. corrupte: *περὶ κληρονομιῶν θείου τε καὶ δικαιοσύνης ἰουστινιανοῦ* (a secunda manu correctum in *ἰουστίνου*) *καὶ τιβερίου.* Nempe haec ex inscriptione Novellae et initialibus eius verbis male conficta sunt. Videas etiam Iudicem not. 32.
2) Bas. *διατυπώσεται.*
3) Bas. *ἐπιτεθῶσι.*
4) Bas. *καὶ εἰ μή.*
5) Cod. *καλούμενοι.*
6) Deest in Cod.

διάτ. α' καὶ νεαρὰν α'. ἐξεφωνήθη μηνὶ δεκεμβρίῳ ἰνδ. η' ἐπὶ τῆς βασιλείας ἰουστίνου τιβερίου καίσαρος.

de fisco autem legas lib. VI Cod. tit. 18 const. 1 et Nov. I. *Data mense Decembri ind. 8 imperante Iustino Tiberio Caesare.*

Νεαρὰ ρξε'.

Γενικὸς τύπος περὶ ἀπόψεως θαλάσσης γραφεὶς δομνίκῳ τῷ ἐνδοξοτάτῳ[1].

Ἐδίδαξεν ἡμᾶς δημήτριος[2].

Ἡ ἐπὶ θάλασσαν[3] *ἐντὸς τῶν*[4] *ρ' ποδῶν οὖσα ἄποψις οὐ μόνον κατ' εὐθείας*[5] *ἀλλὰ καὶ ἐκ πλαγίου*[6] *ὀφείλει εἶναι ἀκαινοτόμητος*[7]. *τοῦτο γὰρ προστίθησιν ὁ παρὼν τύπος φυλάττων τὴν ζήνωνος διάταξιν καὶ τὴν νεαρὰν ἑρμηνεύων. ἀνάγνωθι βι. η' τοῦ κώδ. τί. ι' διάτ. ιη' καὶ μέμνησο τῆς ξγ' νεαρᾶς.*

Novella CLXV.

Generalis forma de prospectu maris scripta Domnico gloriosissimo.

Docuit nos Demetrius.

1. Prospectus in mare, qui intra C pedes est, non solum per directum, verum etiam per transversum opere novo impediri non debet. Hoc enim addit praesens forma, Zenonis constitutionem custodiens et Novellam interpretans. Legas lib. VIII Cod. tit. 10 const. 18 et memineris Nov. LXIII.

Νεαρὰ ρξς'.

Γενικὸς τύπος περὶ ἀπόρων ἐπιβολῆς[1] *γραφεὶς δημοσθένει τῶν ἐνδοξοτάτῳ.*

Ἐπειδὴ χρὴ τὰ τοῖς τῶν χρόνων[2].

Novella CLXVI.

Generalis forma de sterilium adiectione scripta Demostheni gloriosissimo.

Quum oporteat...

Reliqua desiderantur.

---

1) Hal. *τῷ Δομνικῷ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ τῶν πραιτωρίων.*
2) Hal. edidit *ἡ μήτηρ.* Male: nam in ipso Novellarum Codice Bononiensi, unde sua habet *Haloander*, scriptum est *δημήτριος.*
3) Hal. *θαλάσσης.*
4) Articulum Hal. et Bas. non habent.
5) Hal. et Bas. *εὐθεῖαν.*
6) Hal. *πλαγίας.*
7) Cod. *ἀκαινοτομήτως.*

1) Cod. *ἐπιβουλῆς.*
2) Integra forma ab *Heimbachio* nuper *(Zeitschr. f. gesch. Rechtswiss. VIII p. 347)* edita sic incipit: *Ἐπειδὴ χρὴ τὰ τοῖς νόμοις καὶ τοῖς τύποις τῶν ἡμετέρων θρόνων.* Hinc corrigenda sunt, quae Codex corrupte habet.

REGULAE INSTITUTIONUM.

EX COD. PARIS. REG. GR. 1366.

PROLEGOMENA.

§. I. *Origo atque indoles regularum iuris.*

Ius privatum Romanorum antiquioribus certe temporibus non tam legibus quam potius magistratuum edictis et interpretatione prudentum excultum esse constat. Et iuris quidem peritorum sive prudentum interpretatio [1]) etiam ad hoc profuit, ut regulae iuris i. e. axiomata vel principia generalia constituerentur [2]), quae modo sola prudentum interpretatione nitebantur, modo summam legum conficiebant et enarrabant [3]). Regulas autem istas auditores ICtorum avide excipiebant, utpote quae memoria facile retineri et in definiendis iuris quaestionibus pro norma esse possent. Et ita regulae iuris antiqui posteritati traditae sunt, a qua deinceps excultae et expolitae, et novis insuper regulis locupletatae sunt.

Antiquissima, de cuius origine constet, regula *Catonis* est, quam etiam definitionem vocavit Celsus l. 1. D. *de regula Catoniana* (34, 7), quamquam et ante Catonem alias eiusmodi regulas excogitatas et in usu fuisse probabile est. Plurimum autem regularis Romanorum iurisprudentia debuit Q. *Mucio Scaevolae*, qui primus in libro singulari ὅρων sive definitionum tum veteres definitiones collegisse tum regulas noviter efformatas composuisse videtur; nec non iis, qui post *Mucium* libros regularum sive definitionum conscripserunt, veluti *Neratio Prisco*, *Pomponio*, *Cervidio Scaevolae*, *Gajo*, *Papiniano*, *Ulpiano*, *Paulo*, *Marciano*, *Licinio Rufino*, *Modestino* [4]). Ex quorum libris etiam hoc intelligitur, usum et studium regularum iuris apud Romanos his temporibus maxime frequentatum esse.

§. II. *Differentia inter regulas iuris et paroemias iuris Germanici.*

Regulae iuris, quae ICtis Romanis in usu fuerunt, plurimum differunt a paroemiis iuris Germanici, quas vocant, nec satis recte fecit vir celeberrimus, *G. Hugo*, qui his illas in Historia iuris (edit. XI p. 464.) comparare voluerit. Illae enim, quod §. 1 ostendimus, ab ICtis excogitatae et efformatae sunt, hae vero magis ex ipso populo enatae [5]); atque hinc etiam illae ICtis tantum usitabantur et ab aliis auctoribus vix excitatae sunt, hae contra in popularium ore circumferebantur et a scriptoribus iuris minus peritis passim laudantur.

Discrimen, quod inter regulas iuris Romani et paroemias iuris Germanici intercedere modo statuimus, etiam in aliis nonnullis aperte se prodit. Ita v. c. ipse cel. *Hugo* l. c. observavit: „*Diese Deutschen Regeln zeichnen sich freylich auch durch etwas Sinnliches, Dichterisches, man könnte sagen Räthselhaftes aus, da die Römischen so ganz trocken sind*“; — nempe

---

1) Auctorum saec. XVI. communis quasi opinio est, regulas iuris antiqui potissimum ex disputatione fori deducendas esse. Sed disputatio fori cuius indolis fuerit, nimis obscurum est, quam ut illud pro certo affirmari possit. Cf. *Sanio* diss. de antiquis reg. iuris. Regimont. 1833 p. 16 sqq.

2) *Gothofred.* ad l. 6 C. Theod. de divers. rescriptis (1, 2). ed. *Ritter.* tom. I p. 24.

3) Cf. l. 1 D. de R. I. — Gai. IV §. 204. (Dissentit *Raevardus* de auctorit. prud. c. 14.)

4) Cf. *Brunquell.* P. I c. X §. 15. *Heinecc.* praef. ad *Uhlii* opusc. p. XLV. *Otto* Papinian. c. XII §. 4. *Schulting* Iurispr. Anteiustin. ed. *Ayrer* p. 560 not. 1. *Conradi* Orat. de iurispr. regulari Rom. Viteb. 1728. *Sanio* l. l. p. 21 sqq.

5) Hoc enim in universum verius esse videtur, quam quod paroemiographi nonnulli romanizantes (sit venia verbo) statuerunt, (cf. *Kind* de iurispr. German. paroemiaca. §. 3—5), scilicet paroemias iuris Germanici scabinis deberi, qui prudentes sive periti apud Germanos fuerint.

quia illae ex vivo populi ingenio quasi sponte profectae, hae vero arte a prudentibus elaboratae sunt. Deinde paroemias iuris Germanici, quas dixi, a plerisque eodem plane modo et iisdem verbis tam olim exhibitas esse, quam etiam nostris temporibus efferri constat: quia scilicet hoc proverbiorum quasi peculiare est, ut lingua et usus dicendi, sicuti alias dictiones communes et verborum compositiones, ita haec quoque violare eorumve verba mutare vel transponere non patiantur. Quod autem ad regulas iuris Romani attinet, eae quidem non semper iisdem verbis exprimuntur: sed ICti, qui eas exhibent, alii aliis verbis utuntur, de qua re *Hugonem Schillingius* admonuit in libro, qui inscribitur: *Bemerkungen über Röm. Rechtsgeschichte*, p. **130** sqq.

Idem *Schillingius* in hanc sententiam inclinare videtur, ut regulas iuris Romani duplicis indolis esse credat, et partim vera proverbia et paroemias vulgo usurpatas esse arbitretur, partim vero „*herrschend gewordene Meinungen der Rechtsverständigen oder gewöhnlich aufgestellte Behauptungen.*" Cuius sententiae etiam *Schweppium* esse video in libro: *Röm. Rechtsgesch. u. Rechtsalterthümer.* ed. *Gründler* p. **153**[6]. Sed donec ex scriptoribus latinis, qui quidem iuris scientiae dediti haud fuerunt, exemplis allatis probetur, regulas istas, si non omnes, tamen nonnullas proverbiorum instar vulgo usurpatas esse, equidem illas neutiquam crediderim proverbiis sive paroemiis aequiparari posse. Nam et hoc in regulis istis a natura proverbii abhorret, quod aliquando, veluti in regula Catoniana aliisque[7], memoria originis earum extet: quum tamen paroemiae a natione aliqua usurpatae eadem fere originis obscuritate, qua ipsa linguae eius initia, insignes esse soleant. Hoc tamen concedo, regularum iuris Romani varia genera esse. Aliae enim antiquiores sunt, aliae a recentioribus demum excogitatae: et hae quidem modo consensu utentium minus comprobatae modo omnium approbatione et auctoritate receptae. Ita fit, ut alias quasi in omnium ICtorum ore versari deprehendamus, alias vero nonnisi semel aut bis relatas esse videamus.

§. III. *ICti Romani in libris suis ad regulas iuris passim provocant.*

ICtos Romanos non tantum regularum libros conscripsisse, sed etiam in respondendo et iudicando, nec non in aliis, quos composuerunt, libris regulas iuris usurpasse inprimis observaverunt cell. *Hugo* et *Schillingius* §. II laudati. Nimirum in fragmentis, quae ex libris eorum in Digesta Iustiniani translata sunt, saepenumero regulae iuris laudantur his fere verbis indicatae: *regulariter constitutum est*, *sic definierunt veteres*, *vulgo dicitur*, *vulgo iactatur*, *in iure civili receptum est*, *vulgo respondetur*, *apud veteres scriptum est*, *traditum est*, *per manus traditum est*, *talem habemus regulam traditam*, etc. Unde facile quis compendium iurisprudentiae regularis Romanorum ex Digestis compilare posset, et *Hugo* et *Schillingius* citt. exempla regularum nonnulla protulerunt.

Maxime autem in respondendo utebantur regulis iuris. Etenim responsa eorum et sententiae et opiniones et epistolae brevem plerumque decisionem quaestionis propositae continebant, cui ratio decidendi paucissimis subiiciebatur. Et haec quidem ratio potius ex regulis iuris quam ex legum, SCtorum, edicti constitutionumve verbis sumebatur.

§. IV. *Rescripta principum plerumque regulis iuris nituntur.*

Verumenimvero, quod ab *Hugone* et *Schillingio* haud ita observatum est, non solum in ICtorum Romanorum libris eiusmodi regulae occurrunt, verum etiam in constitutionibus principum. Et in rescriptis quidem ratio iuris, qua imperatoris decisio nititur, perinde atque in responsis ICtorum, per regulam iuris exprimi solet: unde vel maxime intelligi potest, quantus usus et quanta auctoritas regularum istarum in causis decidendis fuerit. Sed et in edictalibus legibus imperatores nonnunquam commendandae constitutionis causa ad regulas iuris antiqui provocarunt[8].

---

6) Videatur etiam *Sanio* l. l. p. 8 sq.

7) Cf. Gai. IV §. 114. *Hugo Rechtsgesch.* ed. XI p. 852. Pleraeque regulae a *veteribus* constitutae esse dicuntur. Veteres autem qui sint intelligendi, docuit *Dirksen Beiträge S.* 159 sqq.

8) Cf. c. 29. 30. C. de pactis (2, 3). c. 20. 21 C. de furtis (6, 2). c. 5 C. de necessar. servis hered. (6, 27).

Ad rescripta quod attinet, ante omnia hoc tenendum est, in Codicem Gregorianum Hermogenianumque et eum, quem Iustinianus anno 534 edidit, saepenumero non integra rescripta, sed omissis, quae ad speciem propositam pertinerent, ea tantum rescripti verba relata esse, quae generalem enuntiationem continerent[9]. Ita nonnunquam in his Codicibus nonnisi generalis decidendi ratio, i. e. ipsa illa regula iuris, ad quam imperator decidendo provocaverat, ex rescripto excepta repraesentatur. Regulam autem iuris esse, quae exhibeatur, aliquando ex sola brevitate et reliqua indole sententiae propositae colligere vel suspicari est; sicuti haec rescripta: — c. 6. C. Greg. de pactis (ed. *Haenel* p. 4) c. 1 C. Greg. si maior fuerit probatus (ed. *Haenel* p. 12), c. 3. C. Herm. de donatt. inter V. et U. (ed. *Haenel* p. 72), c. 5. 7. 10. C. de iuris et facti ignor. (1, 18), c. 12. 20. 25 C. de pactis (2, 3), c. 9. C. qui petant tutores (5. 31), c. 4 C. de his quibus ut indignis (6, 35), c. 2 C. de codicillis (6, 36), c. 3. C. de usucap. pro donato (7, 27), c. 4 C. de acq. et retin. poss. (7, 32), c. 2. 3 C. de inutilib. stipulatt. (8, 38), — regulas iuris continere crediderim. Aliquando tamen regulae iuris in rescriptis illis certis quibusdam verbis et formulis indicantur, non iisdem quibus hoc ab ICtis fieri supra §. III vidimus, sed potius his: *placuit*[10], *certum est*[11], *non dubium est*[12], *certi iuris est*[13], *non dubii iuris est*[14], *incognitum non est*[15], *incerti iuris non est*[16], *manifesti atque evidentis iuris est*[17], *indubitati iuris est*[18], *certissimi iuris est*[19], *explorati iuris est*[20], *notissimi iuris est*[21], *non est opinionis incertae*[22].

Secundum ea igitur, quae hactenus dixi, facile intelligitur, quemadmodum ex Codicibus Gregoriano et Hermogeniano et potissimum eo, quem Iustinianus edidit, etiam earum regularum iuris, quae sub imperatoribus recentioribus in usu fuerunt, collectio quaedam institui possit.

§. V. *Collectiones regularum iuris.*

Usus et auctoritas regularum iuris quanta apud Romanos fuerit, hactenus demonstratum est. Vidimus etiam regularum libros extitisse, ex quibus earum notitia hauriri potuerit. Verumenimvero eiusmodi libri non solum eas regulas continebant, quae omnium ICtorum usu et approbatione receptae essent, sed etiam alias quamplurimas ab auctoribus noviter efformatas, quae non semper forensibus aeque placerent. Praeterea deerant regulae in eiusmodi libris, quae in aliis ICtorum scriptis deprehenderentur, et quae in constitutionibus principum usurpatae atque his quasi confirmatae essent. Itaque fieri non potuit, quin iuris studiosi et advocati novas regularum collectiones desiderarent, quae tum delectum e libris regularum tum supplementum ex aliis libris et constitutionibus principum continerent. Eiusmodi collectionem, quae Theodosii II temporibus extiterit sub titulo: *Breviarium advocatorum sive rotundiores iuris regulae*, alicubi commemoratam inveni. Postea autem Iustinianus iuris studiosis et advocatis idem praestare voluisse videtur, qui in Digestorum lib. L tit. 17, *de diversis regulis iuris antiqui* inscripto, magnam partem regularum iuris in antiquiorum ICtorum libris sparsarum uno quasi tractatu comprehenderit.

§. VI. *Fata iurisprudentiae regularis in Occidente post Iustinianum.*

Non minor, quam apud antiquos, apud recentiores in Occidente ICtos regularum iuris auctoritas fuit. Ita in Glossa Taurinensi ad Institutiones (ed. *Surinii Gesch. des Röm. Rechts*

---

9) Cf. c. 2 C. Greg. de pactis (ed. *Haenel* p. 3.) c. 2 C. Greg. de his quae vi metusve cau. (ibid. p. 9). c. 1. 2. C. Greg. de dolo malo. (ibid. p. 9. 10). etc.

10) c. 1 C. Greg. de petit. heredit. (ed. *Haenel* p. 15).

11) c. 5 C. de adoptt. (8, 47.)

12) c. 1 C. Greg. si adv. donationes (ed. *Haenel* p. 10).

13) c. 1 C. Herm. de deposito (ed. *Haenel* p. 74). c. 3 C. de periculo. (4, 48).

14) c. 13 C. de transactt. (2, 4).

15) c. 1 C. Greg. de rei vind. (ed. *Haenel* p. 15).

16) c. 3 C. de interdictis (8, 1).

17) c. 4 C. Herm. de pactis (ed. *Haenel* p. 68).

18) c. 2 C. Greg. de his quae vi metusve cau. (ed. *Haenel* p. 9). c. 2. C. Greg. de famil. hercisc. (ed. *Haenel* p. 20).

19) c. 2 C. Greg. de rei vind. (ed. *Haenel* p. 16). c. 1 C. Herm. ex delictis defunctor. (ed. *Haenel* p. 66).

20) c. 3 C. Greg. de rei vind. (ed. *Haenel* p. 16). c. 1 C. Greg. si cum eo qui in aliena (ed. *Haenel* p. 23).

21) c. 1. C. Herm. de iure fisci (ed. *Haenel* p. 67). c. 26 C. de transactt. (2, 4).

22) c. 3 C. Greg. de transactt. (ed. *Haenel* p. 6).

im Mittelalter tom. II p. 429 sqq. nro. 8. 31. 35. 38 etc. et praesertim nro. 184 et 222) regulae iuris excitantur, et similiter in Glossa ordinaria, quam vocant, et apud eos, qui post Glossatores scripserunt, regulas iuris passim laudari constat. Imo Glossatores et, qui eos sequuti sunt, novis regulis iuris efformandis operam dederunt, quae nomen *Brocardicorum* sortitae sunt, adeoque in libros singulares collectae supersunt[23]). Denique ICti occidentales non tantum in lecturis super Digesto novo et commentariis ad illud titulum Digestorum *de regulis iuris* pertractarunt, sed etiam scholae peculiares de hoc titulo habitae et commentarii speciales in eum conscripti sunt. Nimirum in academiis antiquioribus professores titulorum *de Verborum Significatione* et *de Regulis Iuris* seorsim constituti erant, qui tam praelectionibus quam libris titulos istos illustrarent[24]). Observatio autem illa saec. XVIII in desuetudinem abiit, et ita effectum est, ut novissimis temporibus iurisprudentia regularis plus aequo neglecta iaceat.

§. VII. *Fata iurisprudentiae regularis in Oriente post Iustinianum.*

Sicuti in Occidente ita etiam in Oriente ICti regulis iuris plurimum auctoritatis tribuisse videntur. Etenim saepenumero ICti Graeci lectorum vel auditorum suorum animos ad regulas iuris, quas *κανόνας* sive *γενικοὺς κανόνας* vocant, adverterunt, ut adnotarent: *σημείωσαι τὸν κανόνα*, vel *σημείωσαι ὡραῖον*, aliisque id genus indicationibus uterentur[25]). Iidem in expositionibus dogmaticis vel in causis decidendis ad regulas iuris provocarunt, *διὰ τὸν κανόνα τὸν λέγοντα κ. τ. λ.* sic vel sic statuendum esse dicentes[26]). Deinde ad titulum Digestorum *de diversis regulis iuris antiqui* qui commentarentur, fuerunt et antiquiores et recentiores ICti, ex quorum observationibus fragmenta habentur in scholiis Basilicorum (lib. II tit. 3) et in scholiis Harmenopuli. (*Constantinus Harmenopulus* nimirum, saeculi XIV ICtus, manuali iuris sive Hexabiblo a se compositae delectum ex titulo Basilicorum de regulis iuris appendicis loco adiecit.) Denique fuerunt ICti Graeci, qui etiam novas collectiones regularum iuris instituerent. Ita *Michael Psellus* in Synopsi v. 198—364 varias regulas iuris et deinde v. 365—435 *κανόνας τῶν νεαρῶν*, i. e. regulas iuris e Novellis Iustiniani exceptas proposuit. Similis regularum iuris e Novellis collectio habetur in *Brevi divisione Novellarum Iustiniani*, quam edidit *Heimbachius* *Ἀνεκδότ.* tom. II p. 236 sq.

§. VIII. *Collectio regularum iuris a Graeco ICto ex Institutionibus facta, quae in Cod. Paris. gr. 1366 servata est et nunc primum editur.*

Collectionibus regularum graecis, de quibus modo dixi, connumeranda etiam est collectio hactenus inedita et incognita, quam ex Institutionibus fecit et locorum similium allegationibus ex Digestis et Codice locupletavit ICtus Graecus, quem pro genere dicendi, quo utitur, et pro ratione allegandi Digestorum et Codicis leges Iustiniano supparem fuisse crediderim. Extat haec collectio in Codice Paris. reg. gr. 1366, qui Codex membranaceus in forma quartą maiori saec. XII exaratus, et olim numeris DCLVII, 711, 2518 insignitus, Theophili Institutiones et in calce *Regulas Institutionum* continet. Unde suspicio alicui in mentem venire posset, has regulas ex Theophilo exceptas esse: quamquam in aliis auctor regularum tam parum cum Theophilo consentit, ut certe praeter Theophilum etiam alias versiones graecas imo authenticum Institutionum textum adhibuisse videatur.

Iam vero regulas istas Institutionum ex Codice laudato, versione latina et adnotationibus illustratas, hoc libro *Ἀνεκδότων* inserendas esse putavi. Sunt enim per se non iniucundae ad perlegendum, et ad crisin Institutionum, Digestorum et Codicis nonnihil utilitatis habent. Quae omnia ex ipsis hisce regulis et adnotationibus a me subiectis apertius intelligentur.

Igitur Codex Paris. reg. gr. 1366 fol. 325 recto et sequentibus haec habet:

---

23) v. *Savigny Gesch. des RRs. im Mittelalter* tom. III (ed. 2) p. 552. 567 sqq. tom. V p. 35. 70. 150. 219. tom. VI p. 9. 31. 90. 283. 291. — Tituli de regulis iuris habentur quoque X. 5, 41, et in VIto, 5, 12.

24) *Cramer* ad tit. de V. S. p. IX sq. *Spangenberg Einleit. in das C. J.* p. 260 (ubi laudatur: *Rechenbergii* pr. de origine et historia professionis de V. S. et R. I Lips. 1715. 4. *Nettelbladt Hall. Beyträge* II p. 27—37) et p. 301 sq. — v. *Savigny* l. l. tom. III p. 566. tom. IV p. 94 99. 107. 125. 241. tom. V p. 218. tom. VI p. 341.

25) E. g. cf. Basil. ed. *Heimbach* tom. I p. 736. 777. 790.

26) E. g. cf. Basil. ed. *Heimbach* tom. I p. 736. 770. 771.

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ ΙΝΣΤΙΤΟΥΤΩΝ.[1]

REGULAE INSTITUTIONUM.

Ἰνστιτ. α' τί. δ'. — Ἡ συμφορα τῆς μητρος οὐ καταβλάπτει τὸν ἐν γαστρὶ ὄντα. ὁμοίως βι. α' τῶν διγεστῶν[2]) *τί. ε' διγ. ιε'* TRYPHONINU[3]) *ῥητῷ.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ τί. δ'. — Τοῖς ἐξ ἀρχῆς εὐγενέσιν οὐκ ἀντίκειται ἡ MANUMISSI*ον. συνᾴδει δὲ τούτῳ τὸ κείμενον βι. ιβ' τί. δ' διγ. γ'*[4]) *καὶ βι. ζ' τοῦ κώδ. τί. α' διατ. β'.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ τί. ς'. — Ἡ αἰτία τῆς ἐλευθερίας ἅπαξ δοκιμασθεῖσα, εἴτε ἀληθὴς εἴτε ψευδὴς εἴη, οὐκ ἀναψηλαφᾶται. ὁμοίως βι. α'[5]) *τῶν πρώτων τί. ε' διγ. κδ'*[6]) *καὶ βι. ζ' τοῦ κώδ. τί. α' διάτ. α'.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ τί. θ'[7]). *— Ὧν τὰς θυγατέρας λαβεῖν οὐ δυνάμεθα, τούτων οὐδὲ τὴν ἐγγόνην.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — Οὐδεὶς κατὰ ταὐτὸν δύο γυναῖκας δύναται λαβεῖν· οὔτε ἡ αὐτὴ δύο ἀνδράσι δύναται κατὰ ταὐτὸν μίγνυσθαι. συνᾴδει τούτῳ τῷ κανόνι τὸ κείμενον ὁμοίως βι. ε' τοῦ κώδ. τί. ε' διάτ. β'.

Βι. τοῦ αὐτοῦ τί. η'. — Εἴ τι δήποτε διὰ τῶν οἰκετῶν προσπορίζεται, τοῦτο τοῖς δεσπόταις ἀνήκει. ὁμοίως ἐν τῷ ε' βι. τί. θ' βι.[8])

Βι. τοῦ αὐτοῦ τί. ιε'. — Τὰ τικτόμενα τὴν τοῦ πατρὸς καὶ οὐ τὴν τῆς μητρὸς φαμιλίαν διώκουσιν. τὴν δὲ διάστιξιν τοῦ κανόνος εὑρήσεις βι. α' τῶν πρώτων τί. ε' διγ. ιθ' CELSU.

Βι. τοῦ αὐτοῦ τί. ιζ'. — Ὅπου τὸ κέρδος τῆς κληρονομίας, ἐκεῖ καὶ τὸ βάρος τῆς ἐπιτροπῆς. ἀνάγνωθι βι. κς' τί. δ' διγ. ε' καὶ πρῶτον.

Βι. τοῦ αὐτοῦ τί. κα'. — Ὁ πούπιλλος δύναται καὶ χωρὶς αὐθεντείας τοῦ ἐπιτρόπου κρείττονα τὴν οἰκείαν αἵρεσιν ποιεῖν, οὐ μέντοιγε χείρονα. ὁμοίως φησὶν ὁ Γάϊος ἐν τῷ β' βι. τῶν πρώτων τί. ιδ' διγ. κη'. ἀνάγνωθι βι. ε' τοῦ κώδ. τί. νθ' διάτ. α' καὶ γ', καὶ βι. η' τί. λη'[9]) *διάτ. α'.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — Ὁ ἐπίτροπος αὐθεντεῖν εἰς πρᾶγμα οἰκεῖον [οὐ][10]) *δύναται. ὁμοίως βι. κς' τί. η' διγ. α'* ULPIANU *ῥητῷ.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. κγ'. — Ἐν διαθήκῃ κουράτωρ οὐ δίδοται. ἔχεις δὲ ὑπαίρεσιν τοῦ κανόνος βι. α' τοῦ κώδ. τί. δ' διάτ. κζ', ἧς ἡ ἀρχή· DE CREATIONIBUS.

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — Τῷ ἔχοντι ἐπίτροπον ἐπίτροπος οὐ δοθήσεται. ὁμοίως ἔχεις βι. κς'[11]) *τί. β'*

1. **Instit. I tit. 4 [pr.]** — Calamitas matris non nocet ei, qui in utero est. Similiter lib. I digestorum tit. 5 dig. 15 *Tryphonini.*

2. Lib. eodem tit. 4 [§. 1.] — Ingenuis natis non obstat *manumissio*. Concinit huic regulae lib... tit. .. dig. .. et lib. VII Cod. tit. 1 const. 2.

3. Lib. eodem tit. 6 [§. 6.] — Causa libertatis semel adprobata, sive vera sive falsa sit, non retractatur. Similiter lib. I protorum tit. 5 dig. [25] et lib. VII Cod. tit. 1 const. 1.

4. Lib. eod. tit. [10 §. 3]. — Quorum filias ducere non possumus, eorum neque neptem.

5. Lib. eodem ac tit. [§. 6. 7]. — Nemo eodem tempore duas uxores ducere potest: neque eadem duobus viris eodem tempore iungi potest. Concinit huic regulae quod similiter habetur lib. V Cod tit. 5 const. 2.

6. Lib. eodem tit. 8 [§. 1.] — Quodcunque per servos acquiritur, id dominis acquiritur. Similiter.........

7. Lib. eodem tit. 15 [§. 1]. — Qui nascuntur, patris non matris familiam sequuntur. Sed distinctionem regulae invenies lib. I protorum tit. 5 dig. 19 *Celsi.*

8. Lib. eod. tit. 17. — Ubi emolumentum successionis, ibi etiam onus tutelae. Confer lib. XXVI tit. 4 dig. 5 [pr.] et primum [pr.]

9. Lib. eod. tit. 21 [pr.] — Pupillus potest etiam sine tutoris auctoritate meliorem suam conditionem facere, non autem deteriorem. Similiter loquitur Gaius lib. II protorum tit. 14 dig. 28 [pr.] Confer lib. V Cod. tit. 59 const. 1 et 3, et lib. VIII tit. 38 const. 1.

10. Lib. eodem ac tit. [§. 3.] — Tutor in rem suam auctor esse [non] potest. Similiter lib. XXVI tit. 8 dig. 1 *Ulpiani.*

11. Lib. eodem ac tit. 23 [§. 1.]. — Testamento curator non datur. Habes autem exceptionem regulae lib. I Cod. tit. 4 const. 27, cuius initium: *De creationibus.*

12. Lib. eodem ac tit. [§. 5.] — Habenti tutorem tutor non dabitur. Similiter habes lib. XXVI

---

1) Addit Codex aliam inscriptionem: κα ωρ DERKOULIK UMNbLib.. Lego: *Κανόνες ὡραῖοι.* (Cf. not. 16 et Regulas IV Inst. §. 2.) DE REGULIS UTILIBUS, vel: *De regulis Institutionum liber*, vel: *De regulis iuris liber?*
2) Cod. semper: *τὰ διγεστά*, et similiter: *τὸ διγεστόν.*
3) Cod. ΤΗΑΒΟΝΙΝU. Videtur significari dig. 15 *de statu hominum*, quod Tryphonini sane est, neque tamen hoc loco quadrat. Potius excitanda erat l. 5 §. 2 eod.
4) Non invenio.
5) Cod. δ'.
6) In nostris est: κε'. Cf. Regulas III Inst. §. 4.
7) Lege ι'. Quamquam Graeci, ubi libri I titulos laudant, saepius Theophili Codices sequuntur, in quibus tit. 1 desideratur.
8) Num: *ἐν τῷ ἑξῆς βι. τί. θ'*; (Inst. II, 9.) Cf. Regulas II Inst. §. 1. 12.
9) In vulgatis Codicis editionibus est tit. 39.
10) Hoc verbum deest in Cod.
11) Cod.: *βι. κ' ς' βι.*

διγ. κζ', καὶ βι. ε' τοῦ κώδ. τί. λα' διάτ. θ' καὶ τί. λς' διάτ. δ'.

Βι. τοῦ αὐτοῦ...[12]) — *Ὁ ἐν διαθήκῃ δοθεὶς ἐπίτροπος ἱκανὰ*[13]) *διδόναι οὐκ ἀναγκάζεται. ἀνάγνωθι βι. κς' καὶ τί. β' διγ. ιθ', καὶ βι.* [α'][14]) *τοῦ κώδ. τί. δ' διάτ. κζ', καὶ βι. ε' τοῦ κώδ. τί. μβ'*[15]) *διάτ. δ'.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ τί. κε'. — Ὁ ἑτέρου πρὸς ἐπιμέλειαν τῶν οἰκείων δεόμενος οὐ δύναται ἑτέρου ἐπιμελεῖσθαι. σημείωσαι[16])......

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — Οὐδεὶς ἀναγκάζεται τοῦ αὐτοῦ κουρατωρεύειν, οὗπερ καὶ ἐπετρόπευσεν. ὁμοίως βι. ε' τοῦ κώδ. τί. ξβ' διάτ. κ', οὗ[17]) *ἡ ἀρχή·* CUR.

tit. 2 dig. 27 [pr.], et lib. V Cod. tit. 31 const. 9 et tit. 36 const. 4.

13. Lib. eodem [tit. 24 pr.] — Testamento datus tutor satisdare non cogitur. Confer lib. XXVI et tit. 2 dig. 19 [pr.], et lib. [I] Cod. tit. 4 const. 27, et lib. V Cod. tit. 42 const. 4.

14. Lib. eodem tit. 25 [§. 13]. — Qui alieno auxilio in rebus suis administrandis eget, non potest alius curam subire. Nota......

15. Lib. eodem ac tit. [§. 18]. — Nemo cogitur eius curator fieri, cuius iam tutor fuit. Similiter lib. V Cod. tit. 62 const. 20, cuius initium: *Cur[ator]*.

Κανόνες τῆς β' ἰνστιτουτίωνος.

Ἰνστιτουτ. βι. β' τί. α'. — Τὰ θεῖον ὄντα δικαίου, ταῦτα ὑπ' οὐδενὸς δεσπόζεται. ἀνάγνωθι τὸν ιθ' τί. τοῦ ἑξῆς βι., καὶ βι. α' τῶν πρώτων τί. η' διγ. θ'[18]).

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — Τὰ οὐδενὸς ὄντα πρότερον, ταῦτα τοῦ προκαταλαμβάνοντος γίνεται. ἀνάγνωθι τὸ ε' διγ... ....[19])

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — Τὰ συνήθειαν ἔχοντα τοῦ ἀπελθεῖν καὶ ὑποστρέφειν, ἡμέτερα μένουσιν, ἕως οὗ λογισμὸν ἔχουσι τοῦ ὑποστρέφειν.

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — Ἡ ἐπίκλυσις οὐκ ἐναλλάσσει τοῦ[20]) *ἀγροῦ σχῆμα. ὁμοίως φησὶν ὁ* ULPIANUS[21]) *βι. ζ' τῶν διγεστῶν*[22]) *τί. δ' διγ. κδ'. κεῖται δὲ καὶ βί. ι' τί. α' διγ. ε' καὶ ζ'*[23]).

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — Τὰ ἀποσβεσθέντα πράγματα, εἰ καὶ μὴ δύναται ἐκδικεῖσθαι διὰ τῆς IN REM, CONDICTI*κεύεσθαι δύναται. σημείωσαι οὐδαμοῦ ἀνέγνωτον κανόνα.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — Πᾶν ἐπικείμενον εἴκει[24]) *τῷ ὑποκειμένῳ. τὸν αὐτὸν δὲ ἔχεις κανόνα βι. η' τί. δ' διγ. ιζ', καὶ βι. θ' τί. β' διγ. ν', καὶ βι. η' τοῦ κώδ. τί. ι' διατ. ε', ἧς ἡ ἀρχή·* SI IS.

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — Ὁ τοκετὸς τῆς θεραπαίνης οὐκ ἔστιν ἐν καρπῷ. ὁμοίως βι. ε' τί. γ' διγ. κζ', καὶ βι. ζ' τί. α' διγ. ξη', καὶ βι. κγ' τί. γ' διγ. ι', καὶ βι. κβ' τί. α' διγ. κη' CAIU *ῥητῷ.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ τί. γ'. — Οὐδεὶς δύναται δουλεύειν ἢ δουλεύεσθαι, εἰ μὴ ὁ ἔχων URBAN*όν*[25]) PRAEDI*ον. ὁμοίως βι. η' τί. δ' διγ. α', καὶ βι. ιθ' τί. α' διγ. ς'.* PAULUS[26]).

Βι. τοῦ αὐτοῦ τί. ς'. — Ὁ ἀλλότριον πρᾶγμα ἐκποιῶν ἐν εἰδήσει, ἢ ἄλλως τραδιτεύων, κλοπὴν ἁμαρτά-

Regulae secundae Institutionis.

1. Institut. lib. II tit. 1 [§. 7]. — Quae divini iuris sunt, ea in nullius bonis sunt. Confer tit. 19 sequentis libri [§. 2], et lib. I protorum tit. 8 dig. 9.

2. Lib. eodem et tit. [§. 12]. — Quae nullius antea fuerunt, ea occupantis fiunt. Confer dig. 5........

3. Lib. eodem ac tit. [§. 15]. — Quae consuetudinem habent abeundi et redeundi, nostra manent, donec animum revertendi habeant.

4. Lib. eodem ac tit. [§. 24]. — Inundatio non commutat speciem fundi. Similiter loquitur *Ulpianus* lib. VII Digestorum tit. 4 dig. 24. Habetur etiam lib. X tit. 1 dig. 5 et 7.

5. Lib. eodem ac tit. [§. 26]. — Extinctae res, licet non possint vindicari *in rem* actione, *condici* possunt. Nota regulam, quae nusquam reperitur.

6. Lib. eodem ac tit. [§. 29]. — Omne impositum cedit supposito. Eandem regulam habes lib. VIII tit. 4 dig. 17, et lib. IX tit. 2 dig. 50, et lib. VIII Cod. tit. 10 const. 5, cuius initium: *Si is.*

7. Lib. eodem ac tit. [§. 37]. — Partus ancillae non est in fructu. Similiter lib. V tit. 3 dig. 27, et lib. VII tit. 1 dig. 68, et lib. XXIII tit. 3 dig. 10 [§. 2], et lib. XXII tit. 1 dig. 28 [§. 1] *Caii.*

8. Lib. eodem tit. 3 [§. 3]. — Nemo potest servitutem debere vel acquirere, nisi qui habet *urbanum* [vel rusticum] *praedium.* Similiter lib. VIII tit. 4 dig. 1, et lib. XIX tit. 1 dig. 6 [§. 5] *Pauli.*

9. Lib. eodem tit. 6 [§. 3]. — Qui alienam rem sciens vendit, vel ex alia causa tradit, furtum

---

12) Adde: *τί. κδ'.*
13) Cod. *ἱκάνα.*
14) Deest in Codice.
15) Cod. *μζ'* legere videtur.
16) Cod. *ση ωρ κα ν.* (*σημείωσαι ὡραῖον κανόνα* vel *σημείωσαι ὡραῖον καὶ νέον*, vel *σημείωσαι· ὡραῖος κανών.*) Cf. Regulas IV Inst. §. 2.
17) Potius: *ἧς*, uti Noster §. 11 supra et saepius. Sed et vertere possumus: *ubi.*
18) An: *διγ. α'*;
19) Cod. *τὸ ε' διγ. τῆς* COMMODAT *τοῦ χγ' σύνταγμα.* Quod videtur esse: *τὸ ε' διγ. τῆς* commodati *τοῦ* de rebus *συντάγματος* (cf. infra §. 13). Sed non quadrat.
20) Lege: *τὸ τοῦ.*
21) Cod. ULP. Sed dig. 24 ex *Iavoleno lib. III Posteriorum Labeonis* est.
22) Codex post *διγεστῶν* addit notam: C.
23) Videtur esse legendum: *διγ. η'.*
24) Cod. *ἥκει.*
25) Adde: *ἢ* RUSTIC*όν.*
26) Ita in Codice legitur: in Codice autem *π.* Florentino dig. 6 cit. *Pomponii* esse dicitur.

τει. ὁμοίως βι. ϛ' τοῦ κώδ. καὶ τι. β' διάτ. ϛ', κα βι. ζ' τι. κϛ' [27]*) διάτ. α'.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τι. — Κλοπὴ ἄνευ κλεπτικῆς διαθέσεως οὐ πλημμελεῖται. ὁμοίως ἔχεις ἰνστιτουτ. δ' τι. α' [28]*), καὶ βι. θ' τι. β' διγ. μα'.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τι. — Ἡ πλάνη τῆς....... [29]*) αἰτίας οὐ ποιεῖ* USUCAPIονα. *ὁμοίως εὑρήσεις βι. ζ' τοῦ κώδ. τι. κζ' διάτ. γ'.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ τι. θ'. — Εἴ τι δήποτε τῷ οἰκέτῃ προσγένηται, τοῦτο καὶ ἄκουσι καὶ ἀγνοοῦσιν [30]*) ἡμῖν προσπορίζεται. ὁμοίως ἰνστιτ. βι.* [31]*) α' τι. η', καὶ βι. ε' τι. γ' διγ. λε'* KAIU.

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τι. — Οὐδὲν ἡμῖν προσπορίζεται δι' ἐλευθέρου [32]*) προσώπου. ὁμοίως ἔχεις ἐν τῷ ια' διγεστῷ τῆς* PIGNERATIκίας, *καὶ βι. δ'* [33]*) τοῦ κώδ. τι. κζ' διατ. α'.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ τι. ι'. — Οὐκ ἔστι δεκτὴ ἡ οἰκειακὴ μαρτυρία. ἀνάγνωθι βι. κη' τι. α' διγ. κ', καὶ βι. κβ' τι. ε' διγ. ι'.

Βι. τοῦ αὐτοῦ τι. ιδ' [34]*). — Οὐδεὶς ἐν μέρει δύναται ἀδιάθετος τελευτᾶν. ἔχεις ὑπεξαίρεσιν τοῦ κανονος βι. ε' τι. β' διγ. ιε'.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ τι. ιϛ'. — Οὐδεὶς δύναται τῷ παιδὶ PUPILLARίως *ὑποκαθιστᾶν, εἰ μὴ καὶ εἰς αὐτὸν ποιήσει διαθήκην. ταὐτὸν κεῖται βι. κη' τι. ϛ' διγ. β'.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ τι. ιη'. — Ὁ δυνάμενος ἀλλαχόθεν βοηθεῖσθαι οὐ κινεῖ DE INOFFICIOSO. *ὁμοίως βι. ϛ' τοῦ κώδ. τι. κη' διάτ. δ', ἧς ἡ ἀρχή·* MAXIMUM [35]).

Βι. τοῦ αὐτοῦ τι. ιθ'. — Ἡ γυνὴ υἱὸν ὑπεξούσιον ἔχειν οὐ δύναται. ὁμοίως ἰνστιτουτ. α' τι. θ', καὶ βι. η' τοῦ κώδ. τι. μζ' [36]*) διάτ. ε'.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ τι. κ'. — Ἡ ἀνάγκη τοῦ ἀποδεικνύειν ἐπίκειται τῷ ἄκτωρι. ὁμοίως φησὶν ὁ MARCIANUS [37]*) βι. κβ' τι. γ' διγ. κα'* [38]).

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τι. — .... [39]*) ἐπικερδῶν αἰτιῶν οὐδεὶς δύναται τὸ αὐτὸ πρᾶγμα ἔχειν. τὸν δὲ κανόνα καὶ τὰς αὐτοῦ διαστίξεις* [40]*) φησὶν ὁ* IULIANUS *βι. λ'* [41]) DIG. *πα'* [42]).

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τι. — Τό τινος ὑπάρχον ἐπὶ πλεῖον αὐτοῦ εἶναι οὐ δύναται. ὁμοίως ἔχεις ἰνστιτουτ. δ' [43]*) τι. ϛ'.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τι. — Πλέον ἔῤῥωται τὸ ἐν ἀληθείᾳ ὄν, ἤπερ τὸ ἐν τῇ ὑπονοίᾳ. ὁμοίως φησὶν ὁ PAULUS [44]*) καὶ βι. κβ' τι. ϛ' διγεστ. θ'.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τι. — Ἡ πλαστὴ DEMONSTRATIO [45]*) οὐ καταβλάπτει τὸ λεγάτον. ὁμοίως ἔχεις βι. κη' τι. ε' διγεστὸν τελευταῖον, καὶ βι. λ' διγ. οε', καὶ βι. ϛ' τοῦ κώδ. τι. μδ'* [46]*) διάτ. β'. ἔοικε δὲ τούτῳ τῷ*

committit. Similiter lib. VI Cod. et tit. 2 const. 6, et lib. VII tit. 26 const. 1.

10. Lib. eodem ac tit. [§. 5.] — Furtum sine affectu furandi non committitur. Similiter Institut. IV tit. 1 [§. 7], et lib. IX tit. 2 dig. 41 [§. 1.]

11. Lib. eodem ac tit. [§. 11]. — Error falsae causae non parit *usucapionem*. Similiter invenies lib. VII Cod. tit. 27 const. 3.

12. Lib. eodem tit. 9 [§. 3]. — Quodcunque servo obvenit, id et invitis et ignorantibus nobis acquiritur. Similiter Instit. lib. I tit. 8, et lib. V tit. 3 dig. 35 *Kaii*.

13. Lib. eodem ac tit. [§. 5]. — Nihil nobis acquiritur per liberam personam. Similiter habes in 11 digesto [§. 6] *de pigneraticia actione* [XIII, 7], et lib. IV Cod. tit. 27 const. 1.

14. Lib. eodem tit. 10 [§. 9]. — Non est accipiendum domesticum testimonium. Confer lib. XXVIII tit. 1 dig. 20 [§. 3], et lib. XXII tit. 5 dig. 10.

15. Lib. eodem tit. 14 [§. 5]. — Nemo ex parte potest intestatus decedere. Habes exceptionem a regula lib. V tit. 2 dig. 15.

16. Lib. eodem tit. 16 [§. 5]. — Nemo potest filio *pupillariter* substituere, nisi et sibi faciat testamentum. Idem est lib. XXVIII tit. 6 dig. 2 [§. 1.].

17. Lib. eodem tit. 18 [§. 2]. — Qui aliunde auxilium habet, non agit *de inofficioso*. Similiter lib. VI Cod. tit. 28 const. 4, cuius initium: *Maximum*.

18. Lib. eodem tit. 19 [§. 3]. — Femina filium sub potestate habere non potest. Similiter Instit. I tit. 9, et lib. VIII Cod. tit. 47 const. 5.

19. Lib. eodem tit. 20 [§ 4.] — Necessitas probandi incumbit actori. Similiter loquitur *Marcianus* lib. XXII tit. 3 dig. 21.

20. Lib. eodem et tit. [§. 6]. — [Ex duabus] lucrativis causis nemo potest eandem rem consequi. Regulam autem hanc eiusque distinctiones proponit *Iulianus* lib. XXX *dig.* [82].

21. Lib. eodem ac tit. [§. 10]. — Quod alicuius est, amplius eius fieri non potest. Similiter habes Institut. IV tit. 6 [§ 14.]

22. Lib. eodem ac tit. [§. 11]. — Plus valet, quod in veritate est, quam quod in opinione. Similiter loquitur *Paulus* etiam lib. XXII tit. 6 dig. 9 [§. 4.]

23. Lib. eodem ac tit. [§. 30]. — Falsa *demonstratio* non perimit legatum. Similiter habes lib. XXVIII tit. 5 digestum ultimum, et lib. XXX dig. 75 [§. 1], et lib. VI Cod. tit. 44 const. 2.

---

27) Cod. *τι. κε'*. Cf. tamen §. 11 infra.
28) Cf. infra Regulas IV Inst. §. 3.
29) Cod. *τῆς πλάνης αἰτίας*. Theophil. *τῆς ψευδοῦς αἰτίας*. Sed praetulerim: *τῆς φάλσης* vel *τῆς πλαστῆς αἰτίας*. Cf. infra §. 23.
30) In Cod. videtur esse: *εὐνοοῦσι*.
31) Cod. *τι.*
32) An: *ἐξτρανίου*;
33) Cod. *α'* habere videtur.
34) Cod. *ια'* habere videtur.
35) Cod.: MAXAIM.
36) In vulgatis editionibus est tit. 48.
37) Cod.: MAP (vel *ρ*) u (vel *ci*).
38) Codex *κδ'* legere videtur.
39) Scilicet exciderunt quaedam hoc loco. Num: *Ἐκ δυοῖν*;
40) Cod.: *διατάξεις*.
41) Codex habere videtur: *α'*.
42) Dig 82 intelligitur.
43) In Codice videtur esse: *α'*. Cf. infra Regulas IV Instit. §. 7.
44) Cod.: RAMLo.
45) Cod *δεMINSTRATIONI*.
46) In Codice *μα'* esse videtur.

κανόνι ὁ λέγων κανών· FALSA CAUSA NIHIL NOCET[47]). *εἴρηται*[48]) *δὲ οὕτως βι. α' τοῦ κώδ. τί. ιη' διατ. ε'*[49]).

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — Τὸ ἀχρήστως γενόμενον λεγάτον εἰ παραυτίκα ἐτελεύτησεν ὁ τεστάτωρ, τοῦτο[49a]) *οὐκ ἰσχυροποιεῖται ζήσαντος αὐτοῦ ἐπὶ χρόνους. τούτῳ δὲ συνᾴδει ὁ κανὼν ὁ λέγων· τὰ εἰς τοῦτο τὸ θέμα περιστάντα, ἐξ οὗ τὴν ἀρχὴν συστῆναι οὐκ ἠδύνατο, ἄχρηστά ἐστιν. εἴρηται δὲ οὕτως ἰνστιτουτ. γ'. ιθ'*[50]), *καὶ βι. η' τί. α' διγ. ια' MODESTINU*[51]).

Βι. τοῦ αὐτοῦ τί. κε'. — Ἐν κωδικίλλοις κληρονομία οὔτε δίδοσθαι οὔτε ἀφαιρεῖσθαι δύναται. ὁμοίως ἔχεις βι. κη' τί. ε' διγ. ος'[52]) *καὶ τί. ζ' διγ. κζ' MODESTINU*[53]), *καὶ βι. ς' τοῦ κώδ. τί. κζ'*[54]) *διάτ. ε', καὶ τί. λε', καὶ τί. λς' διάτ. β'.*

Similis est huic regulae regula, quae dicit: *Falsa causa nihil nocet.* Hoc vero dicitur lib. I Cod. tit. 18 const. 5.

24. Lib. eodem ac tit. [§. 32]. — Quod inutile foret legatum, si statim decessisset testator, hoc non fit validum, si is diutius vixerit. Huic concinit regula, quae dicit: Quae in eum casum deducuntur, unde ab initio consistere non potuerunt, inutilia sunt. Hoc vero dicitur Instit. III [tit.] 19 [§. 2] et lib. VIII tit. 1 dig. 11 *Modestini.*

25. Lib. eodem tit. 25 [§. 2]. — Codicillis hereditas neque dari neque adimi potest. Similiter habes lib. XXVIII tit. 5 dig. [77], et tit. 7 dig. 27 [§. 1] *Modestini*, et lib. VI Cod. tit. 27 const. 5 [§ 1], et tit. 35 [const. 4], et tit. 36 const. 2.

Κανόνες τῆς γ' ἰνστιτουτίονος.

Ἰνστιτ. γ' [τί. α']. — Ἐξ ὧν αἰτιῶν καὶ ἀγνοοῦσιν ἡμῖν προσπορίζεται,..........[55]) *ὁμοίως ἔχεις βι. ιβ' τί. α' διγ. ιβ' POMPONIU, καὶ βι. κη' τί. α' διγεστὸν ις' τοῦ αὐτοῦ.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — Τὰ πολιτικὰ δίκαια ὁ πολιτικὸς ἀναιρεῖ λογισμός· τὰ δὲ φυσικὰ οὐκ ἀναιρεῖ. ὁμοίως ἔχεις ἰνστιτ. α' τί. ιε', καὶ βι. δ' τῶν πρώτων τί. ε' διγεστὸν η' CAIOU.

Βι. τοῦ αὐτοῦ τί. δ'. — Τὰς ὑπὸ καινοτομίας εἰσενεγκαμένας διαδοχὰς οὐ φθείρει ἡ μικρὰ καπίτις δεμινούτιων[56]). *σημείωσαι τὸν κανόνα ἐπὶ ῥητοῦ.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ τί. ια'. — Ἡ ἐλευθερία ἅπαξ ἁρμόσασα οὐκ ἀναψηλαφᾶται. ὁμοίως ἰνστιτ. α' τί. ς'[57]) *καὶ βι. δ' τῶν πρώτων τί. γ' διγεστὸν κα'*[58]), *καὶ βι. ζ' τοῦ κώδ. τί. α' διάτ. α'.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ τί. ιζ'. — Ὁ μὴ δυνάμενος[59]) *ἑνὶ τῶν δεσποτῶν προσπορίζεσθαι, τῷ ἑτέρῳ εἰς ὁλόκληρον προσπορίζεται. ὁμοίως βι. κς' τί. η' διγεστὸν ιβ', ἐν ᾧ καὶ τὸ ἐναντίον*[60]) *εἴρηται, ὅτι τὸ μὴ δυνάμενον πᾶσι τοῖς δεσπόταις προσπορίζεσθαι, τοῦτο ἐξ ὁλοκλήρου τῷ ἑνὶ προσπορίζεται.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ τί. ιθ'. — Πᾶν τὸ τῇ ἡμετέρᾳ ὑποβεβλημένον δεσποτείᾳ, τοῦτο εἰς ἐπερώτησιν κατάγεσθαι δύναται.

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — Οὐδεὶς τὸ πρᾶγμα τὸ ὑπὸ αἵρεσιν αὐτοῦ ἐσόμενον δύναται ὑπὸ τὴν αὐτὴν αἵρεσιν ἐπερωτᾶν.

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — Οὐδεὶς δύναταί τινι ἐπερωτᾶν μὴ ὢν αὐτοῦ ὑπεξούσιος. ὁμοίως ἔχεις βι. η' τοῦ κώδ. τί. λη'[61]) *διάτ. γ'.*

Regulae tertiae Institutionis.

1. Instit. III [tit. 1 §. 3]. — Quibus ex causis etiam ignorantibus nobis acquiritur, [ex his causis et furiosis acquiri potest]. Similiter habes lib. XII tit. 1 dig. 12 *Pomponii*, et lib. XXVIII tit. 1 digestum 16 eiusdem.

2. Lib. eodem ac tit. [§. 11]. — Civilia iura civilis corrumpit ratio: naturalia autem non perimit. Similiter habes Instit. I tit. 15 [§. 3], et lib. IV protorum tit. 5 digestum 8 *Caii.*

3. Lib. eodem tit. 4 [§. 2]. — Novis legibus introductas hereditates non perimit minima *capitis deminutio.* Nota regulam in textu.

4. Lib. eodem tit. 11 [§. 5]. — Libertas, quae semel competiit, non revocatur. Similiter Instit. I tit. 6 [§. 6], et lib. [1] protorum tit. [5] digestum [25], et lib. VII Cod. tit. 1 const. 1.

5. Lib. eodem tit. 17 [§. 3.] — Quod alteri ex dominis acquiri non potest, alteri in solidum acquiritur. Similiter lib. XXVI tit. 8 digestum 12, in quo etiam e contrario dicitur: Quodcunque omnibus dominis non potest acquiri, id in solidum uni acquiritur.

6. Lib. eodem tit. 19 [pr.] — Omnis res, quae dominio nostro subiecta est, in stipulationem deduci potest.

7. Lib. eodem ac tit. [§. 22.]. — Nemo rem sub conditione suam futuram sub eadem conditione stipulari potest.

8. Lib. eodem ac tit. [§. 4.] — Nemo alteri stipulari potest, cuius iuri non est subiectus. Similiter habes lib. VIII Cod. tit. 38 const. 3.

---

47) Cod.: *FALSASAM καὶ ἀ NIHIL N°ET.*
48) Cod.: *ἐῤῥωται.* Cf. §. 24.
49) Cod.: *ιε'.*
49a) Cod.: *ταῦτα.*
50) Ita Codex; an: *ἰνστιτ. δ' τί θ'.* — Cf. Regulas IV Inst. §. 10.
51) Cod. *MOΔ.*
52) Nobis est *διγ. οζ'.*
53) Cf. not. 51.
54) Cod.: *κγ'* habere videtur.
55) Librarius secundam periodum huius regulae omisit, forte verborum similitudine deceptus, quum legeretur: *ἐκ τούτων καὶ ἄνουσι προσπορίζεται.* Cf. infra §. 15, et Regulas IV Instit §. 5.
56) Operae pretium foret examinare, num quas in accentu latinis vocabulis imponendo certas atque convenientes regulas Graeci observaverint.
57) Cf supra Regulas I Instit. §. 3.
58) Ita Codex: sed legendum videtur: *βι. α' τῶν πρώτων τί. ε' διγεστὸν κε'.* Cf. §. 3 supra cit., et notas 5 et 6.
59) Legendum censui: *Τὸ μὴ δυνάμενον* et ita verti.
60) Verti: *e contrario.* Quamquam hic magis varietatem quam contrarietatem significat.
61) In vulgatis editionibus est t t. 39.

Βι. τοῦ αὐτοῦ τί. κ'. — *Πλέον τοῦ πρωτοτύπου πράγματος οὐ δύναται* ACCESSIO [62]). *τὸ ἐναντίον εἴρηται βι. ιη' τί. α' διγ. λδ'.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ τί. κγ'. — *Ὁ ἀῤῥαβὼν ἔλεγχός ἐστι τοῦ συναλλάγματος, καὶ οὐ σύστασις. ὁμοίως βι. ιη' τί. α' διγ. ς'* ULPIANU [63]).

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — *Πᾶν τὸ συμβαῖνον* [64]) *μετὰ τὸ τῆς πράσεως σύμφωνον, εἴτε ζημίας εἴτε κέρδους, χωρὶς δόλου τοῦ πράτου, τὸν ἀγοραστὴν ὁρᾷ. ὁμοίως ἔχεις βι. κα' τί. β' διγ. ια', καὶ βι. κβ' τί. α' διγ. ιη', καὶ βι. [δ'] [65]) τοῦ κώδ. τί. μη' διάτ. γ'.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — *Ἐκείνου ἐστὶ τὸ κέρδος, οὗ ἐστι καὶ ἡ ζημία. ὁμοίως βι. ς' τοῦ κώδ. τί. β' διάτ. κβ'* MANIFESTISSIMI [66]). *ἔστι δὲ καὶ ἐναντίος* [67]) *κανὼν ὁ λέγων· ἐξ οὗ τις οὐ ζημιοῦται πράγματος, οὐδὲ κερδαίνειν ὀφείλει. φησὶ δὲ τὸν* [68]) *κανόνα ὁ* POMPONIUS *ἐν τῷ ιγ' βι. τί. ς' διγ. ιγ'.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — *Ὁ πράτης μὴ τραδιτεύσας τὸ πρᾶγμα τῷ ἀγοραστῇ δεσπόζει. ὁμοίως φησὶν ὁ* CALLISTRATUS *βι. ς' τί. α' διγ. ν', καὶ βι. γ' τοῦ κώδ. τί. λβ' διατ. παρατέλευτος.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ τί. κς'. — *Οὐδεὶς ἀπὸ συμβουλῆς τῇ μανδάτι κατέχεται. ἀνάγνωθι βι. ιζ' τί. α' διγ. ς', ι' καὶ λβ'.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — *Κανονικῶς ἐφ' ὧν θεμάτων μισθοῦ μὴ ὁρισθέντος τίκτεται ....* [69]) LOCATI *καὶ* CONDUCTI, *μὴ ὁρισθέντος δὲ ἀλλὰ συμφωνηθέντος τίκτεται* PRAESCRIPTIS VERBIS. *ὁμοίως ἔχεις βι. ιθ' τί. ε' διγ. κβ'.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ τί. κζ'. — *Ἐφ' ὧν θεμάτων ἐξ ἀρνήσεως διπλασιάζεται ἀγωγή, ἐπὶ τῶν αὐτῶν καὶ τὰ* INDEBITE [70]) *καταβληθέντα οὐ* REPETITEΎΕΤΑΙ. *ὁμοίως ἔχεις βι. δ' τοῦ κώδ. τί. ε' διάτ. δ'.*

9. **Lib. eodem tit. 20 [§. 5].** — **Plus, quam in principali re, in *accessione* esse non potest. Contrarium dicitur lib. XVIII tit. 1 dig. 34.**

10. **Lib. eodem tit. 23 [pr.]** — **Arrha argumentum est contractus, non perfectio. Similiter lib. XVIII tit. 1 dig.... *Ulpiani*.**

11. **Lib. eodem ac tit. [§. 3].** — **Si quid contingit post venditionem contractam, sive damnum sive lucrum, absque dolo venditoris, emtorem spectat. Similiter dicitur lib. XXI tit. 2 dig. 11, et lib. XXII tit. 1 dig. 18, et lib. [IV] Cod. tit. 48 const. 3.**

12. **Lib. eodem ac tit. [§. 3].** — **Eius est commodum, cuius etiam est periculum. Similiter lib. VI Cod. tit. 2 const. 22 [§. 3] *Manifestissimi*. Est etiam contraria regula, quae dicit: Quae res non est periculo alicuius, nec quaestui esse oportet. Profert autem hanc regulam *Pomponius* lib. XIII tit. 6 dig. 13.**

13. **Lib. eodem ac tit. [§. 3].** — **Venditor, qui rem emtori non *tradidit*, dominus est. Similiter loquitur *Callistratus* lib. VI tit. 1 dig. 50, et lib. III Cod. tit. 32 const. penultima.**

14. **Lib. eodem tit. 26 [§. 6].** — **Nemo ex consilio *mandati* obligatur. Confer lib. XVII tit. 1 dig. 6 [§. 5], 10 [§. 7] et 32.**

15. **Lib. eodem ac tit. [§. 13].** — **Generaliter quibus casibus mercede non constituta nascitur [mandati actio, his casibus constituta mercede nascitur] *locati* et *conducti*, non constituta autem sed promissa nascitur *praescriptis verbis* actio. Similiter habes lib. XIX tit. 5 dig. 22.**

16. **Lib. eodem tit. 27 [§. 7].** — **Ex quibus causis infitiando lis duplatur, ex his causis *indebite* soluta non *repetuntur*. Similiter habes lib. IV Cod. tit. 5 const. 4.**

Κανόνες τῆς δ' ἰνστιτουτίονος.

Ἰνστιτ. δ' τί. α'. — *Κανονικῶς ὁσάκις τὶς ἀλλότριον πρᾶγμα ψηλαφᾷ παραγνώμην δεσπότου, κλέπτης ἐστίν. ὁμοίως εὑρήσεις βι. ς' τοῦ κώδ. τί. β' διατ. κ', καὶ βι. η' τοῦ αὐτοῦ συντάγματος τί. δ' διάτ. ια'.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — *Συμφέρει τινὶ ἔχειν* IN REM *ἢ περσονάλλαν ἀγωγὴν κινεῖν. σημείωσαι· ὡραῖός ἐστιν ὁ κανών.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — *Ἡ κλοπὴ ἄνευ κλεπτικῆς διαθέσεως οὐ πλημμελεῖται. ὁμοίως ἔχεις ἰνστιτ. [β']* [71]) *τί. ς', καὶ βι. θ'* [72]) *τί. β' διγ. μα'* ULPIANU *ῥητῷ.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — *Οὐδὲ ἀπὸ κλοπῆς συνίσταται δικαστήριον μεταξὺ πατρὸς καὶ ὑπεξουσίου. ἀνάγνωθι βι. ε' τί. α' διγ. δ'.*

Regulae quartae Institutionis.

1. **Instit. IV tit. 1 [§. 6].** — **Generaliter quoties quis alienam rem contrectat invito domino, fur est. Similiter invenies lib. VI Cod. tit. 2 const. 20, et lib. VIII eiusdem syntagmatis tit. 4 const. 11.**

2. **Lib. eodem ac tit. [§. 14].** — **Magis expedit *in rem* actionem habere, quam *personalem* actionem intendere. Nota: utilis est regula.**

3. **Lib. eodem ac tit. [§. 7].** — **Furtum sine affectu furandi non committitur. Similiter habes Instit. [II] tit. 6 [§. 5], et lib. IX tit. 2 dig. 41 [§. 1] *Ulpiani*.**

4. **Lib. eodem ac tit. [§. 12].** — **Ne furti quidem iudicium consistit inter patrem et filium familias. Confer lib. V tit. 1 dig. 4.**

---

62) Cod. NECÉSSIŌ. — Addendum videtur verbum: *ἔχειν*.
63) Cod. ULP. Intelligi videtur aut dig. 2 §. 1, quod est *Ulpiani*, aut dig. 35 pr., quod est *Gaii*.
64) Cod.: *σημαῖνον*.
65) Deest in Codice.
66) Cod. MIFESTISSIMI.
67) Cod.: *διὰ τόν*.
68) Cf. supra not. 61.

69) Lacuna hoc loco esse videtur, quam sic expleo: MANDATI, *ἐπὶ τῶν αὐτῶν μισθοῦ ὁρισθέντος τίκτεται*. Haec enim verba propter similitudinem librarius facile omittere poterat. Cf. supra §. 1, et infra §. 16, et Regulas IV Inst. §. 5.
70) Cod. *Ινδευιτ'*. An: NON DEBITA?
71) Deest in Codice. Videsis Regulas II Inst. §. 10.
72) Cod.: *βι. θ' τί. θ' τί. β'*.

Βι. τοῦ αὐτοῦ τί. β'. — Ἐφ' ὧν θεμάτων λαθραίως τινὸς γενομένου[73]) *MANIFESTI FURTI ἁρμόζει, ...*[74]) *VI*[75]) *BONORUM RAPTORUM.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ τί. ς'. — Οὐδεὶς δύναται τὸ ἴδιον διὰ περσοναλλίας ἀπαιτεῖν ἀγωγῆς. ὁμοίως ἔχεις βι. ζ' τί. θ' διγεστῷ παρατελευταίῳ[76]), *καὶ βι. ιγ' τί. γ' διγ. α'.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — Οὐ δύναταί τις ἐπὶ πλέον γενέσθαι τοῦ οἰκείου δεσπότης. ὁμοίως ἔχεις ἰνστιτ. β' τί. κ'[77]) *καὶ ἰνστιτ. γ' τί. ιθ'.*

Βι τοῦ αὐτοῦ τί. η'. — Ἡ NOXA CAPUT SEQUITUR[78]). *ἔχεις τὸν κανόνα καὶ βι. θ' τί. δ' διγ. α'*[79]), *καὶ βι. δ' τοῦ κώδ. τί. ιδ' διατ. δ'. ἔχεις δὲ τὴν διάστιξιν τοῦ κανόνος βι. γ' τοῦ κώδ. τί. μα' διατ. α'.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — Μεταξὺ δεσπότου καὶ οἰκέτου οὐδὲν συνίσταται. καὶ βι. δ' τοῦ αὐτοῦ συντάγματος[80]) *τί. ιδ' διάτ. ς.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — Τὰ εἰς τοῦτο περιστάντα[81]) *θέματος*[82]), *ἐξ οὗ τὴν ἀρχὴν συστῆναι οὐκ ἠδύνατο, ἄχρηστα*[83]) *γίνεται. τὸν δὲ κανόνα φησὶ καὶ ὁ*[84]) *POMPONIUS*[85]) *ἐν τῷ δ' βι. τοῦ....*[86]) *συντάγματος τί. α' διγ. ια'.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ τί. θ' πρὸς τῷ τέλει. — Οὐδέποτε δύο ποεναλίαι ἀγωγαὶ[87]) *περὶ τοῦ αὐτοῦ συντάγματος συντρέχουσαι ἀναιροῦσιν ἀλλήλας. ἀνάγνωθι βι. θ' τί. β' διγ. ε', καὶ βι. ια' τί. γ' διγεστὸν ια'.*

Βι. τοῦ αὐτοῦ τί. ια'. — Οὐδεὶς νοεῖται ἀλλοτρίου πράγματος δεφένσορ ἐπιτήδειος, εἰ μὴ μετὰ ἱκανοδοσίας. τὸν κανόνα φησὶ καὶ ὁ GAIOS βι. γ' τῶν πρώτων τί. γ' διγεστὸν μς'.

Βι. τοῦ αὐτοῦ τί. ε'. — Συμφέρει νέμεσθαι μᾶλλον, ἤπερ κινεῖν.

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — Ἡνίκα ἴσα καὶ ἀμαυρά ἐστι τὰ ἑκατέρου μέρους δίκαια, ὁ νεμόμενος κρείττων ἐστίν. συνᾴδει τούτῳ καὶ ὁ κανὼν ὁ λέγων· IN PARI CAUSA MELIOR EST POSSIDENTIS CONDICIO. εὑρήσεις βι. ζ' τί. ς' διγεστὸν ε' ULPIANU, καὶ βι. β' τῶν πρώτων τί. ζ' διγ. β', καὶ βι. ιβ' τί. ε' διγ. η'.

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — Οὐδεὶς ψιλῇ γνώμῃ δύναται δράττεσθαι νομῆς. ὁμοίως ἔχεις βι. ζ' τοῦ κώδ. τί. λβ' διάτ. δ'.

Βι. τοῦ αὐτοῦ καὶ τί. — Πρῶτον δεῖ τὸν περὶ νομῆς λόγον, καὶ οὕτως τὸν περὶ δεσποτείας τέμνεσθαι. ὁμοίως ἔχεις βι. γ' τοῦ κώδ. τί. λβ' διάτ. ιγ', ἧς ἡ ἀρχή· ὀρδιναρίι, καὶ βι. η' ταὐτοῦ συντάγματος τί. α' διάτ. γ'.

5. Lib. eodem tit. 2 [§. 2]. — Ex quibus causis in re clam facta *manifesti furti* [actio] competit, [ex iisdem competit] *vi bonorum raptorum.*

6. Lib. eodem tit. 6 [§. 14]. — Nemo potest rem suam *personali* petere actione. Similiter habes lib. VII tit. 9 digesto penultimo et lib. XIII tit. 3 dig. 1 [§. 1].

7. Lib. eodem ac tit. [§. 14]. — Non potest aliquis magis suae rei fieri dominus. Similiter habes I st. II tit. 20 [§. 10], et Inst. III tit. 19 [§. 2].

8. Lib. eodem tit. 8 [§. 5]. — *Noxa caput sequitur.* Habes regulam etiam lib. IX tit. 4 dig. 1, e lib. IV Cod. tit. 14 const. 4. Habes autem distinctionem regulae lib. III Cod. tit. 41 const. 1.

9. Lib. eodem ac tit. [§. 6]. — Inter dominum e servum nihil consistit. Etiam lib. IV eiusdem syntagmatis tit. 14 const. 6.

10. Lib. eodem ac tit. [§. 6]. — Quae in eum casum deducta sunt, a quo ab initio consistere non potuerunt, inutilia fiunt. Regulam autem proponit etiam *Pomponius* in lib. IV syntagmatis [de iudiciis] ti. 1 dig. 11.

11. Lib. eodem tit. 9 [§. 1] in fine. — Nunquam duae *poenales* actiones de eadem re concurrentes invicem se consumunt. Confer lib. IX tit. 2 dig. 5 [§. 2], et lib. XI tit. 3 dig. 11 [§. 2].

12. Lib. eodem tit. 11 [§. 1]. — Nemo intelligitur in aliena re *defensor* idoneus nisi cum satisdatione. Regulam proponit etiam *Gaius* lib. III protorum tit. 3 dig. 46 [§. 2].

13. Lib. eodem tit. 5 [§. 4]. — Commodius est possidere, quam petere.

14. Lib. eodem ac tit. [§. 4]. — Cum paria atque obscura sunt utriusque partis iura, possidens in meliori conditione est. Cui concinit regula, quae dicit: *in pari causa melior est possidentis conditio.* Invenies lib. VII tit. 6 digestum 5 [pr.] *Ulpiani*, et lib. II protorum tit. 7 dig. 2 [§. 1], et lib. XII tit. 5 dig. 8.

15. Lib. eodem ac tit. [§. 5]. — Nemo solo animo possessionem adipisci potest. Similiter habes lib. VII Cod. tit. 32 const. 4.

16. Lib. eodem ac tit. [§ 4]. — Primum oportet possessionis, et sic dominii quaestionem decidi. Similiter habes lib. III Cod. tit. 32 const. 13, cuius initium: *Ordinarii*, et lib. VIII eiusdem syntagmatis tit. 1 const. 3.

---

73) Cod.: *γενομένης*. Fortassis excidit verbum substantivum: *αἰτίας*, vel tale quid.

74) Nempe lacuna hoc loco est, orta ex eo, quod bis *ἁρμόζει* legeretur (cf. supra Regulas III Instit. §. 1. 15. 16); quae sic videtur esse explenda: *ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἁρμόζει.*

75) Cod.: *Ἡ.*

76) Nobis est dig. ultimum.

77) Cf. supra Regulas II Inst. §. 21.

78) Cod.: *NOXASA RUIT CRSEE UUR.* (*Noxa sequitur servum?*)

79) Non satis quadrat.

80) I. e. *τοῦ κώδικος*.

81) Codex videtur habere: *παραστάντα*.

82) Cod.: *Θίματ.* Num: *θέμα;*

83) Cod.: *ἄχτηστο*.

84) Cod.: *κγ*.

85) Cod.: *POMPO*. Sed digestum, quod significari videtur, *Modestini* est in vulgatis editionibus: et ita noster supra Regul. II Inst. §. 24.

86) Nempe excidit: *DE IUDICIIS.* Alioquin secundum §. 8. 9 sub voce *συντάγματος* Codex intelligendus foret.

87) Cod. *ποιναθίαι ἀγορά.*

CODICIS PER STEPHANUM ANTECESSOREM *ΚΑΤ' ΕΠΙΤΟΜΗΝ* GRAECE CONVERSI FRAGMENTA
EX COD. BODLEIANO 3399.

Accedit

APPENDIX ECLOGAE EX COD. PARIS. REG. GR. 1384, CUM ALIIS CODD. MSS. TAM PARISIENSIBUS QUAM BIENERIANO, BODLEIANIS ET VINDOBONENSIBUS COLLATA.

PROLEGOMENA.

§. 1.

Breviarii cuiusdam Codicis, quod a Stephano Antecessore confectum esse dicitur, vestigia habentur sive fragmenta extant [1]):

1. in *Codice Bodleiano 3399* sive Selden. 11 et in Codice Marciano 579 [2]), qui continent Epitomen ad Prochiron mutatam et ex variis libris locupletatam.

2. in *Appendice Eclogae* [3]). Nimirum Eclogae Leonis et Constantini in Codicibus MSS [4]) plerumque appendices additae esse deprehenduntur, quae varia fragmenta potissimum ex iuris Iustinianei libris excerpta nec non legum militarium, navalium et rusticarum collectiones [5]) complectuntur. Appendices in his Codicibus invicem sibi ita similes sunt, ut omnes unius eiusdemque originis esse videantur, i. e. ut unam eandemque appendicem Eclogae a Graeculo quodam iuris studioso saeculo VIII vel IX additam omnibus his appendicibus pro fundamento fuisse credendum sit, licet alii deinceps Graeculi, qui Codices Eclogae sibi describerent, nunc omiserint quaedam, nunc adiecerint, nunc in alium ordinem transposuerint. Inter excerptorum farraginem istam habentur etiam fragmenta e libris, quorum alioquin vix ulla ad nos pervenit memoria, veluti *τοῦ ποιναλίου* Ioannis Cubidii Antecessoris et, quod nostra hoc loco magis interest, *τοῦ συντόμου κώδικος Stephani Antecessoris.*

3. Denique Breviarii nostri particulae quaedam inesse videntur Collectioni constitutionum ecclesiasticarum et Nomocanoni veteri titulorum XIV ab ignoto auctore post Heraclii tempora composito; de quo §§. 2 et 3 accuratius dicam.

1) In Codice Paris. gr. 1367 est farrago quaedam excerptorum ex variis libris et titulis Codicis, inter quae forlasse etiam nonnulla sunt e Codice Stephani, quamquam equidem nihil certi affirmaverim. In Basilicis eorumve scholiis nullum eius vestigium occurrit, nisi quod Stephani sententia de constitutione quadam Codicis a Theodoro Hermopolitano affertur. Basil. ed. *Heimbach* II p. 417.

2) *Ὁ πρόχειρος νόμος* p. 329 sqq. *Wiener Jahrbb. d. Lit. LXXXVI* p. 200. *Heimbach 'Ανέκδ.* tom. I p. LXX sqq.

3) *Ὁ πρόχειρος νόμος* p. XLVII. *Wiener Jahrbb. d. Lit. LXXXVII* p. 78 sq. Delineatio §. 21.

4) Pertinent huc Codices: 1) Bienerianus 4, et Laurentinianus IX, 8. Ille folia nonnulla ex hoc avulsa continet. 2) Vallicellanus F, 47. 3) Marcianus 181, et Palat. 55, qui apographum illius Codicis continet. 4) Codices duo alter *τῶν Ἰβήρων*, alter *τῆς Λαύρας* in monte Atho; 5) Vindobonenses iurid. gr. 2 et 7 et 8; 6) Parisienses gr. 1384 et 1391 et 1788; 7) Denique Bodlei. 715 (Laud. 73). Videas, quae de his Codicibus dixi tam in libro, *Ὁ πρόχειρος νόμος* p. CLXXXIX sqq. 324 sq. quam etiam supra p. XIV sqq. et de Cod. Vindob. 2 cf. *Heimbach 'Ανέκδ.* I p. LXXVIII. — Caeterum Appendix Eclogae etiam inest Eclogae ad Prochiron mutatae, cuius quasi partem efficit. Cf. *Ὁ πρόχειρ. νόμος* p. CLII.

5) Hoc, quod Appendix Eclogae leges militares, navales et rusticas continet, quas alii quidem temporibus Iustiniano antiquioribus, alii vero saeculo demum undecimo confictas esse putaverunt, aperto testimonio est, has leges certe saeculo nono compilatas esse; imo quum partem faciant illius Appendicis et ex hac demum in alios libros translatae sint, ab ipso Appendicis auctore etiam confectae esse videntur; id quod eo verisimilius est, quo magis materia earum ingenio saeculi VIII vel IX convenit.

§. 2.

Nimirum in Appendice Eclogae non tantum ii Codicis loci, qui ex Stephani Antecessoris Breviario expresse desumti esse dicuntur, Stephani esse videntur, sed et alii Codicis loci auctoris nomine non insigniti. Imo suspicari est, omnes Codicis locos in Appendice Eclogae obvios e Stephani Breviario exceptos esse, quandoquidem nihil est, quod auctori Appendicis alium commentarium Codicis praeter Breviarium illud ad manus fuisse vel leviter indicet.

Iam vero haec coniectura si placeat, dicendum erit, libri primi Codicis titulos I—XIII, qui parte prima Collectionis constitutionum ecclesiasticarum (editae in *Voelli* et *Iustelli* Bibl. II p. 1223 sqq.) continentur, e Stephani Breviario haustos esse[6]). Loci enim, quos ex libro I Codicis appendix Eclogae exhibet, omnes similiter in Collectione constitutionum ecclesiasticarum l. l. reperiuntur[7]): et non tam ex hac, quam potius ex Stephani Breviario in Appendicem illam translati esse videntur[8]). Quidni ergo statuamus, titulos quosdam integros ex Breviario Stephani in Collectione constitutionum ecclesiasticarum nobis servatos esse, praesertim quum titulos istos ex aliis Codicis commentariis, quorum quidem accuratior notitia ad nos pervenerit, minime desumtos esse sciamus[9])? Quamquam non negaverim, esse nonnulla, quae dubitationem movere possint. V. c. inter paratitla, quae titulis I—XIII libri I Codicis in Collectione constitutionum ecclesiasticarum adiecta sunt, habetur etiam brevis epitome l. 23 C. *de testamentis* (*Voelli* et *Iustelli* Bibl. II p. 1270); eiusdem legis epitomen, qualem Stephanus libro VI titulo XXIII *de testamentis* exhibuit, praestant fragmenta e Codice Bodleiano inferius edenda; altera autem ab altera ita discrepat, ut vix videantur ab eodem auctore confectae esse. Sed hoc ita explicari potest, ut Stephanus tam illam quam hanc ex ipso constitutionis textu[10]), non alteram ex altera confecisse dicatur: ut proinde facile evenire potuerit, ut in epitomando Stephanus non per omnia sibi constiterit, vel certe aliis verbis uno, aliis altero loco sensum constitutionis expresserit[11]). Quae quum ita sint, coniectura nostra modo proposita certe aliquam veri speciem prae se ferre videtur.

§. 3.

Auctor Collectionis constitutionum ecclesiasticarum etiam Nomocanonem veterem titulis XIV constantem post Heraclii tempora conscripsit[12]): imo altera alteri ita arcte coniuncta est, ut quasi unum opus efficiant. Quapropter etiam, sicubi Codicis loci in Nomocanone illo laudantur, eos ab auctore, siquidem is Breviarium Stephani in Collectione constitutionum ecclesiasticarum sequutus est, ex eodem Breviario excitatos esse longe veri simillimum est, ut proinde et horum locorum in describendo et restituendo Breviario Stephani ratio habenda sit. Verumenimvero Nomocanon ille an ea forma, qua ab auctore primum compilatus est, hodienum omnino supersit, dubitare est[13]): illud quidem certum est, in plerisque Codicibus MSS hunc Nomocanonem non contineri integrum, sed a Photio Patriarcha CP. saec. IX exeunte interpolatum et expolitum. Photium autem, qui veteri illi Nomocanoni canones recentiores et aliquot Novellarum locos addiderit[14]), eundem etiam Codicis locos ex aliis fontibus petitos his, quos e Breviario Stephani auctor olim receperat, adiecisse probabile est. Ita fit, ut loci Codicis, qui in Photiano Nomocanone habentur, utrum Stephano tribuendi sint nec ne, haud semper diiudicari possit.

---

6) Delineatio §. 22, 7, a, α.

7) Quod infra in notis ad hos locos accuratius indicabo.

8) In nonnullis sane huius Appendicis Codicibus vestigia quaedam collectionis constitutionum ecclesiasticarum superesse videntur: (veluti in Cod. Bieneriano, qui fol. 11b in media Appendice Eclogae titulum *περὶ θρονῶν καὶ ἀστρολόγων κ. τ. λ.* ex parte I Collectionis illius (Voelli et Iustelli bibl. II p. 1311) integrum exhibet; sed, quod probe notandum est, hoc non de omnibus Codicibus Appendicis nostrae dici potest.

9) *Heimbach in Richter's Jahrbb.* 1839. II p. 984.

10) Unde etiam explicatur, cur constitutiones in Paratitlis *διατάξεις* appellet, quum epitomas constitutionum *κεφάλαια* nuncupaverit.

11) Vide, quae similiter de Athanasii Epitomis et Paratitlis dixi in *Wiener Jahrbb. d. Lit. LXXXVI* p. 226. — Sic etiam in ipsa Collectione constitutionum ecclesiasticarum epitomae constitutionum, quae partim in Summa tituli alicuius partim inter paratitla alius tituli habentur, neutiquam inter se conveniunt. Cf. epitomen l. 24 C. *de episcopis* apud Voell. et Iustell. II p. 1264 et 1296 et 1301.

12) Delineatio §. 22, 6. *Heidelberger Jahrbb. 1841 S. 533*

13) Delineatio §. 22, 6, b.

14) *Heimbach Ἀνέκδ.* tom. I p. L et in *Richter's Jahrbb.* 1839. II p. 983.

§. 4.

Secundum fragmenta Codicis per Stephanum Antecessorem *κατ' ἐπιτομήν* graece conversi, quae nobis in Codicibus MSS sive libris hactenus recensitis servata sunt, indoles eius, qualis fuerit, satis accurate describi potest.

Titulum habuisse videtur *τοῦ συντόμου κώδικος*, quippe quo titulo in Appendice Eclogae laudetur. Ordine plane eodem compositus erat, quem Iustinianeus Codex sequitur. Rubricas titulorum Codicis latinas exhibuisse videtur, adiecta fortasse versione graeca: nam in Codice Bodleiano 3399 rubrica tituli 30 libri VI Codicis latine effertur, in Appendice Eclogae autem nec non in Collectione constitutionum ecclesiasticarum rubricae graece versae reperiuntur. Quivis titulus fere duabus partibus constabat. Prima pars singularum [15]) deinceps constitutionum epitomas sive summas continebat, quae tum brevitatis tum vocum latinarum, quae quasi technicae essent, retinendarum studio conspicuae essent. Altera pars *παράτιτλα* [16]) complectebatur, i. e. collectionem omnium locorum ad materiam eius tituli pertinentium, qui deinceps in aliis Codicis titulis et in Novellis Iustiniani constitutionibus reperiri potuissent. Constitutiones Codicis, ex quibus ea *παράτιτλα* desumta sunt, accurate allegantur numero libri, tituli et constitutionis laudato et additis insuper verbis initialibus cuiusvis constitutionis. Novellae autem ita allegantur, ut rubrica earum et numerus referantur, quibus in collectione, qua Stephanus utebatur, distinctae essent; quae collectio Stephani a Collectione CLXVIII Novellarum non multum diversa fuisse videtur. Digestorum loci in hisce Paratitlis nusquam excitantur: cuius rei ratio haec fuit, quod, quae olim obtinuisset legum et iurium separatim tractandorum ratio, etiam a Iustinianeis ICtis retenta est.

Quae quum ita sint, *ὁ σύντομος κῶδιξ στεφάνου ἀντικήνσορος* etiam sic describi posse videtur, ut Index Codicis Iustinianei cum paratitlis fuisse dicatur, cuiusmodi illustrationis genus ipse Iustinianus certe Digestis interpretandis adhibere permiserat. *Indices* enim sunt indicationes argumenti, quod lege aliqua continetur, qui indices modo partem efficiebant latiorum commentariorum, modo in unum collecti quasi *Summas* [17]) repraesentabant; et Indicis sive Summae nomen quantopere Breviario Codicis, de quo agimus, conveniat, nemo est, quin videat.

§. 5.

Quae in Collectione constitutionum ecclesiasticarum et in Nomocanone XIV titulis constante fragmenta Codicis a Stephano Antecessore in epitomen redacti habentur, siquidem ad *τὸν σύντομον κώδικα* Stephani revera pertinent, saepius edita sunt et a viris doctis in castigando et restituendo Codice Iustinianeo dudum adhibita [18]). Ea vero, quae reliqui fontes supra indicati praestant, necdum lucem viderunt; quo certius autem e Stephani Antecessoris Codice derivata sunt, eo magis digna esse videntur, quae publici iuris fiant. Itaque edam deinceps:

1. Fragmenta Codicis Stephani, quae in Codice Bodleiano 3399 (et similiter in Codice Marciano 579) habentur.

2. Appendicem Eclogae tantum non integram. Nimirum quum multa excerpta notatu digna contineret, potius integram, (exceptis tamen his, quae dudum typis edita essent et quae indicasse sufficeret,), quam sola fragmenta Codicis, quae Stephani nomine inscripta essent vel cum aliqua veri specie Stephano tribui posse viderentur, ex ea collecta edere constitui. In quo sequutus sum Codicem Parisiensem Regium graecum, numero 1384 insignitum, quippe qui, licet corruptissimo scribendi genere utatur, tamen Appendicem Eclogae prae aliis locupletem exhiberet [19]). Sed, quod officium editoris erat, vitia et corruptelas eius Codicis tum coniecturis sanare tum ex aliorum Codicum collatione emendare studui.

---

15) Hoc differt Breviarium Stephani a Breviario Theodori.

16) Cf. Delineatio §. 15, 1, a, β. *Wiener Jahrbb. d. Lit. LXXXVI* p. 225.

17) Indices Graecorum per omnia similes erant Summis Glossatorum, de quibus conferenda sunt, quae habet *Savinius* in opere eximio: *Gesch. d. RRs. im Mittelalter* tom. III p. 552 et 556. — De Indicibus vide etiam Delineationem hist. IGR. §. 15, 1, a, γ. *Heimbach 'Ανέκδ.* tom. II p. XLVII sqq. *Heidelberger Jahrbücher* 1841 p. 534 sq.

18) *Biener Revision des Justin. Codex* p. 26 sqq. *Witte leges restitutae* p. 24 sqq.

19) Accuratam huius Codicis descriptionem dedi in dissertatione, quae Heidelbergae prodiit anno 1835 hoc titulo: *Fragmenta versionis graecae legum Rotharis, Longobardorum regis. Ex Codice Paris. gr. 1384.*

§. 6.

Reliquum est, ut de auctore Breviarii, cuius fragmenta infra dabo, h. e. de Stephano Antecessore, paucis exponam. In quo, ne longus sim, non tam aliorum sententias et coniecturas [20]) examinare et aut confirmare aut refutare in animo est, quam potius ea breviter enarrare, quae mihi vera esse videantur.

Stephanum quendam Digesta *εἰς πλάτος* edidisse refert *Matthaeus Blastares* in praefatione ad Syntagma canonum. Eius commentarii fragmenta plurima in Basilicorum scholiis et alibi [21]) supersunt, ex quibus indoles eius, qualis fuerit, optime diiudicari potest. Nimirum Stephanus commentatus est ad ipsum Digestorum textum, et quidem ita, ut cuiuslibet legis indicem [22]) i. e. summam primo daret, deinde eiusdem legis *ἑρμηνείαν εἰς πλάτος* [23]) i. e. latiorem interpretationem, denique *παραγραφὰς* i. e. adnotationes ad textum adderet, quibus vel difficiliora verba textus latini specialiter explicaret [24]) vel ad insigniores definitiones et regulas in textu obvias lectorum animos dirigeret [25]). Aliquando etiam quaestiones, quas Glossatores dixerunt [25a]), (*ἀπορίας* sive *ἐρωτήσεις* et *λύσεις*) commentario suo intexuit [26]). Caeterum hic Stephanus antecessoris munere functus est. Hoc enim licet nusquam expresse traditum sit, tamen ex eo concludi potest, tum quod a posteris certe *διδάσκαλος*, i. e. magister sive expositor iuris vocatur [27]), tum quod in Digestorum commentario illo dicendi et scribendi genere utitur, quod antiquioribus antecessoribus quasi peculiare est. Sic frequentes hae dictiones occurrunt: *μανθάνεις, ἔγνως κ. τ. λ.* [28]), et Digestorum leges secundum partes (*συντάγματα*), quae in scholis recitabantur, vel secundum libros singulares (*μονοβιβλία*), quos in scholis legi Iustinianus insserat [29]), semper ubique excitantur.

Idem Stephanus, qui ad Digesta commentatus est, etiam Institutiones tractavit. Ipse enim in Digestorum commentario nonnunquam provocat ad ea, quae in Institutionibus docuerat [30]), et praeterea commentarium Stephani ad Institutiones extitisse significat scholiastes ad Basilica [30a]) et testimonium Codicis Paris. gr. 1367, quod in libro: *Ὁ πρόχειρος νόμος* p. XII not. 3 attuli. Quo quidem testimonio etiam hoc probatur, Stephanum, Institutionum interpretem, antecessorem fuisse.

Iam vero hunc Stephanum Antecessorem, qui ad Digesta et Institutiones commentatus sit, equidem haud diversum esse crediderim ab eo, qui Codicem in epitomen contractum cum paratitlis edidit, quandoquidem nulla idonea ratio apparet, cur duos eiusdem nominis antecessores eodem circiter tempore extitisse putemus. Quo fit, ut, quaecunque de vita Stephani, qui ad Digesta commentatus sit, dici possint, eadem etiam in Stephanum Codicis interpretem cadant.

§. 7.

Igitur Stephanus, quem variis scriptis [31]) claruisse hactenus vidimus, Antecessoris munere functus est, et omnino non confundendus est cum Stephano, qui Triboniani socius fuit in Digestis compilandis. Is enim hoc tempore patronus causarum fuit apud maximam sedem praefecturae, et anno 539 inter sacros iudices allectus est [32]): nec iuri docendo operam dedisse nec memoriam sui in scriptis reliquisse videtur. Noster Stephanus paulo iunior est; nam ipse magistrum (Theophilo, uti videtur iuniorem, aut certe aequalem) habuisse sese testatur, quem Digesta interpretantem audiverit [33]), ut proinde pro compilatore Digestorum haberi neutiquam possit.

20) De quibus vide *Heimbach* de Basil. p. 28 ibique citatos. *Biener Gesch. d. Novell.* p. 56 not. 36, p. 66 not. 72, p. 122 not. 4 et 5. *Heimbach* 'Av. tom. I p. 203. 221.

21) E. g. conferas, quae de Codice Bodleiano 173 dixi in libro: *Ὁ πρόχειρος νόμος* p. 283. Codici Bodleiano 173 in hoc similis est Cod. Laurent. LVI, 13.

22) Hi sunt indices Stephani, qui in Basilicorum scholiis aliquando laudantur: unde etiam Stephanus *ἰνδικεύειν* dicitur et *ἰνδικευτής* appellatur.

23) Cf. Basil. ed. *Heimbach* I p. 323 sqq. passim.

24) Cf. Basil. ed. *Heimbach* II p. 105. 113. passim.

25) Cf. Basil. ed. *Heimbach* I p. 420 passim.

25a) v. *Savigny Gesch. des RRs. im Mittelalter.* III p. 552.

26) Cf. Basil. ed. *Heimbach* I p. 378 ed. *Fabrot.* V p. 223 et passim.

27) *Leunclav.* IGR. II p. 192. Bas. ed. *Heimbach* II p. 576. 641.

28) V. c. cf. Basil. ed. *Heimbach* II p. 527. 542.

29) Basil. ed. *Heimbach* II p. 3 passim.

30) V. c. cf. Basil. ed. *Heimbach* I p. 370. II p. 599.

30a) Basil. ed. *Heimbach* II p. 397.

31) Quod autem *Reitzius* post Theophil. p. 1243 Stephanum nostrum ad Novellas scripsisse auctor est, id omni idoneo fundamento destitutum est. Cf. *Biener Gesch. d. Novell.* p. 69.

32) Delineatio §. 14 (2, a et 4).

33) Basil. ed. *Heimbach* II p. 627.

Floruit autem Stephanus Antecessor post Theophilum, Dorotheum et Thalelaeum, ad quos una cum aliis antecessoribus const. *Omnem reipublicae* Iustinianus anno 533 direxit. Stephanus enim illos passim[34]) laudat addito ubique epitheto *τοῦ μακαρίτου*, quod nuper defunctum significat[35]). Sed vivo adhuc Iustiniano iuri docendo operam dedisse videtur; nam et a Blastare, de cuius testimonio supra diximus, ad Iustiniani aevum refertur, et Iustinianum nomine eius non adiecto simpliciter *τὸν δεσπότην* eiusque constitutiones *εὐσεβεῖς διατάξεις* vocat[36]). Denique Constantinopoli scholas habuisse et scripsisse videtur, quandoquidem hoc tempore, quo vixit, i. e. sub finem imperii Iustiniani, Beryto terrae motu eversa, aliae urbes praeter Constantinopolin antecessores non habuerunt[37]). Insuper hoc etiam domicilium Constantinopolitanum indicare videtur, quod collectione Novellarum utitur[38]) simillima illi CLXVIII Novellarum, quam Constantinopoli in usu fuisse inter omnes constat[39]).

Doctrina et eruditione plurimum excelluit, quod e fragmentis commentarii eius ad Digesta luce clarius patet. Ibi enim saepe multumque aliorum antiquiorum ICtorum sententias laudat et castigat[40]): et ipse semet interpretem iuris et latinae linguae peritissimum ostendit. Ita factum est, ut et discipuli doctissimi ex eius scholis prodierint, inter quos Iulianum Novellarum epitomatorem et Theodorum Scholasticum Hermopolitanum nominabo[41]), et auctoritas Stephani apud posteros adeo magna fuerit, ut et *σοφώτατος τῷ ὄντι*[42]) et *μέγιστος καὶ διασημότατος διδάσκαλος καὶ νομοθέτης* et *περιβόητος τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος* appellari meruerit[43]).

---

34) Basil. ed. *Heimbach* I p. 763. II p. 534. 579. 608.

35) *Reitz* ad Theophil. p. 1241.

36) Basil. ed. *Heimbach* II p. 527. — Cf. etiam Basil. ed. *Fabrot.* tom. V p. 225 schol. g et p. 238 schol. g, quae scholia sine dubio Stephano tribuenda sunt.

37) Delineatio §. 13

38) Novellarum collectio, qua Stephanus utitur, cognoscitur tum ex collectione constitutionum ecclesiasticarum (§. 4) tum ex scholiis quibusdam Basilicorum e Stephani commentario ad digesta excerptis. Videsis Basil. ed. *Heimb.* II p. 527. 528. 565. ed. *Fabrot.* III p. 512, V p. 225. 238. 255. 257.

39) *Biener Gesch. d. Novell.* p. 89.

40) Basil. ed. *Heimbach* I p. 583. II p. 14. 542. 601.

41) De Theodoro discipulo Stephani dixi in Prolegomenis ad Theodori Breviarium: de Iuliano vero dicam infra in Prolegomenis ad fragmenta epitomae graecae Novellarum § 13.

42) Basil. ed. *Heimbach* II p. 641.

43) *Leunclav.* IGR. II p. 192. 195. — *Νομοθέτης* Graecis audit, qui latine appellatur „*iuris conditor.*" Quod nomen non solum his datum esse constat, qui legum ferendarum potestatem haberent, sed etiam ICtis, quorum sententiae et opiniones in foro auctoritatem obtinerent. Quae significatio vocis *νομοθέτης* optime comprobabitur testimonio fragmenti cuiusdam, quod, quum ad crisin l. 2 D. *de origine iuris* nonnihil faciat, hac occasione data, publici iuris faciam. Exstat in Codice Bieneriano Synopseos, ubi inter alia scholia ad marginem adscripta haec habentur fol. 246 verso: *Πόθεν νόμος; παρὰ τὸ νέμειν ἑκάστῳ τὸ ἴδιον. — Ὤφειλεν ὁ νόμος ἀπὸ τοῦ νέμω ὀνομάσθαι· καὶ φαμὲν, ὅτι ἴους παρὰ ῥωμαίοις λέγεται ἡ δικαιοσύνη καὶ τὸ νόμιμον. πρὸς ἐκείνους δὲ ἀναφέρων τὸν λόγον ὁ νομοθέτης οὕτω φησίν: — Σημείωσαι ὅτι δώδεκα σοφοὶ νομοθέται, πάλαι ἀπὸ ῥώμης ἐπέμφθησαν. κατά τε τὰς λοιπὰς ἐπαρχίας, καὶ κατὰ τὴν τῶν ἀθηνῶν. καὶ ἐνομοθέτουν τὰ γοῦν τούτων νομικὰ ποιήματα, ἐκαλοῦντο δυοδεκάδελτος: — Τὰ δὲ ὀνόματα τῶν νομοθετῶν τῆς δυοδεκαδέλτου, εἰσὶ ταῦτα· γάϊος, πομπώνιος, ἄπριος, κλαύδιος, σέξστος, αἴλιος, θαλέλαιος, παῦλος, στέφανος καὶ οὐλπιανός: — Δυοδεκάδελτος εἴρηται, τοῦτον τὸν τρόπον. μετὰ τὸ ἐξελάσαι τοὺς ῥῆγας, οἱ ῥωμαῖοι, νόμον ἔθεντο, ὥστε τοὺς νόμους αὐτῶν μὴ πολιτεύεσθαι, καὶ τοῦτο ἐκράτει κ' ἔτη. ἐλθόντες οὖν πρὸς ἀθηναίους, καὶ λακεδαιμονίους, οἱ ἄνδρες, ἔλαβον τοὺς ἐκεῖθεν νόμους, εἶτα νοήσαντες τούτους ἐλλείπειν, εἶσαν γὰρ ἐν δέκα δέλτοις ἐλεφαντίοις γραφέντες, ἑτέρους προστεθήκασι δύο. καὶ οὕτως ἐκλήθη δυοδεκάδελτος.* — Ita Codex: quae emendari debeant, quivis intelligit. Observes *κ' ἔτη* (*viginti annos*) scribi, quum in praefatione Epitomes legum (Cf. *Ὁ πρόχειρος νόμος* p. 289) legatur *ἐπὶ πεντήκοντα ἐνιαυτούς.*

I. FRAGMENTA ΤΟΥ ΣΥΝΤΟΜΟΥ ΚΩΔΙΚΟΣ ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΑΝΤΙΚΗΝΣΟΡΟΣ

EX CODICE BODLEIANO 3399.

Στεφάνου[1]) *ἀντικινσορος τοῦ κώδικος.*

Κεφ. ιη'. — Αἱ διαθῆκαι καὶ ὅσα ἕτερα παρὰ τῷ μαγίστρῳ τῶν κίνσων ἐμφανίζεται, παρ' αὐτῷ ἀποκείσθωσαν. καὶ γὰρ ὁ παραβὰς ἄχρηστον ποιείτω τὴν τοῦ TESTATORος[2]) *βούλησιν.*

ιθ'. — Τὸ ἀσφαλὲς ἐχέτω ἡ ἐπιδοθεῖσα ἐν δεήσει διατύπωσις, ὥσπερ κἂν εἴ τις ἐν ὑπομνήμασι παρ' οἱῳδήποτε δικαστῇ ἢ τοῖς στρατηγοῖς τὰ οἰκεῖα διατυπώσῃ, καὶ μὴ ἀδικείτω τι τὸ μὴ ἀντιγραφῆναι πρὸς τὰς δεήσεις. ἔξεστι γὰρ αὐτῷ ἕτερον ἐκ μεταμελείας κληρονόμον ἐνίστασθαι. καὶ ὁ ἐν τῇ δεήσει γραφεὶς κληρονόμος μὴ χρείαν ἐχέτω διακατοχῆς, μόνῃ τῇ ADITIONι *ἀρκούμενος.*

κ'. — Ὁ τολμήσας εἰπεῖν ἀγράφως τὸν βασιλέα ἢ δυνατὸν πρόσωπον καταλειφθῆναι κληρονόμον παρά τινος, διαθήκης ὑπούσης τελείας ἢ ἐξ ἀδιαθέτου καλουμένου τινός, ὡς πλαστογράφος τιμωρείσθω, κἂν ἰδιώτης ἐστὶ κἂν στρατεύηται. τί γὰρ τοιαῦτα ἐψεύδετο;

κα'. — Ἐξέστω τῷ βουλομένῳ λανθάνειν τα ἐν διαθήκῃ δι' ἑαυτοῦ ἢ δι' ἑτέρου γράφειν αὐτήν, καὶ οὕτως εἰλιγμένην δεικνύναι τοῖς μάρτυσι καὶ λέγειν διαθήκην αὐτοῦ εἶναι, καὶ ὑπογράφειν ἢ ποιεῖν ἕτερον ὑπογράφειν, ἔνθα μὴ ἐπίσταται γράμματα· καὶ οὕτως ὑπογραφόντων τῶν ζ' μαρτύρων ἢ ε', καὶ ἀγροίκων ὄντων ὑπογραφόντων καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἑτέρων, ἐῤῥωμένη ἔσται, κἂν ἠγνόηται τὰ ἐν αὐτῇ τοῖς μάρτυσιν. ἡ[3]) *γὰρ μὴ ὑπογραφεῖσα καὶ σφραγισθεῖσα ἄχρηστος ἔστω, εἰ μὴ ἄρα τῶν κατιόντων εἰσὶν οἱ γραφέντες. εἰ δὲ ἐξωτικοὶ εἰσι μετ' αὐτῶν κληρονόμοι, τὸ τούτων μέρος προσαυξανέσθω τοῖς κατιοῦσιν. ὁ δὲ ἀγράφως διαθέμενος ζ' παρόντων μαρτύρων λεγέτω, τίνος*[4]) *αὐτοὺς μετεστείλατο χάριν, καὶ την οἰκείαν οὕτω βούλησιν ἐκφαινέτω. εἰ δέ τις προτέραν διαθήκην ποιήσας ἑτέραν ποιήσῃ τελείαν, ἀνατρεπέσθω ἡ πρώτη. ἀτελοῦς δὲ τῆς δευτέρας οὔσης, ἰσχυέτω ἡ πρώτη, εἰ μὴ ἄρα ἐξωτικοὺς φέρῃ τοὺς ἐν αὐτῇ κληρονόμους, τῶν ἐν τῇ δευτέρᾳ δυναμένων καὶ ἐξ ἀδιαθέτου κληθῆναι. τότε γὰρ ὡς ἄγραφος βούλησις ἡ δευτέρα κρατείτω, ε' μαρτύρων ἐνομότως περὶ αὐτῆς κατατιθεμένων. ἐξέστω δὲ καὶ ἑλληνιστὶ διατίθεσθαι.*

κβ'. — Ὁ τὰ τελευταῖα διατυπῶν καταλιμπανέτω LEGATA[5]) *ἢ* FIDEICOMMISSA[6]) *οἷς βούλεται, καὶ κατὰ*

Ex Stephani antecessoris Codice.

[lib. VI tit. 23.]

Cap. **18.** — Testamenta caeteraque, quae apud magistrum census publicantur, apud eundem remaneant. Alioquin qui hoc praeterierit, irritam reddat *testatoris* voluntatem.

19. — Ratum sit testamentum in precibus oblatum, sicuti etiam tum, quum quis in actis apud quemcunque iudicem vel municipes de suis rebus testatus fuerit: nec noceat quidquam, si nihil ad eas preces rescriptum sit. Liceat autem ei alium, quum poenituerit, heredem instituere. Et qui oblatis precibus heres scriptus est, non opus habeat bonorum possessionis agnitione, sed sola *aditio* ei sufficiat.

20. — Quicunque ausus fuerit dicere, sine scripto imperatorem vel potentem personam relictam esse ab aliquo heredem, quum perfectum testamentum exstat vel ab intestato quis vocetur, tanquam falsarius puniatur, sive privatus sit sive militet. Cur enim talia mentitus est?

21. — Liceat ei, qui latere vult, quae in testamento scripta sunt, sua vel alterius manu id conscribere, et ita involutum testibus monstrare et dicere, suum testamentum esse, et subscribere aut alium subscriptorem adhibere, si non calleat literas. Et ita si VII vel etiam V testes subscripserint, vel etiam alii pro iis, si rustici sint, subscripserint, valebit, licet testes nesciant, quae in eo scripta sunt. Non subscriptum autem nec signatum irritum esto, nisi forte scripti heredes ex descendentibus sint. Si vero extraneae personae cum illis institutae sint, earum portio descendentibus accrescito. Qui vero sine scriptura testamentum facit, praesentibus VII testibus dicito, cuius gratia eos convocavit, et sic suam voluntatem declarato. Si quis autem priori testamento condito aliud fecerit perfectum, prius infirmator. Quodsi posterius imperfectum est, prius valeto, nisi forte hoc extraneos habeat scriptos heredes, dum, qui in secundo instituti sunt, etiam ab intestato venire possint. Tunc enim quasi nuncupativa voluntas secundum testamentum valeat, si quidem V testes iurati de eo deponant. Liceat vero etiam graece testari.

22. — Qui ultimam voluntatem condit, relinquat *legata* vel *fideicommissa* quibuscunque volet, tum ob

---

1) Ex Cod. Bodlei. 3399. fol. 102 sq.
2) Cod.: T̄T̄Rος.
3) Codex εἰ.
4) Cod. τίνα.
5) Cod. LEḠḠ.
6) Cod. F̄ĪC̄S̄A.

ἄλλον οἱονδήποτε νόμιμον τίτλον, καὶ αὐτοῖς δέ, εἰ βούλεται, τοῖς τῇ βουλήσει μαρτυροῦσιν.

κγ'. — *Αἱ διαθῆκαι παρὰ μόνῳ τῷ μαγίστρῳ τῶν κίνσων ἐμφανιζέσθωσαν, μηδενὸς δαπανωμένου ἢ μισθοῦ χάριν διδομένου ὑπὲρ τῆς ἄχρι ρ' νομισμάτων κληρονομίας· μηδέ τις ἕτερος ἢ δικαστὴς ἢ ἐκκλησιέκδικος πραττέτω διαθήκης ἐμφάνειαν.*

alium quemlibet legitimum *titulum* tum ipsis quoque, si volet, qui voluntati testimonium praebent.

23. — Testamenta apud solum magistrum census aperiantur, nullo sumtu faciendo nec mercede praestanda pro hereditate, quae C aureos non excedit: nec alius quisquam aut iudex aut defensor ecclesiae testamenti publicationem faciat.

Τοῦ αὐτοῦ κεφ. κζ' [7]). — *Ὁ διαθήκην ἄγραφον ποιῶν σημαινέτω μόνον* [8]) *ἐπὶ τῶν ζ' μαρτύρων, ἃ βούλεται, καὶ μὴ προλεγέτω αὐτοῖς τὸ διὰ τοῦτο αὐτοὺς προσκαλέσασθαι.*

κη' [9]). — *Μὴ* [10]) *ἀναιρείσθω τῇ τῆς δεκαετίας παραδρομῇ διαθήκη, εἰ μὴ ἄρα τελείας γενομένης ἑτέρας, ἢ ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ* TESTATONOS [11]) *μὴ ἐῤῥῶσθαι αὐτὴν εἰρηκότος, ἢ ἄλλως μὴ κρατεῖν αὐτὴν σημάναντος, ὅπερ διὰ γ' δείκνυται μαρτύρων ἢ διὰ πράξεως ὑπομνημάτων, εἶτα καὶ ἡ δεκαετία παρέδραμεν.*

κθ' [12]). — *Ἐάν τι συμβῇ τῷ* TESTATORI *ἢ ἑνὶ τῶν μαρτύρων ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ πληροῦσθαι τὴν διαθήκην, ὡς τὸ τραφῆναι αὐτὸν ἢ ἰατρευθῆναι ἢ πρὸς χρείας ἀπελθεῖν, εἰ μὲν οὐ χρεία ἐπὶ πολὺ διαστῆναι, ὁ αὐτὸς πάλιν παραλαμβανέσθω μάρτυρας ἀντ' αὐτοῦ προσλαμβανέσθω* [13]). *ἔνθα δέ τις δι' ἑαυτοῦ γράφει τὴν διαθήκην, μὴ χρεία ἔστω τὸν αὐτὸν ὑπογράφειν, μήτε ἕτερον ὑπὲρ αὐτοῦ, ἀλλὰ μόνον τοῦ* [14]) *ἐφεξῆς.*

Eiusdem cap. **27.** — Quis testamentum sine scripto facit, manifestato solum coram septem testibus, quae vult, et non praedicito, ideo eos convocatos esse.

28. — Non tollatur per decennii transcursionem testamentum, nisi aliud perfectum conditum sit: aut interim *testator* dixerit, se non velle illud stare, vel aliter illud non valere significaverit, quod per tres testes vel per actorum confectionem probatur, si quidem et decennium fuerit emensum.

29. — Si quid acciderit *testatori* vel uni ex testibus medio tempore, quo testamentum perficitur, veluti victus oblatio aut medicaminis datio aut recessus propter necessitates, si quidem longo intervallo non est opus, idem iterum adhibeatur [vel alius] testis in eius locum subrogetur. Si quis sua manu testamentum scribit, non opus esto ipsius subscriptione neque alius pro eo, sed solum reliqua observatione.

Στεφάνου ἀντικίνσορος κεφ. λα' [15]). — *Ἄγροικοι νόμον ἀγνοοῦντες συγγινώσκονται ἐπὶ τοσοῦτον, ὅτι καὶ ἐν τοῖς τόποις, καθ' οὓς οὐχ εὑρίσκονται εὐχερῶς γράμματα εἰδότες, ζ' μάρτυρας ὁ διατιθέμενος ἄγροικος παραλαμβανέτω ἀγράφως μαρτυροῦντας· εἰ δὲ μὴ εὑρίσκονται ζ', ε' πάντως. εἰ δέ τινες ἐπίστανται γράμματα, καὶ ὑπὲρ τῶν ἀγνοούντων ὑπογραφέτωσαν, παρόντων μέντοι καὶ ἀκουόντων τὴν βούλησιν, καὶ μάλιστα τίνες καταλιμπάνονται κληρονόμοι, καὶ πάντες ἐνωμότως τὰς μαρτυρίας κατατιθέσθωσαν.*

Stephani antecessoris cap. **31.** — Rusticis ius ignorantibus in tantum ignoscitur, ut etiam in locis, in quibus non facile inveniuntur literarum periti, rusticus testator septem testes adhibere possit sine scriptura tesimonium praebentes: sin autem non inveniuntur septem, quinque omnibus modis. Si vero quidam literas callent, ii pro ignorantibus subscribant, sic tamen, ut hi praesentes sint et audiant voluntatem [testatoris], et maxime qui relinquantur heredes, et omnes iurati testimonia deponant.

Ἐκ [16]) τοῦ κε' τί. τοῦ κώδικος [17]) τὰ τελευταῖα κεφάλαια β'.

Οὕτω [18]) *τὶς εἰπών· ὁ δεῖνά μου ἔστω κληρονόμος κατὰ* [19]) *τὰς ὑποκειμένας αἱρέσεις, εἰ μὲν οὐδεμίαν προ-*

Ex tit. 25 Cod. [lib. VI] ultima duo capita.

Si quis ita dixerit: Ille mihi heres esto secundum conditiones infra scriptas, siquidem nullam ad-

---

7) Haec tria quae sequuntur capita sunt ex eodem Cod. Bodlei. 3399 fol. 93. Ibi subiiciuntur cap. 31 huius tituli, cui inscribitur: στεφάνου ἀντικίνσορος, ut proinde haec verba: *Τοῦ αὐτοῦ* Stephanum significent. Caeterum, quae hoc loco dicuntur esse capp. 27. 28. 29, nobis sunt constitutiones 26. 27. 28.

8) Codex μόνος.

9) Sic Cod. Marcian. 579. In Bodlei. numerus deest.

10) Deest hoc μή in Codice.

11) Codex: ΤΤΑΤΟΝΟΣ.

12) Sic Marc. In Bodl. numerus deest.

13) In Cod. Bodl. verbum προσλ. deest, relicto spatio vacuo. Supplevi illud ex Cod. Marciano 579. Sed nec sic hic locus sanatur. Legerim: ἢ ἄλλος μάρτυς ἀντ' αὐτοῦ προσλ.

14) Codex τόν. Fortasse legendum τοὺς [μάρτυρας] ἐφεξῆς.

15) Cod. Bodlei. 3399 fol. 93.

16) Ex Cod. Bodlei. 3399. fol. 102. — Haec ut Stephani esse credam, movet me, quod in Codice statim subiunguntur Stephani fragmenta, quae supra edidi (cf. not. 1), et quod constitutiones Codicis vocantur κεφάλαια.

17) Codex post κώδικος lacunam habet, quae tamen in Cod. Marc. 579 non apparet. Fortasse addendum: τοῦ ς' βι.

18) Sic Cod. Marc. — Bodl. Ὅτω habet.

19) Sic Marc. — Bodl. καί.

σέθηκεν αἵρεσιν, PURως [20]*) δοκείτω γεγραφέναι τὴν ἔνστασιν, καὶ ἐῤῥώσθω, ὥσπερ κἂν εἴ τις καταλείψῃ* [21]*) ἀγροὺς κατὰ FIDEICOMMISSOν* [22]*) δήλους ἔχοντας ὅρους, ὑποσχόμενος* [23]*) τοὺς ὅρους καὶ τὰς προσόδους αὐτῶν λέγειν, εἶτα μηδὲν εἴποι. εἰ μέντοι ἐν οἱῳδήποτε μέρει τῆς διαθήκης αἱρέσεις ὑπέταξεν, δοκείτωσαν αὗται μετ' αὐτῆς ἐγγραφῆναι τῆς ἐνστάσεως.*

Ἐάν τις, ἐγκύμονα γαμετὴν ἔχων, αὐτὴν μὲν εἰς μέρος γράψῃ κληρονόμον, τὸν δὲ ἐξ αὐτῆς POSTUMOν εἰς τὸ ὑπόλοιπον, ἐπαγαγών· εἰ δὲ μὴ τεχθῇ ὁ POSTUMOς, ὁ δεῖνα ἔστω κληρονόμος· εἰ μὲν μὴ ἐτέχθη, χώρα ἔστω τῇ ὑποκαταστάσει· εἰ δὲ ἐτέχθη μέν, ἄνηβος δὲ ἐτελεύτησεν, αὐτὴ καὶ εἰς τὸ τούτου μέρος καλείσθω· μὴ περιούσης δέ, πάλιν ὁ SUBSTITUTOς ἐρχέσθω.

fecit conditionem, puram institutionem scripsisse videatur, et valeat, sicuti etiam quum quis agros per fideicommissum reliquerit, qui certos fines haberent, et promiserit fines et reditus eorum declarare, postea autem nihil dixerit. Sin autem in quavis parte testamenti conditiones posuit, tunc hae cum ipsa institutione scriptae esse videantur.

Si quis, quum praegnantem uxorem haberet, ipsam quidem ex parte heredem scripserit, postumum vero ex ipsa in reliquam partem, et adiecerit: si non natus fuerit postumus, ille heres esto; si quidem natus non fuerit, locus esto substitutoni: sin autem natus fuerit, sed impubes decesserit, illa etiam ad huius partem vocetur: ipsa tamen non superstite, rursus substitutus admittatur.

DE IURE DELIBERANDI ET ADEUNDA VEL ADQUIRENDA HEREDITATE [24]*).*

α. Ἡ ἐμαγκιπάτα μὴ αἰτοῦσα διακατοχὴν ἐπὶ τῇ πατρῴᾳ κληρονομίᾳ μὴ ἔστω αὐτῇ ἔνοχος, κἂν μὴ κατὰ νόμον HEREDITARIOν οἰκέτην ἐλευθερώσῃ ἢ πράγματα διαπωλήσῃ ὑπὲρ ὧν περὶ τὴν ταφὴν τοῦ πατρὸς ἐδαπάνησεν.

β'. Ὁ καταβαλὼν HEREDITARIOν χρέος δοκείτω τὴν κληρονομίαν ἐπιγινώσκειν.

γ'. Ὁ ὑπεξούσιος κληρονόμος γραφεὶς καὶ κεκλειμένης [25]*) τῆς διαθήκης ἀναφαινέσθω· κἂν μετ' ὀλίγον οὖν τελευτήσῃ, ἀποκλειέσθω ὁ μετ' αὐτόν. εἰ μέντοι αὐτεξούσιος ὢν πρὸ ADITIOνος τελευτήσῃ, καλείσθω ὁ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἀδελφός, καὶ ἀδιτεύων ἐκεῖνος ἢ διακατοχὴν αἰτῶν ἐκδικείτω τὰ πράγματα.*

δ'. Τὴν κατενεχθεῖσαν ὑπεξουσίῳ κληρονομίαν PRO HEREDE GERITεύσας [26]*) ὁ πατὴρ κατὰ γνώμην αὐτοῦ, τὸ ἱκανὸν τῷ νόμῳ ποιείτω.*

ε'. Τὴν κατενεχθεῖσαν αὐτῷ κληρονομίαν CUM TABULA PRO HEREDE GERITεῦσεν [27]*). καθ' ἑαυτὸν γὰρ ὁ ἐπίτροπος μηδὲν ποιείτω, μηδὲ πορίζέτω ἀγνοοῦντι PUPILLῳ* [28]*) τὴν κληρονομίαν.*

ϛ'. Ὁ παρὰ τῆς μητρὸς εἰς μέρος κληρονόμος γραφεὶς καὶ μόνῳ λογισμῷ κληρονόμος γινέσθω, καὶ παραπεμπέτω τὴν τοῦ μέρους ἀπαίτησιν.

ζ' [29]*). —*

η'. Εἰ ἐν ἀγνοίᾳ ὢν ὁ SUOS τῆς πατρῴας κληρονομίας......, μὴ ἐκβαλλέσθω χρόνῳ [30]*) παραμεθοδεύων αὐτήν.*

θ'. Ὁ γραφεὶς κληρονόμος ἐκ τοῦ ποτε CURATOROς ἢ LEGITIμως [31]*) καλούμενος μὴ κωλυέσθω μὲν ADITεῦσαι,*

[Lib. VI Codicis tit. 30.] De iure deliberandi et adeunda vel adquirenda hereditate.

1. Emancipata, quae in hereditate paterna bonorum possessionem non agnovit, ei non esto obligata, licet nullo iure hereditarium servum manumiserit vel res distraxerit propter funeris patris impensas.

2. Qui hereditarium debitum solvit, agnoscere hereditatem videatur.

3. Filius sub potestate constitutus, si heres institutus sit, etiam clausis tabulis heres existat: et si post paucos dies mortuus sit, excludatur, qui post eum heres est. Si vero sui iuris sit et ante aditionem mortuus sit, patris eius frater vocetur, et, si adierit vel bonorum possessionem petierit, res [hereditarias] vindicet.

4. Filiofamilias delata hereditate, si pater pro herede voluntate eius gessit, legi satisfecisse intelligatur.

5. Delatam sibi hereditatem [potest pupillus tutore auctore] pro herede gerendo consequi. Per se scilicet tutor nihil agat, nec ignoranti pupillo hereditatem acquirat.

6. Qui a matre ex parte heres scriptus est, etiam ex sola animi destinatione heres existat, et persecutionem eius partis transmittat.

7. —

8. Si ignorans, hereditatem paternam sibi delatam esse, suus [sese abstinuerit], tempore non excludatur, quum eam petet.

9. Qui ab eo, qui quondam curator fuit, heres institutus est, vel legitimo iure vocatus non probi-

---

20) Codex: PUROS.
21) Codex: καταλίψῃ.
22) Cod. κυρον.
23) Cod. ὑποσχομένου.
24) Ita Codex Bodlei. 3399 [fol. 103. 104], nisi quod: DELIVERANDI habet. Caeterum haec Stephani esse inde colligo, quod in illo Codice uno tenore subiiciuntur fragmentis Stephani supra (cf. not. 1) editis.
25) Cod. κεκλιμένης τῆς τῆς διαθ. (sic) Fortasse: ἔτι τῆς διαθ.
26) Codex: GRITεύσας.
27) Sic Codex. Pro verbis: CUM TABULA, in promtu est coniectura: CUM TUTORE. Sed nec sic huic loco medela affertur. Fortasse legendum: δύναται TA (i. e. tutore auctore) PUP (i. e. pupillus) PRO HEREDE GERITεῦσαι.
28) Cod. PUP.
29) In Codice Bodlei. et Marc. lacuna est duarum vel trium linearum: in margine adscribitur: ζήτει (quaere).
30) Codex sine lacunae nota sic: κληρονομίας μὴ βαλλέσθω χρόνον.
31) Codex: CUROSCO....τιμος.

εἰ μὴ ἰδικῶς παρῃτήσατο, ἐρωτάσθω δὲ παρὰ τοῦ ἄρχοντος[32]*, εἰ ἐστὶ κληρονόμος, καὶ εἰ αἰτήσῃ διάσκεψιν, μετρίαν*[33]*) διδόσθω.*

ι'. Ὁ ἐν μείζονι ἡλικίᾳ τοῖς πατρῴοις ἐμμίξας πράγμασι[34]*) κατεχέσθω τοῖς* HEREDITARIοις *δανεισταῖς, μηδὲν ἐκ τῆς ἀπορίας τοῦ πατρός, ἢ ἐξ ὧν ὁ ἀδελφὸς αὐτὸν βιάζεται, ὠφελούμενος*[35]*).*

ια'. Μηδὲν ἀδικείτω τὸν ὑπεξούσιον παῖδα τὸ REPUDIATεῦσαι[36]*) τὸν πατέρα τὴν κατενεχθεῖσαν αὐτῷ κληρονομίαν. εἰ δὲ ἐλευθερώσῃ* HEREDITARIους[37]*) οἰκέτας ὁ πατήρ, μηδὲν ποιείτω.*

ιβ'. Ὁ ἔφηβος τὴν διακατοχὴν ἐπιγνοὺς κατ' αὐτὸ τοῦτο PRO HEREDE GERITεύειν *δοκείτω.*

ιγ'. Ὁ SUUS *διακατοχῆς ἐκτὸς τὴν πατρῴαν ἐχέτω διαδοχήν.*

ιδ'. Ὁ κατὰ τὸ πολιτικὸν ἢ τὸν PRAETORα *τὴν ἀδελφὴν διαδεξάμενος καὶ μὴ κατασχὼν τὰ πράγματα κληρονόμος ἔστω κατὰ τῶν αὐτὰ νεμομένων.*

ιε'. Τὴν κατενεχθεῖσαν ἐν ὑπεξουσιότητι κληρονομίαν μὴ ADITεύσας *κατὰ κέλευσιν τοῦ πατρὸς ὁ παῖς αὐτεξούσιος*[38]*)......*

beatur quidem [hereditatem] adire, nisi specialiter eam repudiaverit, sed interrogetur a praeside, an heres sit, et, si tempus ad deliberandum petierit, modicum praeses concedat.

10. Qui maior constitutus paternis sese bonis immiscuit, hereditariis creditoribus obligatus sit, nec quicquam inopia patris vel eo, quod frater eum coegerit, adiuvetur.

11. Filius sub potestate constitutus nullum damnum sentiat ex eo, quod pater hereditatem ipsi delatam repudiavit. Et si hereditarios servos pater manumiserit, nihil agat.

12. Pubes, qui bonorum possessionem agnovit, hoc ipso pro herede gerere videatur.

13. Suus omissa bonorum possessione paternam hereditatem obtineat.

14. Qui civili vel praetorio iure sorori successit, nec res detinuit, heres sit adversus hos, qui eas possident.

15. Hereditatem sibi delatam, dum sub potestate esset, si iussu patris non adierit, filius suae potestatis [factus adeat].

II. APPENDIX ECLOGAE

EX CODICE PARIS. REG. GR. 1384 FOL. 106ᵇ sqq.

Περὶ τῆς τῶν βαθμῶν συγγενείας ἐκ τοῦ τρίτου βιβλίου τῶν ἰνστιτούτων[1]*). — Ἡ συγγένεια γενικόν ἐστιν ὄνομα. διαιρεῖται δὲ εἰς τάξεις τρεῖς, εἰς ἀνιόντας τουτέστιν εἰς τοὺς ἡμᾶς πεποιηκότας, εἰς κατιόντας τουτέστιν εἰς τοὺς ἐξ ἡμῶν γεννηθέντας, εἰς τοὺς ἐκ λοξότητος ἤγουν ἐκ πλαγίου, τουτέστιν εἰς τους ἐκ πατρὸς καὶ μητρὸς ἀδελφοὺς ἡμῶν, θείους τε καὶ θείας, καὶ ἀκολούθως τὴν τούτων γονην.*

I. *De graduum cognatione e libro tertio Institutionum.* 1. Cognatio generale nomen est. Dividitur autem in ordines tres, in ascendentes i. e. eos, qui nos genuerunt, in descendentes i. e. eos, qui ex nobis geniti sunt, in eos, qui ex transverso sive ex latere veniunt, i. e. fratres a patre et matre, thios et thias, et deinceps eorum sobolem.

32) Codex: *ἔχοντος.*
33) Cod.: *μεμ...* Sic et Marcianus.
34) Cod.: *πράγματα.*
35) Cod.: *ὠφελουμενον.*
36) Cod.: REPUDATεύσαι.
37) Cod.: HEREDITARIUS.
38) Ita Codex explicit; adde: *γενόμενος* ADITεύετω. — — Caeterum idem Codex fol. 61 haec ad marginem habet adscripta: *Τοῦ κώδικος τῶν δεγέστων στεφάνου ἀντικήνσορος. Ἐάν τις δανείσῃ τινι καὶ μέχρι δεκαετίας ἀσάλευτον τοῦτον ἐάσῃ καὶ ἀνενόχλητον, μὴ ἔχειν αὐτὸν ἐξουσίαν μετὰ παραδρομὴν τῶν ι' ἐνιαυτῶν λαβεῖν παρ' αὐτοῦ τὸ κεφάλαιον.* Quae licet titulum Codicis *Si adversus creditorem praescriptio opponatur* (VII, 36) sapiant, tamen tum ob argumentum, tum ob inscriptionem corruptam, tum ob stylum, (— nam Stephanus pro *μὴ ἔχειν αὐτὸν ἐξουσίαν*, profecto scripsisset: *μὴ ἐχέτω ἐξουσίαν*, —) pro genuinis Stephani verbis haberi non possunt.

1) Hic tractatus de gradibus cognationis sive, quod Graecis magis placet, de graduum cognatione, non tantum in Eclogae Appendice, sed etiam in plurimis aliis Codicibus adiecto plerumque schemate cognationum, quod in nostro deest, reperitur: v. c. in Cod. Bodlei. 3399 et in Codicibus, qui Matthaei Blastaris syntagma continent. *Schrader* (Prodromus p. 333) liberam versionem lib. III tit. 6 pr. — §. 9 Institutionum, a Theophilina plane diversam, esse putavit. Sed dubitari potest, utrum auctor eius tractatus ipsum Institutionum textum ob oculos habuerit, an potius Theophili vel alius ICti paraphrasin. — Eundem vel certe similem tractatum nuper (a. 1839?) ex Codice Guelferbyt. No. 92 a viro cl. *Pernice* editum esse, in ephemeridibus literariis, quae Halae prodeunt, legere me memini: fragmentum versionis graecae Institutionum Gaii sive editor sive editionis censor sibi invenisse visus erat.

Πρώτου μὲν βαθμοῦ ἐστὶ ἐπὶ τῶν ανιοντων πατὴρ καὶ μήτηρ, ἐπὶ τῶν κατιόντων υἱὸς καὶ θυγάτηρ.

Δευτέρου ἐστὶ βαθμοῦ ἐπὶ μὲν τῶν ἀνιόντων πάππος καὶ μάμμη, ἐπὶ δὲ τῶν κατιόντων ἔγγονος ἐγγόνη, ἐπὶ δὲ τῶν ἐκ πλαγίου ἀδελφὸς ἀδελφὴ ἔκ τε πατρὸς καὶ μητρός.

Τρίτου ἐστὶ βαθμοῦ ἐπὶ τῶν ἀνιόντων πρόπαππος καὶ προμάμμη, ἐπὶ δὲ τῶν κατιόντων προέγγονος καὶ προεγγόνη, ἐπὶ τῶν ἐκ πλαγίου τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τῆς ἀδελφῆς υἱὸς καὶ θυγάτηρ, καὶ ἀκολούθως ὁ πρὸς πατρὸς καὶ μητρὸς θεῖος καὶ θεία.

Τετάρτου ἐστὶ βαθμοῦ ἐπὶ τῶν ἀνιόντων ἀπόπαππος καὶ ἀπομάμμη [2]*), ἐπὶ τῶν κατιόντων ἀπέγγονος καὶ ἀπεγγόνη* [3]*), ἐπὶ τῶν ἐκ πλαγίου τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τῆς ἀδελφῆς ἑκατέρας φύσεως ἔγγονος ἐγγόνη, καὶ ἀκολούθως μέγας θεῖος καὶ μεγάλη θεία πρὸς πατρὸς καὶ μητρός, τουτέστι τοῦ πάππου καὶ τῆς μάμμης ἀδελφὸς καὶ ἀδελφή, ὁ ἐξάδελφος καὶ ἡ ἐξαδέλφη, ὅστις καὶ ἥτις ἐκ δύο ἀδελφῶν τῶν ἑκατέρας φύσεως τίκτονται.*

Πέμπτου ἐστὶ βαθμοῦ ἐπὶ τῶν ἀνιόντων δίσπαππος καὶ δισμάμμη, ἐπὶ τῶν κατιόντων δισέγγονος δισεγγόνη, ἐπὶ τῶν ἐκ πλαγίου τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τῆς ἀδελφῆς προέγγονος προεγγόνη, καὶ ἀκολούθως μείζων θεῖος καὶ θεία πρὸς πατρὸς καὶ μητρός, τουτέστι τοῦ προπάππου καὶ προμάμμης ἀδελφὸς ἀδελφή...... τουτέστι θείου [4]*) μεγάλου ἢ θείας μεγάλης υἱὸς καὶ θυγάτηρ, πρὸς πατρὸς καὶ μητρὸς θείου τε καὶ θείας ἔγγονος ἐγγόνη.*

Ἕκτου ἐστὶ βαθμοῦ ἐπὶ μὲν τῶν ἀνιόντων τρίσπαππος τρισμάμμη, ἐπὶ δὲ τῶν κατιόντων τρισέγγονος τρισεγγόνη, ἐπὶ δὲ τῶν ἐκ πλαγίου ἀδελφοῦ καὶ ἀδελφῆς πρὸς πατρὸς καὶ μητρὸς ἀπέγγονος ἀπεγγόνη, καὶ ἀκολούθως θεῖος μέγιστος καὶ θεία πρὸς πατρὸς καὶ μητρός, τουτέστι τοῦ ἀποπάππου καὶ τῆς ἀπομάμμης ἀδελφὸς ἢ ἀδελφή, τοῦ ἕκτου εἰσὶ βαθμοῦ· καὶ οἱ ἐκ δύο ἐξαδέλφων [5]*) τικτόμενοι, οἵτινες καὶ αἵτινες....... τουτέστι* [6]*) θείου μείζονος καὶ θείας υἱὸς καὶ θυγάτηρ, θείου μεγάλου καὶ θείας ἔγγονος καὶ ἐγγόνη, θείου καὶ θείας πρὸς πατρὸς καὶ μητρὸς προέγγονος καὶ προεγγόνη.*

Ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ θέα μᾶλλον ἀκοῆς ἀκριβεστέρα ὑπάρχει, μετὰ τὴν ἀφήγησιν τῶν βαθμῶν καὶ αὐτοὺς ἰδικῶς τοὺς βαθμοὺς ἀνεγράψαμεν ἐν τῷ παρόντι βιβλίῳ, ἵνα οἱ ἐντυγχάνοντες καὶ τῇ ἀκοῇ καὶ τῇ θέᾳ τελειοτάτης τῶν βαθμῶν τύχωσι διδασκαλίας. ἔστι δὲ αὕτη τῶν βαθμῶν ἡ καταγραφή. τρεῖς τάξεις καὶ συγγένειαι [7]*) εἰσὶ διαιρούμεναι εἰς ἀνιόντας, εἰς κατιόντας, εἰς τοὺς ἐκ λοξότητος ἤγουν ἐκ πλαγίου. ἀνωτέρα [δὲ συγγένεια ἐστὶ τῶν γονέων, κατωτέρα]* [8]*) τῶν παίδων, ἐκ πλαγίου τῶν ἀδελφῶν ἑκατέρας φύσεως, καὶ τούτων ὅστις καὶ ἥτις [κατάγεται]* [9]*), καὶ ἀκολούθως οἱ πρὸς πατρὸς καὶ μητρὸς θεῖοι καὶ θεῖαι, καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν τικτόμενοι, κατὰ τὸ παρὸν τῆς καταγραφῆς σχῆμα* [10]*).*

De iure gentium et civili ex tit. 1 lib. 1 Digestorum. — Ius dividitur in publicum et privatum. Publicum ius est, quod ad statum reipublicae spectat. Consistit autem in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus. Ius autem privatum dividitur in naturale, gentium, civile. Ius naturale est, quod omnium animalium commune est, veluti coniunctio, procreatio, educatio et his similia. Ius gentium est, quod omnibus hominibus commune est, veluti naturalis ratio, erga Deum religio, ut parentibus et patriae pareamus, servitus et omnes contractus, ut vim et iniuriam propulsemus: cuilibet enim permissum est ea facere, quae ad tutelam corporis sui pertinent. Eiusdem iuris manumissiones quoque sunt: quod, postquam servitutem introduxit, tria genera hominum constituit, liberos, servos et libertos. Hinc bellorum lacrimae, gentium iudicia, regna, dominia, agrorum termini, emtionis et venditionis et obligationum ius, exceptis quibusdam, quas ius civile introduxit. Ius civile est, quod cuiusque civitatis proprium est. Dividitur autem in scriptum et non scriptum: veluti totius populi scita et edicta. Et quodcunque imperator statuit vel decrevit vel edicto praecepit, lex est. Mutatur autem aut desuetudine aut alia lege lata. Et omnes quidem populi partim gentium partim civili iure utuntur. Omne ius autem ad personas vel actiones spectat.

Homines aut liberi sunt aut servi. Servi aut nascuntur aut fiunt tum iure gentium tum civili. Iure gentium, veluti captivi; iure civili, veluti is, qui venditus est. Et servi quidem unius conditionis sunt, liberi autem diversae: sunt enim quidam ingenui, quidam libertini.

LII. *Lex Rhodiorum navalis* etc.

LIII. *Ecloga legis, quae a Deo per Moysen Israelitis data est.* etc.

LIV. *Capita legis georgicae delecta ex Iustiniano libro* etc.

113) In Paris. 1391 inscriptio est: *περὶ βαπτιζομένων*. In Cod. Bieneri: *τῆς ἐν νικαίᾳ συνόδου.*

114) Haec necessario supplenda erant.

115) Sunt leges Rhodiorum navales, quas primus *Schardius*, et alii deinceps permulti ediderunt.

116) Est Ecloga legis Mosaicae, quam publici iuris fecit *Io. Bapt. Cotelerius* in Ecclesiae graecae monumentis tom. 1 Lutet. Paris. 1677. 4. p. 1—27.

117) Sequuntur leges rusticae, quas ediderunt *Schardius*, *Leunclavius*, alii.

Nota. Hactenus Appendix Eclogae in plerisque Codicibus MSS similiter porrigitur; nisi quod alii plura, alii pauciora fragmenta continent, et alii haec eodem, quo Codex Paris. gr. 1384, alii alio ordine disposita exhibent. Codex autem Parisiensis modo dictus multa insuper addit, quae partem Appendicis Eclogae in aliis Codicibus non efficiunt. (Vide: Fragmm. versionis gr. legum Rotharis §. 5 et 6.) Ex his nonnulla hoc loco subiiciam, et quidem

I. *fragmenta, quae Stephani Antecessoris esse dicuntur.* Codex fol. 172ᵇ haec habet:

Στεφάνου ἀντικίνσορος. Ἀδελφοί τινες ὄντες ἀμφιθαλεῖς ἐτέκνωσαν καὶ ἀπέθανον ἔχοντες ἄλλους ἀδελφοὺς ἀποβεβιωκότα αὖθις ἄτεκνον καὶ ἀδιάθετον κληρονομοῦσι πάντες οἱ ἀδελφόπαιδες καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν εἰ τεθνήκασί τινες τῶν ἀδελφοπαίδων εἰσερχομένων εἰς τὸν τόπον τῶν ἰδίων γονέων.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ συνεισφορᾶς. Τῶν ἀξιωμάτων καὶ ὅσα ὁ πατὴρ χρεωστεῖ ὑπὲρ ἀξιώματος τοῦ παιδὸς οἱ συγκληρονόμοι ἀποδιδόασιν. (Fragmentum, quod secundo loco positum est, similiter etiam, sed sine inscriptione, in Bodlei. 3399 legitur: ibi tamen additur: *σῆ. τὸ ἀξίωμα βάρος νομίζεται ἔχειν καὶ διὰ τὴν ἐπαχθείαν ταύτην οὐ συνεισφέρουσι τοῖς ἀδελφοῖς οἱ ἀξιωματικοί.* — Cf. Basil. ed. *Fabrot.* V p. 523 schol. m. Fortasse illis: *τῶν ἀξιωμάτων* verba textus indicantur, ad quae sequentia *παραγραφὴν* contineant.)

II. Addam *Novellarum ab incertis Imperatoribus ante Basilium,* uti videtur, *latarum fragmenta*, quae indicavi in Delineatione mea historiae iuris GR. §. 9 (3, g). Alterum horum fragmentorum publici iuris feci in *Wiener Jahrbb. der Lit. LXXXVI* p. 208 sq. Reliqua in Codice fol. 175ᵇ sq. sic habent:

Περὶ ἐκλογῆς τῶν δευτερογαμούντων. Τὴν δευτέραν διάταξιν, ἣν ἐν τῇ νεαρᾷ ἐξέθετο ὁ μακάριος Ἰουστινιανὸς περὶ ἐκλογῆς τῶν δευτερογαμουσῶν, ὡς καινοπρεπῆ τινα περιέχουσαν καὶ τῆς ἐπισταμένης συνηθείας ἀλλότρια περιφέρουσαν, ἡ ἡμετέρα εὐσεβὴς βασιλεία καὶ φιλόχριστος τῇ τε διατάξει τῇ τε συνηθείᾳ ὅσον κατὰ τὸ εἰκὸς συνεβάλετο, τῆς μὲν διατάξεως τὸ αὐστηρὸν γλυκάνασα, τῆς δὲ συνηθείας τὸ ἀπρεπὲς καὶ συγκεχυμένον διασαφήσασα. οὕτως γὰρ τοὺς νόμους κοσμεῖσθαι γινώσκομεν, διὰ μὲν τῆς σαφηνείας τὸ εὐπαράδεκτον ἔχοντες, διὰ δὲ τῆς συμμετρίας τὸ ὑπήκοον θεραπεύοντες. ἡ δευτερογαμοῦσα γυνὴ λαμβανέτω ἀπεντεῦθεν ἤδη τὴν ἡμίσειαν μοῖραν τῆς τε προικὸς καὶ τοῦ ὑποβόλου αὐτῆς κατὰ τὴν δεσποτείαν, τὴν δ' ἑτέραν ἡμίσειαν καταλιμπανέτω τοῖς ἐκ τοῦ πρώτου ἀνδρὸς τεχθεῖσιν αὐτῇ παισίν. εἰ δὲ καὶ συμβῇ τινὰ τελευτῆσαι τῶν ἐκ τοῦ πρώτου ἀνδρὸς παίδων, θεσπίζομεν καὶ αὐτὴν ὑπεισέρχεσθαι ἀδελφὴν (?) μετὰ τῶν αὐτῆς παίδων εἰς τὴν τοῦ τελευτήσαντος περιουσίαν. εἰ δὲ καὶ κατὰ τάξιν τινὰ τελευτήσωσιν οἱ τοῦ ἀνδρὸς τεχθέντες παῖδες, περιέλθῃ δὲ ἡ τούτων περιουσία εἰς ἕνα τῶν ἀδελφῶν, τύχῃ δὲ τοῦτον τελευτῆσαι ἄπαιδα καὶ ἀδιάθετον, κληρονομείτω καὶ τούτων καὶ αὕτη ἡ μήτηρ. εἰ δέ γε τύχῃ τὴν μητέρα προτελευτῆσαι τῶν παίδων, μὴ ἔχειν ἄδειαν αὐτὴν προτελευτῶσαν καὶ διατιθεμένην κατώτερον τοῦ φαλκιδίου τούτους ἐκ τοῦ πρώτου ἀνδρὸς τεχθέντας παῖδας καταδικάζειν. εἰ δέ γε βούλοιτο ὑπεράνω τοῦ φαλκιδίου παρέχειν αὐτοῖς, ἄδειαν αὐτῇ δίδωσιν ὁ νόμος τοῦτο ποιῆσαι.

Τοῦ αὐτοῦ. Ὅτε ἀνὴρ δευτερογαμῶν μηκέτι κατὰ τὸν πρότερον νόμον τῆς χρήσεως ἀπολάβῃ τῆς τε προικὸς καὶ τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς, ἀλλὰ παρευθὺ τῆς μὲν χρήσεως καὶ τῆς δεσποτείας ἐκπιπτέτω, τὸ δὲ τρίτον τῆς προγάμου δωρεᾶς οὐ μετὰ χρόνον ἀλλὰ παρευθὺ κερδανέτω. καὶ τοῦτο ὁ ἡμέτερος ἐφιλανθρωπεύσατο νόμος τοῦ μὴ παντελῶς τοὺς πατέρας τῶν γαμικῶν κερδῶν ἐκπίπτειν, καὶ τὰ δεύτερα τῶν μητέρων ἐν τοῖς ἰδίοις τέκνοις ἔχειν. μετὰ δὲ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν ὑπεισέρχονται οἱ ἐκ τοῦ πρώτου συνοικεσίου τεχθέντες παῖδες σὺν τοῖς ἐκ δευτέρου συνοικεσίου τεχθεῖσι παισὶν εἰς τὴν ἅπασαν αὐτοῦ περιουσίαν ἀδελφικῶς. μὴ ἔχοντος ἄδειαν τοῦ πατρὸς περαιτέρω τοῦ φαλκιδίου καταδικάζειν τοὺς ἐκ τοῦ πρώτου συνοικεσίου παῖδας αὐτοῦ· εἰ δέ γε βούλοιτο τούτους φιλοτιμεῖσθαι, ἄδειαν ἐχέτω. ὅτε πάντων τῶν παίδων προτελευτησάντων τῆς δευτερογαμησάσης μητρός, ἀναγραφὴ γίνεται ἡ τούτων περιουσία (?). καὶ εἰ μὲν τύχωσι τῶν ἀνιόντων τινές, τουτέστι πάππων ἢ προπάππων, τοῦ ἐναντίου λέγω μέρους, καὶ μάλιστα ἀναθρεψάμενος, συμμεριζέσθω μετὰ τῆς μητρὸς τῶν παίδων ἐξίσης καὶ ἐπίσης μοίρας τῇ τῶν προτελευτησάντων παίδων μητρί. εἰ δέ γε τῶν ἐκ πλαγίου τύχῃ ἀναθρεψάμενος, τουτέστιν ἀδελφὸς καὶ ἀνεψιός, θεῖος καὶ ἐξάδελφος, λαμβανέτω τὸ τρίτον μέρος τῆς περιουσίας τοῦ τελευτήσαντος οὗτος, τὸ δὲ καταλιμπανόμενον ἡ μήτηρ κληρονομείτω· τοῦτο δὲ σημείωσαι, ὅταν οὐκ ὦσι παῖδες τῶν παίδων καὶ μὴ διάθηται ὁ παῖς ὁ τελευτήσας. εἰ δὲ τῆς εὐτελοῦς τύχωσιν ἡλικίας οἱ παῖδες καὶ βούλωνται διαθέσθαι, μὴ κωλυέσθωσαν διαθήκας ποιεῖν, καθὼς καὶ αὐτοῖς δίδωσιν ἄδειαν ὁ νόμος.

Ὁ αὐτὸς εὐσεβὴς λέων βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ ὑπερφυεστάτῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων περὶ τῶν ἐπιγαμικῶν συμφωνεῶν. Εἴτις τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν ἀποβάλῃ, παρακρατείτω τὰ ἑαυτοῦ, ἤτοι τὴν πρὸ γάμου δωρεάν. καὶ εἰ μὲν παῖδας ἔχει ἐξ αὐτοῦ τοῦ συνοικεσίου, ἐχέτω κατὰ δεσποτείαν ἐκ τῆς προικὸς κατὰ ἀναλογίαν ἑνὸς παιδὸς εἰς κλῆρον δηλονότι μὴ προδευτερογαμήσας ὁ τούτων γονεύς.

Ἡ δευτέρα γυνὴ ἢ τὰ γεγραμμένα αὐτῇ λαμβάνει, ἢ μοῖραν ἑνὸς παιδὸς τῶν προγόνων αὐτῆς· τὸ δὲ χρέος πρῶτον ἀποδίδοται, καὶ οὕτως λαμβάνει ἡ γυνὴ ἢ τὰ γεγραμμένα ἢ καθὼς ἔλαβον οἱ παῖδες καὶ τὸ βρῶμα αὐτῆς ἕως ἐνιαυτοῦ.

I. FRAGMENTA EPITOMAE GRAECAE NOVELLARUM IUSTINIANI

EX CODICE BODLEIANO 3399,

QUAE AB ANONYMO I. E. IULIANO ANTECESSORE CONSTANTINOPOLITANO CONFECTA ESSE VIDETUR.

II. FRAGMENTA NOVELLARUM IUSTINIANI VARIA EX VARIORUM COMMENTARIIS EXCEPTA.

EX COD. BODLEI. 3399.

I. DE GRAECA NOVELLARUM IUSTINIANI EPITOME,

CUIUS FRAGMENTA EXTANT IN CODICE BODLEIANO 3399 ET MARCIANO 579.

Insunt observationes de Anonymo, Enantiophane, et de Iuliano Antecessore Constantinopolitano.

§. 1.

Anonymus, quem Graeci κατ' ἐξοχὴν vocant, sicubi in adnotationibus ad Digesta, quarum partem nobis servarunt scholia Basilicorum, Novellas Iustiniani laudat, allegando ad aliquam minus cognitam Novellarum istarum collectionem et compositionem respicit. De his allegationibus *Bienerus* in libro, cui inscriptum est: *Geschichte der Novellen Iustinian's*, p. 65 hoc iudicium tulit: „*Es ist also zu glauben, dass hier dieselbe Sammlung citirt ist, welche Julians Novellenauszug zum Grunde gelegen hat,....das wäre wohl möglich, dass der Anonymus und Julian, der Novellenepitomator, dieselbe Person wäre.*"[1] (Ad hoc tamen addit p. 74: „*Weder.... noch unter den Basilikenscholiasten kommt ein Julian vor.*") Quodsi quaeras, unde haec coniectura, Anonymum ac Iulianum pro uno eodemque ICto habendos esse, *Bienero* in mentem venerit, ratiocinatio eius haec fuisse videtur: Coniectura est fortasse probabilis, ipsam Iuliani Epitomen ab Anonymo in laudandis Iustiniani Novellis adhibitam esse. Hanc si sequaris, mox quaerendum erit, quomodo ICtus Graecus Epitomen Novellarum latine scriptam ideoque Graecis vix cognitam vel usitatam laudare potuerit. Iam ad hanc dubitationem aliter responderi non potest, quam si statuas eundem ICtum etiam huius Epitomes auctorem fuisse: nam auctores fere libros a se conscriptos prae aliis laudare amant, etiamsi allegationes minus aptae commodaeve lectoribus fiant. Ita ex illa priori coniectura hanc alteram: Iulianum eundem esse atque Anonymum, sponte fluere *Bienerus* iudicavit.

Ego vero iam demonstrabo Novellarum allegationes ab Anonymo factas omnino non esse explicandas ex Epitome Iuliani latine scripta, sed ex Epitome quadam Graeca, quae Anonymum auctorem habere videatur; nihilominus tamen probabile esse, Iulianum Antecessorem esse, qui Graecis Anonymus audiat. In quo ita versabor ut

---

1) In indice ad *Bachii* histor. iurispr. Rom. ed. V p. 693 Iulianus idem esse dicitur, qui in Basilicis Anonymus et ἐναντιοφανὴς sit. Sed hoc temere per eum factum est, qui indicem compilavit, quum *Bachius* de hoc ne somniaverit quidem.

cap. I. recensum instituam locorum, in quibus Anonymus Novellas laudasse deprehenditur;

cap. II. ostendam, Anonymum Novellas laudasse ex *Epitome graeca, cuius etiamnum fragmenta quaedam in Cod. Bodlei. 3399 et Marciano 579 supersint*, et cuius ipse auctor fuisse videatur;

cap. III. comparationem faciam inter hanc graecam Novellarum Epitomen et latinam Iuliani;

cap. IV. denique probabile reddam, hunc ipsum *Iulianum* esse, cuius nomen Graeci ignoraverint et quem ideo Anonymum *κατ᾽ ἐξοχήν* vocaverint.

§. 2.

Antequam vero ad id, quod primo loco exponendum est, accedam, breviter dicendum est de Novellarum allegationibus in fragmentis libri singularis *τῶν ἐναντιοφανῶν*, quae inter Basilicorum scholia habentur. Nimirum *Enantiophanes*, quem vocant, et Anonymus unus idemque ICtus est. Nam uterque se auctorem libri singularis de legatis et mortis causa donationibus esse praedicat [2]), uterque eodem plane dicendi disputandique genere utitur: denique auctor Nomocanonis antiqui titulis XIV constantis, qui, quantum ad Digesta attinet, sola Anonymi versione usus esse videtur [3]), fragmentum huius versionis nobis servavit [4]), in quo auctor (i. e. Anonymus) lectorem ad librum singularem *περὶ ἐναντιοφανιῶν* a se conscriptum ablegat. Iam vero si Anonymus et Enantiophanes pro uno eodemque ICto habendi sunt, credat aliquis, etiam ab Enantiophane Novellas eodem modo laudatas esse, quo ab Anonymo laudatae sint. Et sic requirat recensum eorum quoque locorum, in quibus Enantiophanes Novellas laudasse deprehendatur.

Verumenimvero ubicunque Novellae allegantur in fragmentis ex libro *περὶ ἐναντιοφανιῶν* inter Basilicorum scholia obviis, certe numerus iis adiectus ad vulgatam CLXVIII Novellarum collectionem spectat, et omnino non convenit cum numeris, quibus Anonymus Novellas indicat.

Hoc sane ita explicari potest, ut dicamus, Anonymum, quum librum *περὶ ἐναντιοφανιῶν* conscriberet, CLXVIII Novellarum collectione usum esse; postea vero, quum Digestorum versionem conficeret [5]), aliam compositionem, quae interim prodiisset, adhibuisse. Sed hanc interpretationem quominus comprobemus, impedimento est potissimum hoc, quod *rubricae* Novellarum, quas Enantiophanes affert, ut plurimum congruunt cum iis, quas Anonymus exhibet, non autem cum iis, quibus in vulgata CLXVIII Novellarum collectione Novellae inscribuntur.

Itaque praestabit dicere, librum *περὶ ἐναντιοφανιῶν*, quantum ad Novellarum allegationes attinet, interpolatum esse, sive tum temporis, quum fragmenta eius illustrationis causa ad textum Basilicorum adiicerentur, sive iam antea, quam hoc fieret. Hoc enim libris veterum ICtorum, qui sub Iustiniano vel paulo post vixerunt, fere recentioribus temporibus accidisse, per se satis est probabile et post Reitzium [6]) a Bienero [7]) egregie observatum. Et Enantiophanem quoque in Basilicorum scholiis interpolatum exhiberi, multa sunt argumento [8]). Ubi enim Enantiophanes Digestorum vel Codicis locum laudaverat, conveniens Basilicorum locus adscriptus [9]), imo aliquando Novellarum recentiorum, puta Leonis Sapientis [10]), vel Prochiri Basiliani [11]) notitia adiecta est. Similiter si quando Enantiophanes numerum Novellae alicuius ex sua Novellarum collectione sive epitome laudasset, numerus mutatus est, ita, ut vel ex collectione CLXVIII Novellarum, quae etiam serioribus temporibus in usu fuit, conveniens numerus appositus sit, (v. c. *νεαρὰ περὶ ἀῤῥε-*

2) Basil. ed. *Fabrot.* VI p. 251 schol. d et p. 260 schol. t.

3) Delineat. p. 34.

4) *Voelli* et *Iustelli* Bibl. II p. 909. Auctoritate huius loci, quem a Photio profectum esse putabat, commotus post *Cuiacium C. W. E. Heimbach* de Basil. orig. p. 76 sq. librum *τῶν ἐναντιοφανῶν* Photio perperam vindicavit, eumque nuper temere sequutus est *Böcking Institutionen*. Bonn. 1841. p. 108 lin. 14—17. Equidem *Heimbachii* errorem notaveram iam in libro: *Αἱ ῥοπαί* p. 71 not. 19.

5) Hanc enim post illum librum compositam esse, docet locus not. 4 excitatus.

6) Memorabilia ex schol. Basil. post Theophil. p. 1232 sq.

7) *Geschichte der Novellen S. 149 ff.*

8) Etiam loci ex Anonymi versione Digestorum in Basilicorum scholia recepti passim interpolationibus foedati sunt. (Cf. e. g. Basil. ed. *Fabrot.* IV p. 272 schol. z et *Reitz* Theophil. p. 1233.)

9) Cf. *Reitz* Theophil. p. 1233.

10) Basil. ed. *Heimbach* II p. p. 399.

11) Basil. ed. *Fabrot.* tom. IV p. 336.

νογονίας ἤτοι ριη', [12]) vel locus significetur, quo in Basilicis ea Novella quaerenda sit, (v. c. *ἡ νεαρὰ τοῦ Ἰουστινιανοῦ κειμένη ἐν βι. κϛ'* [13]).

Quae quum ita sint, ex scholiis Basilicorum, quibus Enantiophanis nomen inscriptum est, omnino demonstrari non potest, quanam Novellarum sive collectione sive epitome Anonymus usus sit. Proinde rectius me facturum esse putavi, si Enantiophanis locos, in quibus Novellae laudantur, in hoc tractatu plane omitterem et praeterirem.

CAPUT I.

Recensus locorum, in quibus Anonymus Novellas laudasse deprehenditur.

§. 3.

Fragmenta ex versione Digestorum ab Anonymo confecta, quae inter Basilicorum scholia recepta sunt, regulariter praeposito auctoris nomine (*τοῦ ἀνωνύμου*) Anonymi esse declarantur. Multis tamen locis incuria et negligentia librariorum effectum est, ut Anonymi nomen et inscriptio desideretur: et hi quidem loci, an sint Anonymi vel alius ICti, coniecturis tantum definiri potest. Igitur ne quid accurationis huic tractatui desit, primum recensebo locos Novellarum allegationes continentes, quos Anonymi esse scholia Basilicorum expresse testantur, deinde dicam de locis, quos ego Anonymo tribuendos esse crediderim.

Ad primam classem pertinent:

1. Basil. ed. *Heimbach* Tom. I p. **327**, ubi citatur ab Anonymo „*περὶ δικαστῶν ἑβδομηκοστη ἕκτη νεαρά*," *de iudicibus* Nov. **76**, quae nobis est Nov. **82**.
2. Ibid. p. **395**. „*Τοῦ ἀνωνύμου. Πίστεως γράμματα οὐδαμῶς μέμνηται ἐν τοῖς διγέστοις ἢ ἐν τοῖς ἰνστιτούτοις, εἰ μὴ ἐνταῦθα καὶ βι. κβ' τί. γ' διγ. κθ' καὶ βι. λα' διγ. ϙ'. πλατέως δὲ περὶ πιστώσεως διαλαμβάνει βι. δ' τοῦ κώδ. τί. κα' διάτ. ιη' καὶ κ' καὶ ἐν τῇ ξη' νεαρᾷ θέματι σκ' καὶ ἐν τῇ περὶ ἐκκλήτων με' θέματι ροϛ'.*" Nov. **68** them. **220**, quam laudat, nobis est Nov. **73**; Nov. *de appellationibus* **45** them. **176** nobis est Nov. **49**.
3. Ibid. p. **786**: „*ἡ μετὰ τὸν κώδικα περὶ ἰσότητος προικὸς καὶ πρὸ γάμου δωρεᾶς πθ' νεαρά.*" Novella post Codicem edita **89** *de aequalitate dotis et ante nuptias donationis*, quae nobis est Nov. **97**.
4. Ibid. tom. II p. **388**: „*ἐν τῇ περὶ μαρτύρων νεαρᾷ.*" Novella *de testibus*, quae nobis est Nov. **90**.
5. Ibid. p. **390**: „*τὴν περὶ μαρτύρων νεαράν.*" Novella *de testibus*, quae nobis est Nov. **90**.
6. Ibid. p. **398**: „*ἡ περὶ μαρτύρων νεαρά.*" Novella *de testibus*, quae nobis est Nov. **90**.
7. Ibid. p. **435**: „*τὴν περὶ πορνοβοσκῶν νεαράν.*" Novella *de lenonibus*, quae nobis est Nov. **14**.
8. Ibid. p. **480**: „*ἡ τὴν τῶν ἑκατὸν ἐνιαυτῶν παραγραφὴν τῶν εὐαγῶν οἴκων ἀναιροῦσα νεαρά* [14])." Novella, *quae tollit praescriptionem centum annorum, quae sacris domibus competebat*; nobis est Nov. **111**.
9. Basil. ed. *Fabrot.* tom. IV p. **263** schol. n: „*περὶ τῶν ἐξνερεδάτων νεαρά.*" Novella *de exheredatis*, quae nobis est Nov. **115**.
10. Ibid. p. **272** schol. a: „*ἡ περὶ ἀθέμιτων νεαρά.*" Novella *de incestis*, quae nobis est Nov. **12**.
11. Ibid. p. **273** schol. b: „*τὴν περὶ ἀθεμίτων γάμων νεαράν.*" Novella *de incestis nuptiis*, — nobis Nov. **12**.
12. Ibid. p. **335** schol. e: „*τὴν περὶ γάμων νεαράν* [15])." Novella *de nuptiis*, — nobis Nov. **22**.

---

12) Basil. ed. *Heimb.* p. 82.

13) Basil. ed. *Heimb.* I p. 767.

14) Apud *Fabrotum* et *Heimb.* scribitur *ρια'*, quod aperte falsum est. Nam desideratur substantivum *νεαρα*, quod ibi ex glossemate in *ρια'* transiisse videtur, quum, quae hoc loco laudatur, in collectione 168 Novellarum Nov. 111 sit.

15) Apud *Fabrotum* additur: *κβ' καὶ ριζ'*. Qui numeri

13. Ibid. p. 337 schol. k: „*τῇ περὶ ῥεπουδίου νεαρᾷ.*“ Novella *de repudio*, — nobis Nov. 117.

14. Ibid. p. 620 schol. r: „*ἐν τῇ περὶ ἐξνερεδατίονος νεαρᾷ* [16]).“ Novella *de exheredatione*, nobis Nov. 115.

15. Ibid. p. 701 schol. o: „*τὴν περὶ ἰσότητος προικὸς πθ' νεαράν.*“ Novella 89 *de aequalitate dotis*, — nobis Nov. 97.

16. Ibid. tom. V. p. 30 schol. g: „*ἀπὸ δὲ τῆς νεαρᾶς οὐδεὶς οἱανοῦν ἔχων πρὸς τὸν ὀρφανὸν δίκην κηδεμονεύει, πλὴν μητρὸς καὶ μάμμης.*“ „Ex Novella nullus qualemcunque litem habens cum pupillo eius curam gerit, nisi mater et avia.“ — Nobis est Nov. 72.

17. Ibid. tom. VI p. 98 schol. b: „*ἀπὸ νεαρᾶς.*“ Novella, quae nobis est Nov. 118.

18. Ibid. p. 146 schol. i: „*Ἀνωνύμου. Ἀνάγνωθι.......καὶ τὴν περὶ τῶν συμβολαιογράφων μα'* [17]) *νεαρὰν θέμ. ρξη', ὅτι, ἐὰν παρὰ τὴν εἰρημένην αὐτῇ παρατήρησιν ὑπουργήσωσι, τὸ μὲν συνάλλαγμα ἰσχύει, αὐτοὶ δὲ ποιναῖς ὑποβάλλονται,*“ i. e. et de tabellionibus Novellam 41 them. 168, quo dicitur, si adversus statutam ab ea observationem fecerint, contractum quidem valere, ipsos autem poenis subiici. — Novella *de tabellionibus* nobis est 44.

19. Ibid. p. 151 schol. l: „*ἐν τῇ περὶ νόθων νεαρᾷ.*“ Novella *de naturalibus liberis*, — nobis Nov. 89.

20. Ibid.: „*ἐν τῇ περὶ τρόπων γνησιότητος νεαρᾷ.*“ Novella *de eo, quibus modis legitimi fiant*, — nobis Nov. 74.

21. Ibid. p. 170 schol. t: „*τῆς νεαρᾶς.*“ Novella, quae nobis est Nov. 120.

22. Ibid. p. 207 schol. d: „*ἡ περὶ τοῦ τετραουγκίου καὶ ἑξαουγκίου νεαρά.*“ Novella *de triente et semisse*, — nobis Nov. 18.

23. Ibid. schol. e: „*ἡ μετὰ τὸν κώδικα νεαρά.*“ Novella post Codicem, quae nobis est Nov. 117.

24. Ibid. p. 252 schol. h: „*Περὶ τῶν παρὰ βουλευτῶν γινομένων μόρτις καῦσα δωρεῶν διαλεγομένη ἡ πζ'* [18]) *νεαρά. Quae de mortis causa donationibus a curialibus factis* loquitur Novella, — nobis Nov. 87.

§. 4.

Locorum, quos §. 3 recensui, Anonymus auctor esse dicitur, Anonymi nomine in ipsis Basilicorum scholiis addito. Sed reperiuntur inter Basilicorum scholia et alii loci Novellarum allegationes continentes, quos non immerito aliquis eidem Anonymo tribuerit. Eos nunc recensebo, in notis dicturus de causis, cur eos Anonymo vindicaverim. Sunt autem hi praesertim:

1. Basil. ed. *Heimbach* tom. II p. 480: [19]) „*Ἐν τοῖς διγέστοις μέμνηται πίστεως γραμμάτων βι. γ' τί. γ' διγ. ξε' [ἤτοι βι. η' τί. β' κεφ. ξγ'] καὶ βι. ιγ' τί. ε' διγ. κϛ' [ἤτοι βι. κϛ' τί. β', κεφ. κϛ'] καὶ βι. ιζ' τί. α' διγ. ξ' [ἤτοι βι. ιδ' τί. α' κεφ. ξ'] καὶ βι. κδ' τί. α' διγ. νζ' [ἤτοι βι. λ' τί. α' κεφ. νζ'] καὶ βι. λα' διγ. οζ' θέ. κζ' [ἤτοι βι. μδ' τί. β' κεφ. οζ']. πλατέως δὲ διαλαμβάνει περὶ πίστεως βι. δ' τοῦ κώδ. τί. κα' διατ. ιη'*

---

non Anonymo, sed Graeculo cuidam posteriori debentur. Alioquin enim Anonymo dicendum fuisset: *τὰς περὶ γάμων νεαρὰς κβ' καὶ ριζ'*, vel: *τὴν περὶ γ. νεαρὰν κβ' καὶ τὴν ριζ'*, vel *τὴν π. γ. ν. κβ' καὶ τὴν περὶ ῥεπουδίου ριζ'*.

16) Apud *Fabrotum*: *ριε' νεαρὰ* (sic) *κεφ. γ'*, quae non dubito, quin pro interpolatione sive glossemate habenda sint.

17) Fabrotus legit: *μδ'*, quem numerum habet Novella de tabellionibus in collectione CLXVIII Novellarum. Sed emendatione opus est, quicquid contradicat *G. E. Heimbachius* in *Richter Jahrbb.* 1839 II p. 972. Anonymus enim loco supra (sub 2) allato laudavit Novellae 45 *thema 176*, hic autem laudat *thema 168* Novellae de tabellionibus, ut proinde inter hanc et illam Novellam *aliarum* Novellarum themata interiecta fuisse appareat, nec Novellam de tabellionibus, quasi quadragesimam *quartam*, excipere statim potuerit Nov. 45. Denique quum in Codd. MSS saepenumero a librariis permutentur literae *α* et *δ*, in promtu est emendatio: *μα'* pro *μδ'*.

18) Hunc numerum aut corruptum aut interpolatum esse censeo.

19) Hunc locum Anonymi esse, demonstrat similitudo quae eum inter et locum §. 3 no. 2 allatum intercedit.

καὶ κ' [καὶ ἐν τῇ ογ' καὶ ἐν τῇ μϑ'][19]) *καὶ ἐν τῇ ξε' νεαρᾷ ϑέ. σκ' καὶ ἐν τῇ περὶ ἐγκλημάτων*[20]) *με' ϑέ. ϱϛ*.

2. Basil. ed. *Fabrot.* tom. V p. 83 schol. l.[21]): „*ἡ μετὰ τὸν κώδικα ϱϛ' νεαρὰ ἐπιγεγραμμένη περὶ προγαμιαίας δωρεᾶς καὶ ἄλλων κεφαλαίων.*“ Novella post Codicem 106, cui inscribitur: *De antenuptiali donatione et aliis capitulis.* — Nobis est Nov. 119.
3. Ibid. p. 148 schol. f.[22]): „*ἡ ϱϑ' νεαρὰ ϑέμα τοζ'*[23]).“ Novella 109 thema 377, — nobis Nov. 120.
4. Ibid.[24]): „*τῆς γ' νεαρᾶς.*“ Novella 3, — nobis Nov. 4.
5. Ibid. p. 293 schol. t.[25]): „*ἐν τῇ περὶ τῆς πίστεως τῶν συμβολαίων ξη' νεαρᾷ.*“ Novella 68 *de fide instrumentorum*, quae nobis est Nov. 73.
6. Ibid. p. 311 sq. schol. d[26]): „*ἐν τῇ οε' νεαρᾷ.*“ Nov. 75, — nobis Nov. 81.

CAPUT II.

Anonymus Novellas laudavit ex Epitome graeca, cuius etiamnum fragmenta quaedam in Cod. Bodlei. 3399 supersunt, et cuius ipse auctor fuisse videtur.

§. 5.

Ex recensu locorum, quibus Anonymus Novellas laudasse deprehenditur, quatuor sunt. quae deduci possunt.

1. In Novellarum compositione, qua Anonymus usus sit, singulas Novellas paulo alio ordine digestas fuisse, quam in collectione CLXVIII Novellarum digestae sint. Nonnullis locis numerus ab Anonymo excitatus idem est, quem habet Novella in hac collectione: nimirum locis §. 3 no. 8. 12. 14. 24 et §. 4 no. 1 laudatis; ita tamen, ut numerus, quo Novella ab Anonymo designatur, sicuti in notis ad hos locos indicavimus, aut corruptus sit aut interpolatus. Compluribus autem aliis locis, nimirum iis, qui §. 3 no. 1. 2. 3. 15. et §. 4 excitati sunt, numeri Novellis inditi ab iis omnino diversi sunt, quos habent in collectione CLXVIII Novellarum.

2. Novellae, quas continebat compositio Anonymo usurpata, in themata (*ϑέματα*) divisae erant, id quod ostendunt loci §. 3 no. 2. 18 et §. 4 no. 1. 3 adducti. Et themata quidem ista numeris insignita erant; non autem ita, ut primo cuiusque Novellae themati primarius numerus inscriptus esset, sed ita, ut numeri thematum per totum librum, si vel nova aliqua constitutio inchoaretur, continuati essent. Etenim, ut hoc exemplo utar, Novellae de tabellionibus, quae nobis est 44, thema *centesimum sexagesimum octavum* (§. 3 no. 18.) ab Anonymo laudatur. Hic intelligitur, numeros thematum, in quae haec Novella divisa fuerit, a primario neutiquam incepisse; nemo enim, licet summo artificio usus, Novellam laudatam in 168 themata dividere poterit.

---

20) Quae uncinis inclusi, Anonymi verbis per interpolationem sunt addita; indicant, ubi locus ab Anonymo excitatus in Basilicis quaerendus sit: haec autem verba „*καὶ ἐν τῇ ογ' καὶ ἐν τῇ μϑ'*“ indicant locum, quo Novellae ab Anonymo laudatae in collectione CLXVIII collocatae sint. Quod utique miror quemadmodum *G. E. Heimbachii* sagacitatem (cf *Richter Jahrbb.* 1839 II p. 971) effugere potuerit.

21) Legendum: *ἐγκλήτων* ex loco supra §. 3 no. 2 allato.

22) Schol. l, quod habetur apud *Fabrotum* l. l., antiqui ICti est. Iam quum ibi scholia antiqua aut Stephani aut Anonymi aut Cyrilli sint, scholium laudatum ab altero horum ICtorum profectum esse debet. Ac primum quidem Stephani neutiquam esse videtur, quippe qui Digestorum partes citare soleat: in scholio laudato est: *ὡς βι. δ' [τί. δ'] διγ. κδ' Παύλου*, ubi Stephanus dixisset: *ὡς βι. δ' τῶν πρώτων κ. τ. λ.* Deinde non potest esse Cyrilli, quippe qui ad Novellas in commentariis Digestorum omnino non respexerit. Ergo, quod unum restat, Anonymi est.

23) Schol. f, quod habetur apud *Fabrotum* l. l., propterea Anonymo vindicaverim, quod praeter illum nullus sit inter antiquos ICtos Graecos, qui themata Novellarum laudaverit.

24) *Fabrotus* scribit: *τὸ ζ'*.

25) Schol. t apud *Fabrotum* tom. V p. 293 ob easdem rationes Anonymo tribuerim, ob quas supra not. 22 aliud scholium eiusdem esse contendi. Praeterea autem Anonymum sapit etiam hoc, quod Novella, quae nobis est 73, sexagesima octava esse dicatur; nam hoc numero Novellam illam Anonymus indicare solet. Cf. §. 3 no. 2 et huius §. no. 1.

26) Hunc locum Anonymo tribuere noluit *G. E. Heimbach* in *Richter Jahrbb.* 1839. II p. 972.

3. Porro compositio Novellarum, quam Anonymus sequutus est, graeca erat. Hoc quum iam per se probabile sit, comprobatur etiam rubricis Novellarum, quas graece semper Anonymus effert.

4. Denique Novellarum compositio, qua Anonymus usus est, non constabat integro ipsarum constitutionum textu, sed epitomas tantum Novellarum continebat. Nimirum haec verba: *ἐὰν παρὰ τὴν εἰρημένην παρατήρησιν ὑπουργήσωσι, τὸ μὲν συνάλλαγμα ἰσχύει, αὐτοὶ δὲ ποιναῖς ὑποβάλλονται*, ipsissima verba thematis 168, quod laudat Anonymus loco §. 3 no. 18 allato, effecisse videntur, utpote quibus praeposita sit particula *ὅτι*, quae ipsa verba loci laudati citari significat [27]. Verba autem ista nonnisi epitomen continent Nov. 44 cap. 1 §. 4, ut proinde Anonymum epitomas tantum ante oculos habuisse appareat.

§. 6.

Illud quidem iam *Bienerus* (§. 1) suspicatus erat, non tam integras Novellas, quam potius Epitomen ab Anonymo allegari: non autem de graeca aliqua Epitome, sed de latina Iuliani Antecessoris cogitaverat. Cuius rei causam hanc *Bienero* fuisse crediderim, quod graecae Epitomae, quae ab Anonymo tractari potuisset, ne levissimum quidem vestigium extare videret. Mihi autem postmodum contigit, *in Codicibus Bodleiano* 3399 (Selden. 11) et *Marciano* 579 reperire fragmenta Epitomae graecae Novellarum Iustiniani, quae, quantum ad oeconomiam et indolem attinet, omnino similis est Epitomae Anonymi: ut iam dubitari amplius non possit, quin Anonymus graeca Epitome usus sit.

De Codicibus Bodleiano et Marciano modo laudatis alias pluribus egi, eaque hoc loco repetere nolo [28]. Continent Epitomen ad Prochiron mutatam et multis additionibus locupletatam. Inter has reperiuntur, sicuti diximus, fragmenta Epitomae graecae Novellarum Iustiniani, quae in paragraphos (*διατάξεις*) continuis numeris insignitas divisa erat. Ac nonnullos quidem locos ex eiusmodi Epitome decerptos esse, Codices supra laudati expresse significant: alias autem Novellarum epitomas ex eadem Epitome haustas esse, non sine ratione coniicere est. Ego vero, qui haec fragmenta edere constitui, illos ab his separandos esse duxi, ne genuina et indubitata Epitomae illius fragmenta cum spuriis et dubiis, certa cum incertis miscerentur. Illos igitur statim huic tractatui subnectam; has autem epitomas, cum aliis nonnullis fragmentis e variorum et incertorum auctorum commentariis Novellarum, quae ex variis Codicibus MSS. collegi, appendicis loco adiiciam.

Epitome Novellarum, cuius fragmenta in Codicibus istis servata sunt, eadem esse videtur atque illa, ad quam passim Anonymus provocat. Nam et haec et illa eo conspicua est, quod singula, quibus constat, capita numeris per totum librum continuatis designata sint. Epitomas autem graecas hac oeconomia insignes duas pluresve extitisse omnino non est verisimile. Et obiici vix, potest, quod singulae epitomae, quae in Codicibus Bodleiano et Marciano modo *διατάξεις* modo *κεφάλαια* audiunt, ab Anonymo *θέματα* vocentur. In Epitome ipsa nimirum singulis paragraphis sive capitibus simpliciter numerus inscriptus appositusve fuisse videtur: ut proinde liberum esset cuique, utrum *θέματα* an *διατάξεις* an vero etiam *κεφάλαια* mallet illa vocare. Quae quum ita sint, plus quam probabile esse existimaverim, Epitomen Novellarum Iustiniani, quam Anonymus allegare soleat, haud diversam esse ab illa, cuius fragmenta in Codicibus laudatis habentur. Nec movet me iudicium, quod de hac mea coniectura *G. E. Heimbachius* tulit his verbis: „*So unverkennbar die Aehnlichkeit ist, welche zwischen den Novellencitaten des Anonymus und denen stattfindet, welche aus der alten Epitome der Novellen in* Cod. Bodlei. 3399 *beigebracht werden, so unsicher scheint doch die Vermuthung, dass beide auf dieselbe Novellenbearbeitung zu beziehen seien.*“ (*Richter Jahrbb.* 1839. II p. 972.) Utinam coniecturae, quae a viris doctis proferri solent, semper adeo possent dici probabiles!

---

27) *Ducange* glossar. s. v. *ὅτι*.

28) Cf. Ὁ *πρόχειρος νόμος* p. 329—331. *Wiener Jahrbb. der Lit.* LXXXVI p. 200. — *Heimbach* *Ἀνεκδ.* I p. LXXII sqq.

§. 7.

Postquam ostendimus, quanam Novellarum compositione Anonymus usus sit, et quae eius vestigia hodie supersint, reliquum esse videtur, ut, quem auctorem habuerit, inquiramus.

Ego vero ipsum Anonymum Epitomae, de qua hactenus dixi, auctorem esse coniecerim. — Primum enim praeter Anonymum nemo est inter ICtos Graecos, qui Epitomen illam laudasse deprehendatur. — Deinde Anonymus simpliciter ad hanc Epitomen provocat, auctoris nomine non laudato. Iam vero idem Anonymus, sicubi ad aliorum ICtorum commentarios respicit, nomen ICti, de cuius interpretatione agit, tantum non semper adducit[29]), ut proinde etiam Epitomae auctorem nominare debuisset, si non ab ipso sed ab alio auctore conscripta esset. — Denique ex iis ICtis, qui ante Anonymum floruerunt vel aequales fuerunt Anonymo, qui quidem libros ediderint et memoriam sui reliquerint, vix quisquam pro auctore Epitomae nostrae haberi potest. Theophilus quidem iam anno 537 diem supremum obiisse videtur, antequam Novellae, quas Anonymi Epitome complectitur, omnes a Iustiniano editae essent[30]). Similiter Dorotheum, Isidorum et Anatolium in commentariis, quorum fragmenta in Basilicorum scholiis nobis servata sunt, nullam Novellarum Iustiniani rationem habuisse deprehendimus. Thalelaeus autem et Stephanus Novellarum collectione utuntur, quae cum Epitome Anonymi nihil commune habet. Itaque quum praeter Anonymum nemo inveniatur, cui Epitome nostra cum aliqua veri specie tribui possit, et quum nonnulla sint, quae Anonymum eius auctorem esse directo indicent, haud temere mihi videor coniecisse, Epitomen illam ab ipso Anonymo compositam esse.

CAPUT III.

Comparatio inter graecam Anonymi Epitomen et latinam Iuliani.

§. 8.

Extat Epitome Novellarum latina, quae olim *κατ' ἐξοχὴν Novellarum* nomine appellata, et magna in Occidente auctoritate gavisa est[31]); reperitur MS in variis Codicibus, eademque saepius edita est[32]). Continet CXXIV (vel CXXV) Novellas Iustiniani, quas resectis praefationibus et epilogis aliisque nihil ad rem facientibus in epitomen contractas exhibet. Novellae istae alio ordine dispositae sunt, quam factum est tum in collectione CLXVIII Novellarum tum in libro Authenticorum. Cuiusvis Novellae epitome fere in plura capita divisa est; quae capita numeris per totum librum continuatis insignita sunt, ita ut 564 capita vel amplius contineat. In nonnullis Codicibus MSS et editionibus Epitome in duas partes dividitur, quarum prior Novv. I—LXII, altera reliquas complectitur.

Libri MSS et editi auctoris nomen non semper habent. Ex his, qui habent, alii auctorem esse dicunt „*Ioannem civem Constantinopolitanum,*" alii vero „*Iulianum virum eloquentissimum antecessorem civitatis Constantinopolitanae,*" vel „*Iulianum virum eloquentissimum civitatis Constantinopolitanae,*" vel „*Iulianum virum eloquentissimum censorem civitatis Constantinopolitanae,*" vel „*illustrem* (l. Iulianum) *virum eloquentissimum Constant. civitatis civem.*" Et Iulianum quidem auctorem Epitomae esse etiam capitulis excerptis Ingelheimensibus de anno 826[33]) probatur, ubi hoc nomine Iulianus laudatur. Quod autem Iulianum alii[34]) apostatam et monachum,

---

29) Sic *Enantiophanes*, qui idem ICtus est, Theophilum et Dorotheum laudat in Basil. ed. *Heimbach* II p. 129, Stephanum in Basil. ed. *Fabrot.* IV p. 431; ipse *Anonymus* Dorotheum ibid. tom. V p. 39. 144. 260 et VI p. 40. 259.

30) Delineatio p. 27 not. 22.

31) Cf. *Suaresii* Not. Basil. ed. *Pohl.* p. 83—85. *Struvii* hist. iuris. cap. III §. XI. *Brunquell* hist. iur. P. II cap. 12 §. 1—8. *Heineccii* hist. iur. lib. I §. 408. *Eiusdem* Synt. Antiq. Prooem. § 32. *Hoffmann* hist. iuris lib. II c. 12 §. 13. *Bach* hist. iurispr. Rom. lib. IV cap. I §. 18. 19. *v. Savigny Gesch. des RRs. im Mittelalter* locis tom. VI p. 523 sq. citatis et tom. VI p. 742 sq. *Biener Gesch. d. Novv.* p. 70 sqq. 232 sqq. 604 sqq.

32) Cf. *Zeitschrift für gesch. Rechtsw.* IV p. 133 sqq. 491 sqq. V p. 338 sqq. VIII p. 136 sqq. 357 sqq. X. p. 300.

33) *Pertz* Monumenta tom. III.

34) *Huguccio* apud *v. Savigny Gesch. des RRs. im Mittelalter* tom. III p. 498 not. e.

alii Consulem, alii Patricium et ex Consule fecerunt, id fabulis aut coniecturis omnino reiiciendis nititur. Nam secundum Codicum MSS testimonia antecessoris munere functus est, id quod etiam dicendi genere, quo utitur, haud obscure significatur. Ubi et quando Iulianus vixerit, magis incertum est. *Bienerus* quidem eum Constantinopoli ius exposuisse, ibique circa annum 556 Epitomen composuisse statuit; illud propterea, quod antecessor civitatis Constantinopolitanae vocetur, et in Epitome sua urbem Constantinopolin verbis: „*haec regia urbs*" indicet: hoc propterea, quod Epitome Iuliani eas tantum Novellas complectatur, quae ante annum 556 vel ipso hoc anno editae sint, recentiores autem hoc tempore nullas.

§. 9.

Inter Iuliani Epitomen Novellarum latinam et graecam illam Anonymi, de qua capite secundo disputavimus, insignis quaedam similitudo intercedit.

I. Primum enim utrique similis quaedam Novellarum collectio pro fundamento est, ab aliis Novellarum Iustiniani collectionibus, quae quidem innotuerint, aliquantum diversa; et in utraque singularum Novellarum epitomae simili ratione per totum opus continuis numeris designantur. Quod ita optime demonstrari potest, si comparatio inter allegationes (cap. I) fragmentaque (cap. II) Epitomae Anonymi et inter Epitomen Iuliani in tabula ob oculos ponatur. Comparatione igitur instituta videbis, quod

ab Anonymo laudatur:	*quae Iuliano*[36]) *est:*
[*Νεαρὰ γ'*][35])	Const. 3.
Νεαρὰ περὶ πορνοβοσκῶν	Const. 31.
Νεαρὰ περὶ ἀθεμίτων γάμων	Const. 32.
Νεαρὰ περὶ τετραουγκίου καὶ ἑξαουγκίου . . .	Const. 34.
Νεαρὰ περὶ γάμων	Const. 36.
Νεαρὰ μα' περὶ συμβολαιογράφων (θέμα ρξη')	Const. 40 (cap. 170).
Νεαρὰ με' περὶ ἐκκλήτων (θέμα ρος')	Const. 44 (cap. 177).
Νεαρὰ	Const. 65.
Νεαρὰ ξη' περὶ τῆς πίστεως τῶν συμβολαίων (θέμα σκ')	Const. 66 (cap. 234).
Νεαρὰ περὶ τρόπων γνησιότητος	Const. 67.
[*Νεαρὰ οε'*]	Const. 75.
Νεαρὰ ος' περὶ δικαστῶν	Const. 76.
Νεαρὰ περὶ τῶν παρὰ βουλευτῶν γινομένων μόρτις καῦσα δωρεῶν	Const. 80.
Νεαρὰ περὶ νόθων	Const. 82.
Νεαρὰ περὶ μαρτύρων	Const. 83.
Νεαρὰ πθ' περὶ ἰσότητος προικὸς καὶ πρὸ γαμου δωρεᾶς	Const. 90.
Νεαρὰ ἡ τὴν τῶν ρ' ἐνιαυτῶν παραγραφὴν τῶν εὐαγῶν οἴκων ἀναιροῦσα	Const. 104.
Νεαρὰ περὶ ἐξνερεδατίονος	Const. 107.
Νεαρὰ περὶ ῥεπουδίου (διάτ. τμα' (?) — τμε') .	Const. 108 (cap. 379—382).
Νεαρὰ (διάτ. τν' (?) — τνδ')	Const. 109 (cap. 394—397).
[*Νεαρὰ ρς' περὶ προγαμιαίας δωρεᾶς καὶ ἄλλων κεφαλαίων*] (*διάτ. τξς'*)	Const. 110 (cap. 408).
[*Νεαρὰ ρθ' (θέμα τοζ' (?)*]	Const. 111 (cap. 410).
Νεαρὰ (κεφ. υμε' — υμζ')	Const. 114 (cap. 424—426).
Νεαρὰ (διάτ. υπβ' — υπς')	Const. 115 (cap. 487—491).

35) Uncinis inclusi locos, de quibus dubitatio est, an ex Epitome Anonymi citentur. Cf. §. 4.

36) Sequor editionem *L. Miraei* repetitam Brugis 1565. 4

§. 10.

Tabula, quam §. 9 exhibuimus, cognationem aliquam et similitudinem inter Anonymi et Iuliani Epitomen Novellarum, quantum ad oeconomiam et Novellarum epitomarumve ordinem et consequentiam attinet, intercedere aperte demonstrat. Eadem tamen tabula hoc quoque ostendere videtur, in nonnullis alteram ab altera diversam fuisse. Ita v. c. Novellarum collectio, qua Anonymus usus est, initio statim una constitutione locupletior fuisse videtur, quum apud Anonymum sint constt. 41 et 45, quae apud Iulianum sunt 40 et 44; item inter const. 45 et 68, quas Anonymus laudat, alia constitutio est, qua caruisse videtur Iulianus, quippe cui 66 sit, quam Anonymus 68 vocat. E contrario post const. 68 ab Anonymi collectione constitutiones nonnullae afuisse videntur, quas exhibet Iulianus: nam quae Anonymo est 76, etiam Iuliano 76 est, imo const. 89 Anonymi Iuliano 90 est. Alia differentia in hoc est, quod *θεμάτων* sive *διατάξεων* sive *κεφαλαίων* numeri, qui ex Anonymi Epitome excitantur, ne semel quidem accurate conveniunt cum his, quibus Iuliani capita insignita sunt.

Verumenimvero hae differentiae inter Anonymi et Iuliani Epitomen, si accuratius rem examinaveris, non sunt adeo magnae. Nam et in numeris graecis ex Epitome Anonymi relatis corruptelas passim inesse probabile est, et, quod vel magis animadvertendum est, Codices MSS et editiones Epitomae Iuliani in numeris Novellarum epitomarumve definiendis sibi neutiquam invicem consentiunt. Itaque secundum ea, quae hactenus exposui, non dubito, quin omnes mecum iudicaturi sint, arctissimum esse et singulare plane cognationis vinculum, quo graeca Anonymi Epitome et latina Iuliani invicem coniunctae sint.

§. 11.

II. Minor quaedam inter Anonymi et Iuliani Epitomen cognatio atque similitudo intercedit, si internam utriusque indolem spectes. Anonymi quidem Epitome, perinde atque illa Iuliani, Novellas Iustiniani amputatis praefationibus et hyperbatis in epitomen contractas exhibet; sed epitomae Anonymi epitomis Iuliani longe breviores sunt et contractiores. Iulianus aliquando *μεταφραστικῶς* aliquando *κατὰ πόδας* Iustiniani Novellas reddit, et epitomas aliquando nimis diffusas praestat. Anonymus vero, quantum fieri potuit, brevitatis studiosus est: imo aliquando obscurus fit, dum brevis esse laborat. Ut breviter dicam, Anonymi Epitome est quasi Epitome Epitomae Iuliani. Hoc tamen non sic dictum accipe, quasi Anonymum Epitomen suam ex Epitome latina Iuliani fecisse existimem; quum inter utramque haec potius ratio intercedere videatur, ut neque haec ex illa neque illa ex hac confecta esse possit, sed utriusque auctor eadem Novellarum collectione tanquam fonte usus sit.

CAPUT IV.

Iulianus Antecessor idem esse videtur, quem Graeci κατ' ἐξοχήν Anonymum vocant.

§. 12.

Postquam §. 11 vidimus, Anonymi Epitomen Novellarum graecam et latinam Iuliani Antecessoris alteram ex altera non deductam esse, et e contrario §. 9 et 10, alteram cum altera, quod ad formam operis externam attineat, arctissimo cognationis vinculo copulatam esse, quaerendum esse videtur, quomodo hoc cum illo conciliari possit.

Iam vero me quidem iudice hoc *ἐναντιοφανὲς* aliter explicari vix potest, quam ita, ut Anonymum et Iulianum unum eundemque esse statuamus. Indicaveram hanc coniecturam iam anno 1836 in libro *Αἱ ῥοπαί* p. 71 not. 19, et promiseram, aliquando me curatius de ea expositurum esse. *G. E. Heimbachius* vero, vir doctissimus, expositionem meam non exspectandam esse ratus, nuper (in *Richter Kritische Jahrbücher für deutsche Rechtsw.* 1839. II p. 970 et 972) coniecturam meam, quasi embryonem in utero, suffocare voluit. Ait enim: „*Doch finden wir bei näherer Betrachtung innere Widersprüche zwischen beiden* (i. e. inter Epitomen, cuius fragmenta in Cod. Bodleiano 3399 servata sunt, et Epitomen Iuliani), *so dass die Annahme, als*

sei Julian auch der Verfasser der griechischen Bearbeitung, unmöglich Geltung haben kann.“ „Auch erscheint die wirkliche Uebereinstimmung der Novellencitate bei Anonymus mit den Zahlen der Constitutionen und Capitel bei Iulian viel zu gering, als dass man hinter der fingirten Person des Anonymus...... denselben Julian, welcher die lateinische Epitome der Novellen angefertigt hat, vermuthen sollte.“ Ego vero etiamnum coniecturae meae insistendum esse putavi, tum quod convenientia inter Anonymi et Iuliani Epitomen, quod ad formam externam attinet, longe maior sit, quam *Heimbachius* agnoscere voluerit, tum quod idem vir doctissimus, *ἐναντιοφανιῶν* nimis strenuus indagator, contrarietates invenire sibi visus sit, ubi re vera nullae sint[37]), denique quod vel nunc non intelligam, qua alia ratione singularis illa inter Anonymi et Iuliani Epitomen consonantia explicari possit.

§. 13.

Caeterum non tantum ideo, quod inter utriusque Epitomen cognatio quaedam intercedat, Anonymum et Iulianum unum eundemque ICtum esse coniecimus, sed etiam propter alia argumenta, quibus coniectura nostra admodum probabilis redditur.

Primum enim *Iulianus noster discipulus Stephani antecessoris fuisse videtur, eundemque etiam Anonymus magistrum habuit.* — Stephanus antecessor in commentario Digestorum, cuius fragmenta in Basilicorum scholiis habentur, interpretationis causa etiam responsiones exhibuit, quas in docendo ad quaestiones discipulorum suorum dederat. Eiusmodi responsio Stephani ad quaestionem Iuliani cuiusdam servata nobis est in Basil. ed. *Heimbach* II p. 180 sq. Iam suspicari est, hunc Iulianum eundem esse atque illum, qui postea antecessor fuerit et Epitomen Novellarum conscripserit, et sic Iulianus noster Stephani antecessoris discipulus efficitur, quod etiam *Heimbachio* §. 12 laudato placuit. — Eundem Stephanum etiam Anonymo nostro praeceptorem fuisse, probabile est. Certe Enantiophanes, qui idem est atque Anonymus (§. 2), Stephanum laudat in Basil. ed. *Fabrot.* IV p. 431 schol. a[38]).

Deinde *Iulianus*, utpote qui Iustiniani Novellas docte et satis eleganti dicendi genere *κατ' ἐπιτομὴν* verterit, *linguae tam latinae quam graecae peritissimus fuit;* similiter autem *Anonymus inter reliquos ICtos Graecos linguae latinae perinde atque graecae peritia eminet.* Idem aliquando circa interpretationem textus latini Digestorum ita curiosus est, ut, sicubi dubitasset de verborum significatione, ipsa verba textus in adnotationibus suis laudasse conspiciatur. Sic ait: *Τὸ ῥητὸν ἔχει· QUORUM CURAM GERUNT* (Basil. ed. *Heimbach.* I p. 328), et alibi: *PRONUNTIATUM ἔχει τὸ ῥητόν* etc. (Basil. ed. *Heimbach* II p. 446), et alibi: *EXULAT ἔχει τὸ ῥητον· κυρίως δὲ τὸ EXILIUM δηλοῖ* etc. (Basil. ed. *Fabrot.* VI p. 161 schol. *u.*)

Porro *Iulianum antecessorem fuisse* testimonio maioris partis Codicum MSS Epitomae Novellarum comprobatur. Cui *Bienerus*[39]) haec addidit: *„dass der Verfasser Rechtslehrer gewesen, beweisen mehrere bei den damaligen Professoren üblichen und aus den Basilikenscholien hinlänglich bekannten Redeformen: das* Didicimus *gleich im Aufange und in Const. 67; die Art, wie der* casus *formirt wird in Const. 81. 84; die Verweisung auf andere Stellen in* cap. 163.“ — Iam vero haec *Bieneri* observatio similiter in *Anonymum* cadit, ut proinde et is *antecessor* fuisse videatur. Nam et is, ut ex multis nonnulla exempla proferam, his verbis: *γινώσκεις, μανθάνεις, ἔγνως* (i. e. discis, didicisti) utitur in adnotationibus, quae habentur in Basil. ed. *Heimbach* I p. 370. 381. 392. 422. 423 etc.

Tum inscriptio Epitomae Novellarum, qualis in Codicibus MSS extat (§. 8), *Iulianum in Constantinopolitana civitate ius docuisse* significat. Idem ex ipsius Epitomae locis quibusdam recte concludit *Bienerus,* veluti ex cap. 216 et 358, ubi Iulianus Constantinopolin verbis „haec

37) Divinare non possum, quamnam contrarietatem *Heimbachius* intelligat, nisi ea sit, de qua dixi not. 7 ad fragmenta infra edita.

38) Nolim provocare ad Basil. ed. *Heimbach* II p. 442. 448, et ed. *Fabrot.* IV p. 565 schol. d et p. 566 schol. f. His enim locis Stephanus nequaquam ab ipso Anonymo vel Enantiophane laudatur; sed aut additur huius adnotationi locus ex Stephani commentario, qui separari ab illa debuisset, aut Stephani allegatio per interpolationem a recentiore scholiasta facta adnotationi Anonymi vel Enantiophanis accessit.

39) *Gesch. der Novellen* p. 74 not. 108.

civitas" designat, licet Novella, quam ante oculos haberet, Constantinopoleos omnino mentionem non faceret. — Iam vero sicuti Iulianus, ita etiam *Anonymus Constantinopoli antecessoris munere functus esse videtur.* Scilicet Iustiniani temporibus in Oriente dumtaxat Constantinopoli vel in quibusdam Syriae urbibus erant, qui legitimam scientiam data opera tractarent, ita ut Anonymum quoque vel illic vel hic vixisse et ius docuisse necesse sit. Atqui longe a Syria degit, quippe qui Syriam appellet *ἀπολελειμμένον τόπον*, i. e. remotum locum[40]); ut proinde Constantinopoli scripsisse videatur.

Denique quum inter nomina ICtorum Graecorum saec. VI exeunte viventium, de quibus apud Graeculos recentiores sermo est, Iuliani, qui et ipse ICtus Constantinopolitanus fuit, nomen non inveniatur, et quum ICtorum isto tempore viventium, quorum quidem memoria ad nos pervenerit, omnium nomina cognita habeamus, excepto uno, quem Graeci *Ἀνώνυμον* i. e. Innominatum *κατ᾽ ἐξοχήν* vocaverunt: — quid, quaeso, verisimilius est, quam Iulianum, *τὸ νομικὸν φάος*, quem a Graecis nusquam laudari mirum profecto futurum esset, eum esse, quem Graeci *ἀνωνύμως* excitaverint?

§. 14.

Argumenta, quae §. 13 enumeravi et exposui, singula quidem per se spectata debilia possint videri: si tamen omnia invicem coniungantur, eam vim habere intelliguntur, ut iam Anonymo Graecorum Iuliani nomen vindicandum sit. His iam accedat novum argumentum, quo quidem coniecturam meam equidem crediderim confirmari, quam autem novam coniecturam prioribus coniecturis superstructam nonnulli fortasse vocabunt.

Nimirum *C. I. A. Kriegel*, qui antiquam versionem latinam fragmentorum e Modestini libro de excusationibus in Digestis obviorum in integrum restitutam a. 1830 edidit, p. 17 prolegomenon versionem istam ante Basilicorum compilationem confectam fuisse statuit, quum ipsa Basilica aliquot locis magis versionem latinam, quam textum graecum sequuta esse videantur. Quis autem credat, Basilicorum architectos, qui non ex ipsis Iustiniani Digestis sed graecis eorum versionibus usi sunt, antiquam versionem latinam fragmentorum quorundam graecorum in Digestis obviorum ob oculos habuisse et in textu constituendo sequutos esse? Itaque si qua inter antiquam illam versionem et textum Basilicorum cognatio est, origo eius omnino aliter explicanda est. Et quidem rectius sic explicari posse videtur:

Basilicorum architecti, ubicunque Digestorum loci in Basilica recipiendi essent, plerumque Anonymi versionem Digestorum sequuti sunt[41]); atque etiam fragmentorum e Modestini libro de excusationibus in Digestis obviorum non textum genuinum sed Anonymi *παράφρασιν* in breve contractam lib. XXXVIII Basilicorum exhibuerunt. Itaque non quaerendum est, unde cognatio inter textum Basilicorum et antiquam versionem latinam fragmentorum illorum provenerit, sed qui factum sit, ut huic saepius respondeat Anonymi *παράφρασις*.

Iam vero haec quaestio non potest sic explicari, ut aut interpres latinus Anonymi *παράφρασιν* aut Anonymus versionem latinam ob oculos habuisse dicatur. Nam interpres latinus graeca, quae Anonymus in epitomen contracta praestat, plane *κατὰ πόδα* vertit: Anonymum autem, Graecum ICtum, ad interpretationem fragmentorum graecorum latinam versionem adhibuisse omnino non est verisimile. Magis placet, Iulianum antecessorem, qui in usum eorum, quibus lingua latina patria esset, Novellas Iustiniani verterit, eundem etiam fragmenta graeca in Digestis obvia in latinum sermonem transtulisse. Sic enim optime intelligitur, quomodo consonantia quaedam inter hanc versionem et Anonymi *παράφρασιν* intercedere possit; nempe Anonymus ipse ille est, qui vero nomine Iulianus audit.

§. 15.

Reliquum esse videtur, ut quae de Anonymi Iulianive vita et scriptis hactenus *κριτικῶς* exposui, brevi narratione complectar, et, quod biographum decet, ornatius proponam.

---

40) Basil. ed. *Heimbach* II p. 41.

41) Basilicorum architecti usi sunt potissimum Stephani, Anonymi et Cyrilli commentariis Digestorum. Cf. *Heimbach* in *Richter Jahrbb.* 1839. II p. 989. Sed in textum Basilicorum plerumque breviorem Anonymi versionem receperunt, dum Stephani *ἑρμηνείας* et *παραγραφὰς* et Cyrilli indices in notas conicerent. Sicubi Cyrilli *ἰνδικα* in textu sequuti essent, diligenter id adnotatum est a scholiastis. Cf. Basil. ed. *Fabrot.* IV p. 410. V p. 82. 431. VII p. 89.

Iulianus ubi et quibus parentibus natus sit, ignoratur. Circa saec. VI medium Constantinopoli vixit, ubi Stephanum antecessorem in iure praeceptorem habuit. Iam tum ingenii sagacitate excelluisse videtur, utpote cuius quaestionibus Stephanus aurem praebere voluerit. Mox ipse Iulianus Constantinopoli antecessor factus est. Iuris scientia ita excelluit, ut *νομικον φάος* (lucerna iuris) cognominari meruerit et Romae [42]) perinde atque Beryti [43]) omnium laudibus celebratus sit. De quo testis est Theaetetus Scholasticus, Iuliano aequalis, cuius epigramma legitur in Anthologia Graeca hunc in modum conceptum:

Τοῦτον Ἰουλιανόν, νομικὸν φάος, εἶπον ἰδοῦσαι
Ῥώμη καὶ Βερόη, πάντα φύσις δύναται.

h. e. (ut nonnulli nimis libere graeca reddiderunt,)

Roma et Berytus, conspecto hoc lumine legum,
Quantum, aiunt, virtus ingeniumque potest! [44])

In eadem Anthologia [45]) ipsius etiam Iuliani antecessoris epigrammata habentur, quae, quantum idem in liberalibus artibus profecerit, egregie testantur; denique linguae tam latinae quam graecae peritissimus fuit. Quando diem supremum obierit, haud liquido constat; videtur autem Iustini II tempora vivendo attigisse [46]).

Libros de iure plures composuit. Initio latino potissimum sermone usus esse videtur, sive quo melius eorum utilitatibus prospiceret, qui legibus Romanis viventes latina lingua tamquam patria uterentur, sive propterea, quod scholae eius praesertim a discipulis ex Occidente advenientibus frequentarentur [47]). Et latine quidem scripsit Epitomen Novellarum Iustiniani et versiones quasdam fragmentorum graecorum in Digestis obviorum [48]). Postea autem ad Graecos se convertit: motus fortassis hac ratione, quod Italia a ditione Romana avulsa [49]) rarius inter Orientem et Occidentem literarum commercium intercederet. Sic graece deinceps edidit: 1) Epitomen Novellarum Iustiniani, ad instar eius elaboratam, quam prius latino sermone confecerat, sed multo in brevius contractam, ne Graecis, qui ipsas Iustiniani constitutiones ad manus haberent et facili negotio intelligere possent, diffusior tractatus minus comprobaretur; 2) Librum singularem de legatis et mortis causa donationibus [50]); 3) Librum singularem de his, quae in Digestis contraria esse viderentur (*περὶ ἐναντιοφανειῶν*) [51]); denique 4) Versionem Digestorum *κατ' ἐπιτομήν* cum adnotationibus [52]).

Scripta Iuliani multum apud posteros valuerunt. In Occidente quidem Epitome Novellarum latina maximae per multa saecula auctoritatis fuit; Graeci autem librum *περὶ ἐναντιοφανειῶν* et versionem Digestorum adeo magni fecerunt, ut utrumque opus paene integrum in textum et scholia Basilicorum translatum sit [53]). Caeterum his ipsis recentioribus Graecis non constabat, quis auctor esset horum librorum, quos *ἀνεπιγράφους* in Codicibus suis haberent: ut proinde Iulianum nostrum, qua auctorem libri *περὶ ἐναντιοφανειῶν* *Enantiophanem*, *Anonymum* autem qua auctorem versionis Digestorum appellaverint.

Quae latine Iulianus scripsit, tantum non omnia nobis servata sunt: quae vero graece edidit, magnam partem perierunt. Fragmenta libri *περὶ ἐναντιοφανειῶν* et versionis Digestorum in Basilicis, sicuti observavi, satis multa habentur: libri autem singularis *περὶ λεγάτων καὶ μόρτις καῦσα δωρεῶν* notitia sola ad nos pervenit. Denique Epitomae Novellarum graecae nonnisi fragmenta nonnulla supersunt, quae iam adiecta versione latina ac notis ex Codice Bodleiano 3399 edemus.

---

42) I. e. Constantinopoli, quae etiam *νέα Ῥώμη* vocatur.

43) Hoc igitur ante annum 555 factum esse videtur, quo tempore Berytus terrae motu eversa est.

44) Anthol. Graeca ed. *Iacobs* tom. III p. 216.

45) Anthol. Graeca ed. *Iacobs* tom. III p. 230.

46) Enantiophanes enim laudat Novellam Iustini Basil. ed. *Fabrot.* IV p. 336, quod, nisi ex interpolatione factum sit, Iulianum nostrum librum *περὶ ἐναντιοφανειῶν* sub Iustino scripsisse demonstrat.

47) Illa ratio *Bienero* placuit (*Gesch. der Novellen* p. 75sq.), haec mihi probabilior videtur.

48) Alia quaedam scripta latina, quae sub Iuliani nomine circumferuntur, veluti Dictatum de consiliariis et Collectio de tutoribus, aperte non sunt Iuliani. Cf. *v. Savigny Gesch. des RRs. im Mittelalter* II §. 69.

49) Italiam Longobardi anno 568 invaserunt.

50) Vide supra not. 2. — Delineatio §. 20, 1.

51) Vide supra §. 2. — Delineatio §. 20, 2.

52) Vide supra not. 4. — Delineatio §. 17. 7.

53) Vide supra §. 1. — Etiam auctor veteris Nomocanonis, qui titt. XIV constat, Anonymi versione Digestorum usus est. Cf. not. 2.

FRAGMENTA EPITOMAE GRAECAE NOVELLARUM IUSTINIANI

EX CODICE BODLEIANO 3399.

Ἰουστινιανοῦ τμα' [1]). — *Ὁ ἔχων παῖδας ἐξ ἐλευθέρας, ἣν ἀγαγέσθαι ἠδύνατο, ἐὰν ἐν ἀγοραίῳ συμβολαίῳ ἢ ἰδιοχείρῳ ὑπὸ τριῶν ἀξιοπίστων* [2]) *μαρτυρηθέντι ἢ ἐν διαθήκῃ ἢ ἐν ὑπομνήμασιν εἴπῃ αὐτοὺς ἤ τινα ἐξ αὐτῶν υἱόν, καὶ μὴ προσθήσῃ φυσικόν, πάντες ἐκ τούτου καὶ μόνον* [3]) *γίνονται γνήσιοι καὶ ἡ μήτηρ αὐτῶν γαμετή* [4]).

Οἱ ἐξ ἀγράφου συνοικεσίου παῖδες καὶ οἱ ἐκ προικοφόρου γαμετῆς ὁμοίως τοῦ πατρὸς κληρονομοῦσιν [5]).

Οἱ μεγάλοι ἀξιωματικοὶ μέχρις ἰλλουστρίων οὐ δύνανται χωρὶς προικῴων γαμεῖν. οἱ δὲ πρὸ τῆς ἀξίας γήμαντες ἀγράφως, μένουσι νομίμως συνοικοῦντες. οἱ δὲ βάρβαροι ἀξιωματικοὶ καὶ οἱ μετὰ τοὺς ἰλλουστρίους καὶ οἱ στρατευόμενοι πάντες καὶ οἱ ἐν οἱαδήποτε ἐπιτηδεύσει ἄδειαν ἔχουσι γαμεῖν ἐγγράφως καὶ ἀγράφως [6]).

Οἱ παῖδες τῆς ἀπροίκου γαμετῆς κληρονομοῦσι τοῦ πατρός· αὐτὴ δὲ τελευτῶντος τοῦ ἀνδρὸς ἢ ἀλόγως ἐκβαλλομένη, εἰ μὲν μέχρι τριῶν εἰσὶ παῖδες ἐξ αὐτῆς ἢ ἐξ ἑτέρας, τὸ τέταρτον λαμβάνει, πλειόνων δὲ παίδων ὄντων ἑνὸς ἀναλογίαν λαμβάνει· καὶ τὴν δεσποτείαν φυλάττει τοῖς ἐξ αὐτῆς παισίν, ἢ τελείως αὐτὸ ἔχει μὴ ὄντων παίδων. ἡ δὲ ἀλόγως ἐκβαλλομένη ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ τῆς ἐκβολῆς τὸ εἰρημένον μέρος λαμβάνει. ὁ δὲ ἀνὴρ ἐξ οὐδενὸς τῶν β' θεμάτων λαμβάνει τὸ τέταρτον [7]). *ἡ λέοντος διάταξις κρατεῖ ἐπὶ τῶν μὴ περιεχομένων θεμάτων* [8]).

τμε'. — *Τὰς εὐτελεῖς γυναῖκας καὶ οἱ μεγάλοι ἀξιωματικοὶ γαμοῦσι, μετὰ μέντοι προικῴων, οἱ δὲ λοιποὶ καὶ ἀγράφως· ἐὰν δὲ καὶ ἐλεύθεραι ὦσι καὶ ἃς ἔξεστι γαμεῖν* [9]).

Iustiniani **341.** — **Qui liberos habet ex ingenua, quam uxorem ducere potuit, si in instrumento publico, vel sua manu scripto, quod tres idoneos testes habeat, vel in testamento, vel in actis eos vel unum ex iis filium nominaverit, neque addiderit naturalem, omnes ex hoc solo fiunt legitimi et mater eorum [legitima] [4a]) uxor.**

[342.] — Liberi ex nuptiis, quae sine dotalibus instrumentis celebratae sunt, nati et qui a dotata muliere nati sunt, similiter patri succedunt.

[343.] — Qui magnis dignitatibus ornati sunt usque ad illustres, non possunt sine dotalibus instrumentis matrimonia contrahere. Qui tamen ante dignitatem sine scriptis uxorem duxerunt, manent legitime copulati. Barbari autem dignitate decorati, et qui post illustres sunt, et qui militant omnes, et qui in quolibet studio sunt, licentiam habent nuptias faciendi cum et sine dotalibus instrumentis.

[344.] — Liberi ex indotata uxore nati patri succedunt; ipsa autem, mortuo viro vel sine causa repudiata, siquidem usque ad tres liberi subsint, ex ipsa vel ex alia nati, quartam accipit, sin autem plures liberi sint, unius portionem accipit: et proprietatem liberis ex ipsa natis conservat, vel perfecte eam portionem habet, si liberos non habeat. Ea autem, quae sine causa repudiata est, in ipso tempore repudii dictam portionem capit. Vir autem in neutro ex his duobus casibus quartam accipit. Leonis constitutio obtinet in casibus, qui [hac constitutione] non continentur.

345. — Viles mulieres etiam hi, qui magnis dignitatibus decorati sunt, uxores ducunt, dotalibus tamen instrumentis compositis, reliqui autem etiam sine scriptis: si modo liberae sunt et quarum matrimonium licitum est.

Ἰουστινιανοῦ διάτ. τν' [10]). *Πάντες οἱ κατιόντες, κἂν ἄῤῥενες κἂν θήλειαι ὦσιν, ἐξ ἀῤῥένων ἢ*

Iustiniani const. **350. — Omnes descendentes, sive masculi sive feminae sint, sive ex masculis**

---

1) Cap. 341 — 345 habetur in Cod. Bodl. fol. 33. — Caeterum Cod. Bodl. *τλα'* habet pro *τμα'*, quod tamen mutandum videtur coll. numero *τμε'*, qui infra occurrit.
2) Deesse aliquid videtur, veluti *μαρτύρων*, vel *προσώπων*.
3) Legendum videtur: *μόνου*.
4) Nov. 117 cap. 2, *Iuliano* (in editione *Miraei*) Const. 108 cap. 379.
4a) Quae uncinis inclusa sunt in versione latina, ex mea interpretatione accesserunt.
5) Nov. 117 cap. 3, *Iuliano* Const. 108 cap. 380.
6) Nov. 117 cap. 4, *Iuliano* Const. 108 cap. 381.
7) *Iulianus* in edit. *Miraei* (et similiter etiam in editione *Sennerton* 1549 et *Hugo a Porta* 1558): „sed in talibus casibus (al. causis) *volumus* maritum quartam partem ex bonis uxoris suae sibi vindicare (al. vendicare)." Legendum: *nolumus*, quod tum indicat particula *sed*, tum textus Novellae, qui habet: *κωλύομεν*.
8) Nov. 117 cap. 5 et cap. 6 pr., *Iuliano* Const. 108 cap. 381 rel. et cap. 382 initio.
9) Nov. 117 cap. 6 rel., *Iuliano* Const. 108 cap. 382 rel.
10) Hoc caput habetur in Cod. Bodlei. fol. 118. Ibi (et in Cod. Marciano 579), legitur *τη'* pro *τν'*, id quod mutandum erat coll. numeris, qui sequuntur, siquidem ex eadem Epitome, ex qua sequentia capita hausta sunt, et

ἐκ θηλειῶν, ἐξ ἴσου κληρονομοῦσι τοὺς ἰδίους γονεῖς ἐξ ἀδιαθέτου[11]).

Διάταξις[12]) *τνα'*[13]) *νεαρᾶς ἰουστινιανοῦ.* — *Παίδων μὴ ὄντων οἱ ἀνιόντες καὶ*[14]) *οἱ πλησιάζοντες τῷ τελευτήσαντι καλοῦνται, καὶ μετ' αὐτῶν μόνοι τῶν ἐκ πλαγίου ὁμοπάτριοι καὶ*[15]) *ὁμομήτριοι ἀδελφοὶ τοῦ τελευτήσαντος. εἰ δὲ πολλοὶ ὦσι τοῦ αὐτοῦ βαθμοῦ, ἐξ ἴσης*[16]) *κληρονομοῦσι, τουτέστιν οἱ πρὸς πατρὸς τὸ ἥμισυ καὶ οἱ πρὸς τῇ μητρὶ τὸ ἥμισυ· καὶ οἱ ἐξ ἑκατέρου γονέως ἀδελφοὶ τοῦ τελευτήσαντος μετὰ τῶν πλησιαζόντων γονέων καλοῦνται ἐν κάπητα, τουτέστιν ἐξ ἴσου εἰς τὰ ὑπόντα πρόσωπα· μὴ δυναμένου τοῦ πατρός, ἔνθα μετὰ τῶν παίδων καλεῖται, χρῆσιν ἐπιζητεῖν τοῦ ἁρμόζοντος αὐτοῖς μέρους· ἀντὶ γὰρ τῆς χρήσεως μέρος λαμβάνει τῆς κληρονομίας*[17]).

τνβ'[18]). *Ἐὰν μὴ ὦσι κατιόντες ἢ ἀνιόντες, οἱ ὁμοπάτριοι καὶ ὁμομήτριοι ἀδελφοὶ καλοῦνται, καὶ τούτων μὴ ὑπόντων οἱ ἐξ ἑνὸς γονέως ἀδελφοὶ τοῦ τελευτήσαντος. καλοῦνται δὲ οἱ ἀδελφόπαιδες μετὰ τῶν ἰδίων θείων, καὶ ὁσοιδήποτε ἂν ὦσι λαμβάνουσιν, ὅσον εἰ περιῆν ὁ πατὴρ αὐτῶν ἐλάμβανε. καὶ εἰ*[19]) *μὲν οἱ περιόντες ἀδελφοὶ τοῦ τελευτήσαντος ὁμοπάτριοι καὶ ὁμομήτριοι αὐτοῦ ἦσαν, ὁ δὲ τελευτήσας ἐξ ἑνὸς μόνου γονέως, οἱ ἀδελφοὶ μόνοι κληρονομοῦσι τῶν ἀδελφοπαίδων ἀποκλειομένων. εἰ δὲ τοὐναντίον ὁ μὲν τελευτήσας ὁμοπάτριος καὶ ὁμομήτριος ἦν, οἱ δὲ περιόντες ἀδελφοὶ ἐξ ἑνὸς μόνου γονέως, οἱ ἀδελφόπαιδες κληρονομοῦσι τῶν ἀδελφῶν ἀποκλειομένων, κἂν οἱ μὲν εἰσὶ γ' βαθμοῦ, οἱ δὲ β'. μόνοι δὲ τῶν ἐκ πλαγίου ἀδελφόπαιδες ἀναβαίνουσιν εἰς τὴν τάξιν τοῦ πατρὸς αὐτῶν. ἐὰν γὰρ ὦσι γονεῖς καὶ ἀδελφοὶ τοῦ τελευτήσαντος, ἀποκλείονται οἱ ἀδελφόπαιδες αὐτοῦ· μὴ ὑπόντων δὲ γονέων, οἱ ἀδελφόπαιδες κληρονομοῦσι μετὰ τῶν ἀδελφῶν τοῦ τελευτήσαντος, προτιμώμενοι τῶν θείων αὐτοῦ, κἂν οἱ θεῖοι τοῦ τελευτήσαντος καὶ οἱ ἀδελφόπαιδες γ' βαθμοῦ*[20]) *εισιν*[21]).

τνγ'. — *Τὰ εἰρημένα νόει περὶ τῶν τῆς καθολικῆς ὄντων πίστεως· περὶ γὰρ τῶν αἱρετικῶν τὰ ἤδη νομοθετηθέντα κρατεῖ*[22]).

τνδ'[23]). — *Τούτων μὴ ὑπόντων οἱ μετὰ τοὺς ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφόπαιδας ἐκ πλαγίου καλοῦνται συγγενεῖς οἱ τῶν βαθμῶν*[24]) *πλησιάζοντες, καὶ πρὸς τὸν*

sive ex feminis [descendant], aequaliter parentibus suis ab intestato succedunt.

Const. 351 *Novellae Iustiniani.* — Si liberi non sint, ascendentes, qui proximiore gradu cum defuncto coniuncti sunt, vocantur, et cum iis ex collateralibus soli fratres defuncti eodem patre eademque matre nati. Si vero multi eiusdem gradus sunt, aequaliter succedunt, hoc est, qui ex linea per patrem ascendunt, in dimidium, et qui per matrem, in [alterum] dimidium: et fratres defuncti utroque parente copulati cum proximis parentibus in capita vocantur, i. e. aequaliter secundum personarum numerum; patre, si cum liberis vocatur, usumfructum portionis eis competentis vindicare non valente, quum pro usufructu partem hereditatis accipiat.

352. — Si descendentes vel ascendentes non sint, fratres eodem patre eademque matre geniti vocantur, et si hi non sint, fratres defuncti ex uno parente copulati. Fratrum vero liberi cum thiis suis vocantur, et, quanticunque fuerint, tantum accipiunt, quantum, si vivus fuisset, pater eorum accepisset. Et si quidem superstites fratres defuncti tam ex patre quam ex matre ei coniuncti fuerunt, defunctus autem ex uno tantum parente, fratres soli succedunt fratrum liberis exclusis. Et e contrario si defunctus tam ex patre quam ex matre coniunctus fuit, superstites vero fratres ex uno tantum parente, fratrum liberi succedunt fratribus exclusis, licet hi sint tertii gradus, illi secundi. Soli autem inter collaterales fratrum liberi succedunt in locum patris sui. Si quidem parentes et fratres defuncti sint, excluduntur fratrum eius liberi; sin autem parentes non subsint, fratrum liberi succedunt cum fratribus defuncti, ita ut thiis eius praeponantur, licet tam thii defuncti quam fratrum liberi tertio gradu sint.

353. — Quae dicta sunt accipe de his, qui catholicae fidei sunt: in haereticis enim leges pridem positae obtinent.

354. — Quodsi hi non subsint, ex latere venientes, qui post fratres et fratrum liberos sunt, cognati vocantur, qui [quidem] gradu proximiores sunt, et

hoc desumtum est. Dubitationem enim movet, quod iisdem paene verbis hoc caput recurrit in *Theodori* Breviario Nov. XVIII, ut proinde, si *τη'* in *ιη'* mutes, conticere possis, *Theodori* Breviarium hoc loco citart. Nihilominus tamen etiam hoc caput non ex *Theodori* Breviario, sed ex *Anonymi* Epitome desumtum esse crediderim, quandoquidem his verbis: *Ἰουστινιανοῦ διάταξις*, in Cod. Bodlei. et Marc. haec quasi constanter designatur. (Similiter Epitome Iuliani vocatur *Novella.*)

11) Videtur esse Nov. 118 cap. 1, *Iuliano* Const. 109 cap. 393.

12) Quae sequuntur capita 351—354, extant in Cod. Bodlei. fol 124 sq.

13) Cod. Bodl. et Marc.: *τῆς α'*. Sed omnino legendum est *τνα'*, coll. numero *τνβ'*, qui ad sequens caput in Cod. Marciano adscribitur. — Caeterum haec duo capita (351 et 352) ex apographo meo Codicis Bodlei. ediderat iam *Heimbach* *Ἀνεκδοτ.* tom. I p. 266 sq.

14) Copulam *καὶ* delendam esse recte indicavit *Heimbachius.*

15) *Heimb.* ex apographo meo edidit *ἢ*, quum tamen *καὶ* ibi scriptum sit. Idem *οἱ ὁμοπ. καὶ ὁμομ.* legendum esse coniecit: articulo autem carere nos posse crediderim. Cf. enim, quae infra cap. 352 leguntur: *μόνοι τῶν ἐκ πλ. ἀδελφόπαιδες.*

16) *Heimb.* *ἐξίσης*, qua coniectura minime opus est.

17) Nov. 118 cap. 2, *Iuliano* Const. 109 cap. 394.

18) Sic Marc. In Bodl. numerus deest. — *Heimbachius* haec cum praecedentibus coniunxit, quum tamen in apographo meo Codicis Bodl. a verbis *ἐὰν μὴ* nova linea inciperet.

19) Cod. Bodl. *οἱ*, quod recte correxit *Heimbachius.*

20) *Heimbach: βαθμοῦ εἰσίν*, et in nota: Codex *βαθμον*. Sed Codex (certo apographum meum) *βαθμοῦ* habet: et pro *εἰσίν*, quod *Heimbachii* est, habet *εισιν*, sine accentu.

21) Nov. 118 cap. 3 pr., *Iuliano* Const. 109 cap. 395.

22) Nov. 118 cap. 6, *Iuliano* Const. 109 cap. 397.

23) Cap. 354 capiti 353 necessario praeponendum est, ne tenor constitutionis interrumpatur. Etiam in Codicibus, qui *Iuliani* Epitomen continent, eiusmodi transpositiones observare est.

24) Legendum: *τῷ βαθμῷ.* Nimirum *ι*, quod in antiquioribus Codicibus adscribitur a librario in *ν* corruptum est.

ἀριθμὸν τῶν προσώπων μερίζονται, μὴ οὔσης διαφορᾶς, εἴτε ἐξ ἀῤῥενογονίας εἴτε ἐκ θηλυγονίας συνήπτοντο τῷ τελευτήσαντι. ἡ γὰρ διαφορὰ ἀνῄρηται τῶν [δικαίων][25] τῶν ADGNATICῶν ἢ COGNATIκῶν, εἴτε δι' ἐμαγκιπατίονα εἴτε διὰ θήλεα πρόσωπα, εἴτε δι' ἕτερον οἱονδήποτε τρόπον τοῖς ἑτέροις τρακταΐζεται νόμοις[26]).

secundum numerum personarum [hereditatem] dividunt, nulla differentia habenda, sive agnatione sive cognatione defuncto coniuncti sint. Nam differentia iuris agnationis et cognationis sublata est, si qua sive ob emancipationem sive ob feminini sexus personas sive ob alias quascunque rationes aliis legibus continetur.

Διάτ. τξς'[27]). — Ἐάν τις ἀκίνητον ληγατεύσῃ τῇ ἰδίᾳ φαμηλίᾳ ἢ ἑτέρῳ τινί, ἐφ' ᾧ μηδέποτε ἐκποιηθῆναι, ἀλλ' εἶναι αὐτὸ πάντοτε παρὰ τοῖς διαδόχοις τοῦ ληγαταρίου, τοιοῦτον[28]) ληγάτον οὐχ ὑπόκειται φαλκιδίῳ. αὐτὸς γὰρ ὁ διαθέμενος τὴν ἐκποίησιν αὐτοῦ ἐκώλυσεν[29]).

Const. 366. — Si quis rem immobilem familiae suae legaverit vel alii cuipiam, hac conditione, ut nullo tempore alienetur, sed ut semper apud successores legatarii maneat, in huiusmodi legato Falcidia locum non habet; nam ipse, qui testatus est, alienationem eius prohibuit.

Ἰουστινιανοῦ κεφ. υμε'[30]). — Ἡ προγάμου δωρεὰ τὰ πεντακόσια νομίσματα ὑπερβαίνουσα ἐμφανιζέσθω, ἐπεὶ εἰς μὲν τὸ πρόσωπον γυναικὸς ἔῤῥωται ἡ ἀπαίτησις τῶν κάσων, ὁ δὲ ἀνὴρ οὐδεμίαν ἀγωγὴν ἔχει[31]).

υμς'. — Ὁ μὴ δευτερογαμήσας γονεὺς ἔχει, ὡς πρώην ἐνομοθετήθη[32]), τὴν χρῆσιν καὶ κατὰ δεσποτείαν ἀναλογίαν ἑνὸς παιδὸς τῆς προικὸς καὶ τῆς δωρεᾶς[33]).

υμζ'. — Ἴσαι εἰσὶν αἱ ποιναὶ κατὰ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἀλόγως πεμπόντων REPUDIA. τοῖς γὰρ κατὰ γυναικῶν ὁρισθεῖσι καὶ οἱ ἄνδρες ὑπόκεινται[34]).

Iustiniani cap. 445. — Antenuptialis donatio, quae quingentos solidos [illegible]ctis insinuetur: alioquin quantum ad perso[illegible] uxoris attinet, exactio casuum valida est, vir autem nullam actionem habet.

446. — Parens, qui secundas nuptias non contrahit, sicuti pridem constitutum est, usumfructum habet et proprietatem, quantum unius filii portio fert, dotis et [propter nuptias] donationis

447. — Aequales poenae imminent maritis et mulieribus sine causa mittentibus repudia; nam his, quae mulieribus impositae sunt, etiam mariti subiacent.

Ἰουστινιανοῦ υπβ'[35]). — Καὶ ὁ γάμος ἐκ τοῦ λαβεῖν ἕνα τῶν συνοικούντων τὸ μοναχικὸν σχῆμα λύεται χωρὶς ῥεπουδίου, καὶ ἀναλαμβάνει ἡ γυνὴ τὴν προῖκα καὶ τὰ ἄλλα αὐτῆς πράγματα. τῷ δὲ μὴ μονάσαντι τὸ ἀπὸ τελευτῆς[36]) συμφωνηθὲν ἁρμόζει. εἰ δὲ οἱ δύο ἀποτάξονται, οὐδεὶς αὐτῶν ἐκ τοῦ ἑτέρου κερδαίνει, εἰ μὴ ἑκὼν τις τῷ ἑτέρῳ δωρήσηται[37]).

Ἰουστινιανοῦ νεαρά. διάταξις υπγ'[38]). — Οὔτε τοὺς παῖδας οἱ γονεῖς, οὔτε τοὺς γονεῖς οἱ παῖδες μονάζοντας δύνανται ἀποκληρονόμους ποιεῖν ὑπὲρ αἰτίας πρὸ τοῦ μοναχικοῦ βίου παρακολουθησάσης[39]).

υπδ'[40]). — Οἱ γονεῖς οὐ δύνανται μονάζοντας τοὺς ἰδίους παῖδας ἀφέλκειν τῶν μοναστηρίων[41]).

Iustiniani 482. — Etiam matrimonium, si alteruter coniugum monachicum habitum acceperit, nullo repudio misso dissolvitur, et mulier recipit dotem et reliquas res suas; ei autem, qui non fit monachus, competit id quod in casum mortis pactus est. Quodsi ambo recesserint, neuter eorum ex altero lucratur, nisi sponte alter alteri [quidpiam] donaverit.

Iustiniani Novella. Constitutio 483. — Neque parentes liberos neque liberi parentes monachos factos exheredes facere possunt propter causam [ingratitudinis], in quam ante monachicam vitam inciderint.

484. Parentes non possunt liberos suos ad solitariam vitam transeuntes de monasteriis abstrahere.

---

25) Supplevi, quum in Cod. deesset.
26) Nov. 118 cap. 3 §. 1 et cap. 4, *Iuliano* Const. 109 cap. 395 rel.
27) Quae sequuntur, habet Cod. Bodlei. fol. 115.
28) Cod.: τοσοῦτον.
29) Nov. 119 cap. 11, *Iuliano* Const. 110 cap. 408. — Caeterum Cod. Bodl. et Marc. addunt: „σχόλιον· Εἴρηται βι. ς' τί. λε' διατ. β' ὅτι οὔτε ἔνστασις οὔτε ἀποκατάστασις ἐν κωδικίλλῳ δίδοται. ἐν τούτῳ γὰρ ἡ διαθήκη διαφέρει αὐτοῦ, ὡς βι. ς' τί. λς'." Quod vix huc pertinet.
30) Tria capita, quae sequuntur, leguntur in Cod. Bodl. fol. 5.
31) Nov. 127 cap. 2, *Iuliano* Const. 114 cap. 424.
32) Cod. ἐνομοθέτη.
33) Nov. 127 cap. 3, *Iuliano* Const. 114 cap. 425.
34) Nov. 127 cap. 4, *Iuliano* Const. 114 cap. 426.
35) Hoc caput extat in Bodl. fol. 45.
36) Codex: τελετῆς.
37) Nov. 123 cap. 40, *Iuliano* Const. 115 cap. 487.
38) Hoc caput habetur in Cod. Bodl. fol. 140.
39) Nov. 123 cap. 41, *Iuliano* Const. 115 cap. 488.
40) Haec tria capita, quae sequuntur, in Cod. Bodl. sunt fol. 98. Ibi tamen inverso ordine leguntur, sic: Ἰουστινιανοῦ νεαρα διάτ. υπς'. — υπδ'. — υπε'. —
41) Nov. 123 cap. 41 rel., *Iuliano* Const. 115 cap. 489.

υπε'. — Μεθισταμένου μοναχοῦ εἰς ἄλλο μοναστήριον, ἅπερ ἔχει πράγματα ἐν τῷ ἐξιέναι, τῷ προτέρῳ διαφέρει μοναστηρίῳ[42]).

Ἰουστινιανοῦ νεαρά. διάτ. υπς'. — Προνοίᾳ τοῦ ἐπισκόπου μήτε μοναχὸς μήτε μονάστρια περιερχέσθωσαν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἀλλὰ διὰ τῶν ἀποκρισιαρίων αὐτῶν τὰς αὐτῶν ἀποκρίσεις ποιείτωσαν μένοντες ἐν τοῖς μοναστηρίοις[43]).

485. — Si monachus ad aliud monasterium transierit, res, quas habet, quum egreditur, priori monasterio competunt.

Iustiniani Novella. Const. 486. — Agat sollicitudinem episcopus, ut neque monachus neque monacha in civitatibus ambulet: sed per apocrisiarios suos actiones suas faciant in monasteriis permanentes.

II. FRAGMENTA NOVELLARUM IUSTINIANI E VARIORUM COMMENTARIIS EXCEPTA.

EX CODICE BODLEIANO 3399.

Praeter collectionem CLXVIII Novellarum etiam alias nonnullas collectiones sive compositiones Novellarum Graecis in usu fuisse constat[1]). Ex quibus Collectionem LXXXVII capitulorum, quam vocant, Athanasii Theodorique Epitomas integras habemus: quarundam compositionum, puta Philoxeni Symbatiique, denique Epitomae Anonymi, fragmenta novimus. Sed et alia eiusmodi commentariorum sive epitomarum vestigia passim occurrunt, quae quo pertineant, incertum est[2]). Sic in scholiis Basilicorum aliquando sive epitomae Novellarum[3]) sive *παραγραφαί* ad Novellas[4]) habentur, quas in Breviario Theodori Hermopolitani vel in Epitome Athanasii Emeseni, quantumvis Theodori Athanasiive nomine alicubi inscriptas, non inveni, et, nisi forte Philoxeni sint, quo referam, nescio. Verumenimvero longe plura huiusmodi fragmenta *ἀδέσποτα* reperiuntur in Epitome ad Prochiron mutata, quae continetur Codicibus MSS. Bodlei. **3399** et Marc. **579**[5]).

Auctor huius enchiridii ex Novellis Iustiniani in quovis titulo diligenter adnotavit, quae ad materiam hoc titulo illustrandam pertinerent. In quo non solum ex Prochiro Basilii et ex Epitome legum, quae sibi pro fundamento operis sumserat, hausit: sed etiam tum *ἐκ τοῦ πλάτους τῶν νεαρῶν* tum ex variorum epitomis Novellarum multa adscripsit, ut haud raro idem locus duplici vel triplici forma repraesentatus sit.

Libri autem, quibus praeter textum Novellarum ad hoc usus est, hi sunt:

1. *Collectio LXXXVII Novellarum*, ab *Heimbachio* nuper edita tomo II *Ἀνεκδότων* — coll. p. LIX;

2. *Anonymi Epitome Novellarum*, de qua antea dixi, et cuius fragmenta quaedam ex hac ipsa Epitome ad Prochiron mutata modo edidi;

3. *Athanasii Epitome Novellarum*, cuius locos ab auctore Epitomae ad Prochiron mutatae exceptos maximam partem[6]) excitavit editor Epitomae Athanasianae, *Heimbachius Ἀνεκδ.* tom. I p. LXXII sqq.;

4. *Theodori Breviarium Novellarum*, ex quo quot epitomas auctor mutuatus sit, docet tabula a nobis supra in fine prolegomenων ad Theodorum proposita.

Praeterea vero etiam in Epitome ad Prochiron mutata, i. e. in Codicibus MSS. Bodlei. **3399** et Marc. **579**, Novellarum fragmenta ex aliis libris sive compositionibus desumta passim

42) Nov. 123 cap. 42, *Iuliano* Const. 115 cap. 490.

43) Nov. 123 cap. 42 rel., *Iuliano* Const. 115 cap. 491.

1) Delineatio §. 7. 19. 22.

2) *Wiener Jahrbb. d. Lit.* Tom. LXXXVI p. 232 sqq.

3) Veluti Basil. ed. *Heimb.* II p. 665. ed. *Fabr.* IV p. 738.

4) Veluti Basil. ed. *Heimb.* II p. 420. 511 sqq. 513. 736 sq., quas *παραγραφάς* alter *Heimbachius Ἀνεκδ.* tom. I p. 213. 239. 257 Theodoro Hermopolitano vindicare voluit.

5) Delineatio §. 42, f. — *Wiener Jahrbb.* l. c. p. 200.

6) *Wiener Jahrbb.* LXXXVII p. 81 not.

reperiuntur. Horum nonnulla forsitan ad Anonymi Epitomen pertinent, quamquam supra utpote originis minus certae a me praetermissa sunt; alia ex Epitome quadam ignoti auctoris hausta sunt, qui duas easque plane singulares Novellarum collectiones pro fundamento habuisse videtur, et pressius quam Athanasius vel Theodorus textum Novellarum sequutus est, ut non tam *κατ' ἐπιτομὴν* quam potius *κατὰ μέσην τάξιν* Novellas tractaverit; denique alia aliunde provenerunt. Philoxeni autem et Symbatii, quatenus hoc diiudicari potest, vix quicquam inest.

Ex his fragmentis incertae originis, quae Codice Bodleiano 3399 continerentur, nonnulla edidit *Heimbachius* *Ἀνεκδότων* tom. I p. 262—268[7]). Ego vero operae pretium esse putavi, omnia ex hoc Codice in unum colligere, tam quae *Heimbachius* iam in lucem protulisset, quam quae praeterea indagari potuissent. Haec igitur nunc diligenter collecta et ad ordinem collectionis CLXVIII Novellarum disposita edam, coniecturas meas qualescunque de fontibus, unde hausta sint, in adnotationibus passim adiiciens.

I. Nov. I. — Cod. fol. 130.

Ἐκ τοῦ συντόμου κεφ. ι'[1]). — *Πᾶς κληρονόμος εἴτε ἐξ ἐγγράφου ἢ καὶ ἀγράφου διατυπώσεως παρασυρμὸν καὶ ὑπέρθεσιν μέχρις ἐνιαυτοῦ ποιῶν καὶ τὰ τῆς βουλήσεως μὴ πληρῶν, εἰ μὲν*[2]) *τέκνον ἢ ἔγγονον τοῦ τελευτήσαντος*[3]) *ὑπάρχοι, τὴν ἐποφειλομένην αὐτῷ*[4]) *νόμιμον καὶ μόνον κομίζεσθαι*[5]) *μοῖραν· ἡ δὲ νόμιμος μοῖρα ἕως δ' παίδων τὸ γ' μέρος τῆς ὑποστάσεως, ἀπὸ δὲ ε' ἕως τὰ ἄνω τὸ ἥμισυ· εἰ δὲ ἕτερός τις συγγενής ἐστι, τῆς τοῦ διατιθεμένου παντελῶς ἐκπιπτέτω περιουσίας, καὶ ταῦτα εἰς τοὺς ἐαθέντας αὐτῷ συγκληρονόμους ἢ λεγαταρίους ἢ καὶ ἑτέρους συγγενεῖς περιερχέσθω.*

Εἰ δὲ ξένον πρόσωπόν ἐστιν ὁ κληρονόμος ὁ τὰ τῆς τοιαύτης διατυπώσεως μὴ πληρῶν, τῆς ἁπάσης διακατοχῆς γινέσθω ἀλλότριος.

Ex breviario cap. 10. — Quicunque heres est sive ex scripto sive ex nuncupativo testamento, si moram et dilationem usque ad annum fecerit, et voluntatem defuncti non impleverit, siquidem filius vel nepos defuncti sit, solum portionem legitimam ipsi debitam accipiat; (est autem legitima portio usque ad quatuor liberos tertia pars substantiae, a quinque vero et ultra dimidia;) sin autem alius cognatus sit, bonis testatoris omnino excidat, eaque ad coheredes illi relictos vel legatarios vel ad alios cognatos deferatur.

Si vero extraneus sit heres, qui huiusmodi voluntatem non implet, a tota successione removeatur.

II. Nov. IV cap. 1. 2. — Cod. fol. 72.

Ὁ[6]) *καθ' οἱονδήποτε τρόπον χρεωστούμενος κινείτω πρῶτον κατὰ τοῦ πρωτοτύπου· ἐκείνου δὲ ἀποροῦντος ἢ ἀπόντος κινείτω κατὰ τοῦ ἐγγυητοῦ. εἰ δὲ μηδὲ οὕτω πληρωθῇ τὸ χρέος, τότε κινείτω κατὰ τοῦ νεμομένου τὰ τοῦ πρωτοτύπου, ὕστερον δὲ καὶ κατὰ τοῦ τὰ πράγματα τοῦ ἐγγυητοῦ νεμομένου ἢ τῶν χρεωστούντων αὐτῷ.*

Is, cui ob quamlibet causam aliquid debetur, conveniat primum debitorem principalem: qui si inops vel absens sit, fideiussorem conveniat. Et si nec sic debitum exsolvatur, tunc conveniat eum, qui res debitoris principalis possidet, et postea etiam eum, qui res fideiussoris possidet, vel debitores eius.

III. Nov. XVIII cap. 8. — Cod. fol. 74.

Ὁ[7]) *τὴν οἰκείαν ἐξ ἰδιοχείρου χρέους συγγραφὴν ἀρνούμενος ἢ καὶ τὰ οἰκεῖα μὲν γράμματα συντιθέμενος ἀρνεῖται*[8]) *δὲ τὴν καταβολὴν τῆς ποσότητος, ὡς ἔνθεν ἀναγκασθῆναι τὰς συστάσεις ποιεῖν τὸν ἐποφειλόμενον*[9]), *μετὰ ἀπόδειξιν τῆς ἀληθείας διπλῇ ποσότητι ὁ ἀρνησάμενος τὸ χρέος καταδικαζέσθω.*

Qui syngrapham debiti sua manu scriptam infitiatur, vel scripturam quidem suam agnoscit sed quantitatem numeratam esse negat, ut creditor probationes adducere coactus sit, post probationem veritatis is, qui debitum infitiatus est, in duplum condemnetur.

IV. Nov. XXII cap. 26. — Cod. fol. 5.

Τὰ γαμικὰ κέρδη καὶ μὴ κληρονομοῦντες τους γονεῖς οἱ παῖδες ἐχέτωσαν· ὅτι ὁ νόμος τῆς τῶν ἰδιωτῶν γνώ-

Lucra nuptialia liberi habeant, licet parentibus suis non existant heredes: quippe lex privatorum

---

7) Quae tamen ibi leguntur sub nro. II et VII, non sunt incertorum auctorum, sed illud Theodori, hoc Anonymi.
1) Fortasse indicatur Epitome Anonymi.
2) Cod. *μή*.
3) Ad marginem in Cod. adnotatum est: *τετελευτηκότος*.
4) Cod. *αὐτῶν*.
5) Malim: *κομιζέσθω*.
6) Hic locus extat etiam in Appendice Eclogae. Ibi quum interiectus sit constitutionibus Codicis, quae fortasse ex Stephani Codice sumtae sunt, probabile est, etiam ipsum ad Stephani paratitla ad Codicem pertinere.
7) Hic locus in Codice continuo subiectus est illi, quem infra dabimus no. V, ut proinde et hic ex paratitlis alicuius commentarii Codicis desumtus esse videatur.
8) *Ἀνακόλουθον.* Legerim: *ἀρνούμενος*. Sed cf. not. 11.
9) Cod. *τῶν ἐποφειλομένων*.

μης ἰσχυρότερός ἐστιν, ὅθεν τὸ ἐκ τοῦ νόμου διδόμενον κέρδος ἰδιώτης παντάπασιν ἀφαιρεῖσθαι οὐ δύναται.

voluntatibus fortior est, ut lucrum lege alicui datum privatus omnino auferre non possit.

V. Nov. XXXII. — Cod. fol. 74.

Ἐκ τῶν νεαρῶν Ἰουστινιανοῦ ἐκ τῶν παρατίτλων κεφ. κα'. — Μὴ δεῖν τὸν δανείζοντα γεωργικῷ[10]*) κρατεῖν τὴν ἐκείνου γῆν. λαμβάνειν δὲ τόκον διὰ παντὸς τοῦ ἔτους τοῦ νομίσματος κεράτιον ἕν· εἰ δὲ σῖτος τὸ δανεσθέν, η' μοῖραν μοδίου ἐφ' ἑκάστῳ μοδίῳ.*

E Novellis Iustiniani ex paratitlis cap. 21. — Non debere eum, qui agricolae credit, terram eius [pignoris loco] tenere. Sed accipere usuras per annum pro solido siliquam unam: si vero frumentum sit, quod creditum est, octavam partem modii pro quolibet modio.

VI. Nov. XLVIII. — Cod. fol. 36.

Τοῦ τεστάτορος, τουτέστι τοῦ διατιθεμένου, ἀπογραφὴν ποιησαμένου τῆς ἰδίας οὐσίας, παρόντων τῶν σκρίπτων κληρονόμων ἢ ἐνίων, καὶ ὅρκον ὑποσχόντος ἐν αὐτῇ, ἢ κατὰ τὴν διαθήκην διομοσαμένου περὶ τοῦ μέτρου τῆς οὐσίας, τοῖς μὲν δανεισταῖς πρόκριμα μὴ γίνεσθαι[11]*)· οἱ δὲ κληρονόμοι στεργέτωσαν. οἱ δὲ πολυπραγμονεῖν μετὰ ταῦτα σπουδάζοντες τῶν ἐγκαταλελειμμένων ἐκπιπτέτωσαν. νεαρὰ μθ'.*

Si testator inventarium fecerit substantiae suae praesentibus scriptis heredibus vel nonnullis eorum et illud iureiurando confirmaverit, vel in testamento de quantitate substantiae suae iuraverit, creditoribus quidem praeiudicium non fiat: heredes autem acquiescant. Qui vero postea controversias movere studuerint, his, quae ipsis in testamento relicta sunt, excidant. Nov. XLIX.

VII. Nov. LII cap. 1. — Cod. fol. 67.

Ὁ ἐνεχυριάζων ἢ στρεβλῶν ἢ ὑβρίζων τινὰ ἀντ' ἄλλου χρηματικῆς ἢ ἐγκληματικῆς ὑποθέσεως[12]*), τετραπλάσιον ὧν ἔλαβε καταβαλλέτω τῷ βιασθέντι καὶ τῆς ἀγωγῆς ἐκπιπτέτω ἣν εἶχε κατ' ἐκείνου. ὡς νεαρὰ μα'.*

Qui pro alio ab alio pignus capit vel alium torquet vel iniuria afficit propter civilem vel criminalem causam, quadruplum, quod accepit, restituat ei, cui vim intulit, et actione, quam habuit adversus illum, excidat. Ut Nov. XLI.

VIII. Nov. LX cap. 1. — Cod. fol. 67.

Ὁ πρὸ δικαστικῆς ψήφου σήμαντρα ἐπιθεὶς πρὸ τῶν θ' ἡμερῶν τοῦ πένθους ἢ ὄχλησιν ἐπάγων τῷ τελευτήσαντι ἢ γαμετῇ ἢ παισὶν αὐτοῦ τῆς τε δίκης ἐκπιπτέτω καὶ ἕτερον τοσοῦτον ἀπολλύτω.

Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ τὸ λείψανον ἐνυβρίζοντος, τῶν ὑπαρχόντων[13]*) καὶ τῶν μαγίστρων μὴ φυλαττόντων*[14]*) ἀνὰ ι' λιτρῶν πρόστιμον ὑφορωμένων*[15]*). ὡς νεαρὰ νθ'.*

Qui ante sententiam iudicialem titulos imponit ante novendium luctus vel molestationem infert defuncto vel uxori vel liberis eius, causa cadat et altero tanto mulctetur.

Idem in eo, qui reliquias iniuria afficit, obtinet: praefectis et magistris, si haec non custodierint, X librarum mulcta afficiendis. Ut Nov. LIX.

IX. Nov. LXVI. — Cod. fol. 89.

Εἴ τις οὖν μέχρι τῆς παρούσης διατάξεως τῇ οἰκείᾳ χειρὶ τὸ τοῦ κληρονόμου ὄνομα οὐκ ἔγραψεν, ἀλλὰ τὸ τετραούγκιον μόνον τοῖς παισὶ κατέλιπεν, μὴ ἀκυρούσθω ἡ διαθήκη αὐτοῦ. νεαρὰ ξζ'.

Si quis igitur usque ad praesentem constitutionem propria manu heredis nomen non scripserit, sed trientem dumtaxat liberis reliquerit, testamentum eius non rescindatur. Nov. LXVII.

X. Nov. LXXVIII cap. 2. — Cod. fol. 183.

Ἐκ τῆς νεαρᾶς νομοθεσίας κεφ. γ'. — Οἱ ἀπελεύθεροι, κἂν στρατευόμενοι ὦσιν, ἐξ ἀχαριστιῶν τοιούτων καταδουλοῦνται. ἐὰν τοὺς κυρίους ἤγουν τοὺς ἐλευθερωτὰς αὐτῶν ἢ τοὺς αὐτῶν παῖδας τύψωσιν, ἢ ὑβρίσωσιν, ἢ ἔκ τινος ὑπερηφανίας κατ' αὐτῶν τραχηλιάσωσιν, ἢ ὅλως μικράν τινα προσκρούσεως αἰτίαν παράσχωσιν, ἢ ἐπιβουλεύσωσιν αὐτοῖς, καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν παρὰ ἄρχοντι ἢ δικαστῇ ἀποδειχθῇ, καταδουλούσθωσαν.

Ex novella constitutione cap. 3. — Liberti, quamvis militent, ex hisce causis in servitutem revocantur. Si dominos sive manumissores suos eorumve liberos verberaverint, vel iniuria affecerint, vel arrogantia in eos superbierint, vel omnino exiguam quandam offensionis causam praebuerint, vel insidias iis struxerint, et unum ex his apud praesidem vel iudicem probatum fuerit, in servitutem revocentur.

---

10) Malim: *γεωργῷ*.
11) *Ἀνακόλουθον.* Fortasse legendum: *γινέσθω*. Sed cf. not. 8.
12) Lege: *χάριν ὑποθέσεως*.
13) I. e. *ὑπάρχων*.
14) Fortasse addendum: *αὐτά*.
15) Cod. *ὑφαιρουμένων*.

XI. Nov. LXXXIX cap. 12. — Cod. fol. 16 in margine.

Ὁ[16]) τελευτῶν ἐπὶ παλλακῇ καὶ νόθοις παισί, γνησίας μὲν ὑπούσης γονῆς, γαμετῆς δὲ χωρίς, ἄχρι μιᾶς οὐγκίας καὶ μόνον καταλιμπανέτω· τῇ δὲ παλλακῇ μὴ ἐχούσῃ παῖδας ἥμισυ οὐγκίαν δωρείσθω καὶ μόνον· εἰ δέ τις περισσότερον δῷ, οἱ γνήσιοι παῖδες τοῦτο ἐκδικείσθωσαν. γνησίων δὲ μὴ ὑπόντων παίδων ἢ ἀνιόντων τὸ πᾶν αὐτοῖς, εἰ βούλεται, διδότω. εἰ δὲ περίεισιν ἀνιόντες, τὸ νόμιμον αὐτοῖς καταλιμπάνων τὸ λοιπὸν διαιρείτω ὡς βούλεται. ἀδιαθέτου δέ τινος τελευτῶντος ἐπὶ νόθοις παισίν, ὑπόντων δὲ γνησίων ἢ καὶ γαμετῆς, μηδὲν οἱ νόθοι λαμβανέτωσαν, ἀποτρεφέσθωσαν δὲ ὑπὸ τῶν κληρονόμων· τούτων δὲ μὴ ὑπόντων τὸ διούγκιον καὶ μόνον μετὰ τῆς μητρὸς αὐτῶν ἢ καὶ αὐτῆς μὴ οὔσης αὐτοὶ μόνοι οἱ νόθοι λαμβανέτωσαν, τοῦ λοιποῦ[17]) τοῖς ἐξ ἀδιαθέτου ἢ καὶ τούτων μὴ ὑπόντων τῷ δημοσίῳ παρεχομένου. ἐκ τῆς πζʹ τῶν νεαρῶν διατάξεων.

Qui moritur concubina et naturalibus liberis relictis, siquidem legitima soboles subsit, non autem uxor, dumtaxat unam unciam illis relinquat: concubinae autem, quae liberos non habeat, semunciam tantum donet: si quid autem amplius dederit, legitimi liberi hoc vindicent. Sin autem legitimi liberi vel ascendentes non subsint, totum, si velit, iis donet. Quodsi ascendentes supersint, legitimam iis relinquat, reliquum vero distribuat, quemadmodum voluerit. Si quis autem intestatus decedat naturalibus liberis relictis, si quidem legitimi vel etiam uxor subsint, naturales nihil accipiant, sed ab heredibus alantur: illis autem non extantibus sextantem dumtaxat cum matre sua vel, si ea non vivat, soli accipiant, reliquo [dextante] heredibus ab intestato vel his deficientibus fisco deferendo. Ex LXXXVII novellarum constitutionum.

XII. Nov. XC. — A. Cap. 1. — Cod. fol. 110.

Ἔστω βέβαια τὰ προνομοθετηθέντα ἐπὶ κωλύσει μαρτύρων. δεῖ δὲ τοὺς μάρτυρας εὐυπολήπτους εἶναι καὶ κρείττους διαβολῆς, ἀξίᾳ ἢ στρατείᾳ ἢ εὐπορίᾳ ἢ ἐπιτηδεύσει σεμνυνομένους. οἱ[18]) δὲ μὴ τοιοῦτοι μαρτυρείσθωσαν γοῦν ὑφ᾽ ἑτέρων ὡς ἀξιόπιστοι. καὶ μὴ ἐπιδίφριοι ἢ ἄσημοι μαρτυρείτωσαν, ἀλλ᾽ ὧν ὁ βίος ῥᾳδίως ἀποδείκνυται ἐπιεικής τε καὶ ἄμεμπτος. εἰ δὲ ἄγνωστοι καὶ ἀφανεῖς ὄντες βουληθῶσι τὸ ἀληθὲς διαφθεῖραι, βασανίζονται ὑπὸ τῶν δικαστῶν, ἀρχόντων ὄντων· εἰ δὲ μὴ ὦσιν ἄρχοντες οἱ δικασταὶ ἐν μὲν Βυζαντίῳ τὸν πραίτωρα, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις τοὺς ἐκδίκους προσλαμβάνονται, καὶ δι᾽ αὐτῶν πρὸς ἀλήθειαν βασανίζονται.

Validae sunto leges antea latae de prohibitione testium. Oportet autem testes esse bonae existimationis et exceptione maiores, dignitate vel militia vel facultatibus vel officio venerabiles. Qui autem tales non sunt, eos alii fide dignos esse protestentur. Neque testimonium dicant sellularii vel obscuri, sed ii, qui absque reprehensione et moderate vivere facile possunt probari. Si vero ignoti sint et non conspicui, et voluerint veritatem corrumpere, a iudicibus, si quidem magistratus sint, torquentur; sin autem iudices non sint magistratus, Byzantii quidem praetorem, in provinciis autem defensores arcessunt, et per hos illi ad veritatem torquentur.

B. Cap. 2. — Cod. fol. 108.

Οἱ μάρτυρες ἀκοῇ μὴ μαρτυρείτωσαν, λέγοντες ὡς ἠκούσαμεν ἔκ τινος τὸν χρεώστην ἢ τόνδε καταβαλέσθαι, κἂν ταβουλάριοι ὦσιν οἱ ταῦτα μαρτυροῦντες.

Testes de auditu ne admittantur, dicentes se audivisse ab aliquo debitorem vel alium solvisse, licet tabelliones sint, qui haec attestentur.

C. Cap. 3. — Cod. fol. 107.

Ἐν ἐκμαρτυρίῳ μὴ πιστευέσθω ταβουλάριος, ἐὰν ὁ δανεισάμενος, γράμματα γινώσκων καὶ δυνατῶς ἔχων ἐν τῇ τοῦ χρέους ὁμολογίᾳ ὑπογράψαι, ἐξ ἰδιοχείρου μὴ ὑπογράψῃ.

Testimonio tabellionis ne credatur, si debitor, qui literas noverit et cautioni de debito subscribere potuerit, propria manu non subscripserit.

D. Cap. 4. — Cod. fol. 106.

Τετάρτην[19]) δὲ καὶ μόνον ποιείτω τὶς μαρτύρων παραγωγήν, ὀμνύων ὡς τὰς προτέρας γʹ μαρτυρίας εἰς τὰς τούτων ἐκ τοῦ ἀντιδίκου παραγραφὰς οὐκ ἐξέβαλεν[20]) οὔτε ὁ συνήγορος αὐτοῦ οὔτε ἄλλος ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ ὡς οὐ μετὰ δόλου τὴν τετάρτην αἰτεῖ παραγωγήν.

Quartam dumtaxat quis faciat testium productionem, iureiurando praestito, quod priores tres contestationes post exceptiones adversarii contra eas non acceperit, neque advocatus eius neque alius pro ipso, et quod non dolo quartam productionem petat.

---

16) Idem locus habetur in Appendice Eclogae. Videsis not. 6.
17) Cod. τὸ δὲ λοιπόν.

18) Cod. εἰ.
19) Cod. Τετάρτη.
20) Cod. ἐξέβαλεν.

E. Cap. 4. 5. — Cod. fol. 107.

Οἱ μάρτυρες, ὁσουδήποτε ἀριθμοῦ ὄντες, μέχρι δ' καὶ μόνον ταξειδίων ἀγαγέσθωσαν, ἑκάστης παραγωγῆς ἡμέραν μίαν λαμβανούσης, καὶ ἐὰν πρὸ τῆς τετάρτης παραγωγῆς ἀποτάξηται ὁ παράγων καὶ τὰ μεμαρτυρημένα ἐκδοθῶσιν, μετὰ τοῦτο μὴ παράγειν αὐτὸν ἕτερον μάρτυρα· ἀλλ' ἐμμένειν ταῖς τῶν παρενεχθέντων μαρτύρων φωναῖς.

Οἱ μακρὰν διάγοντες μάρτυρες ἐν ταῖς χρηματικαῖς ὑποθέσεσι κατὰ τὸν τόπον μὴ ἀναγκαζέσθωσαν παραγενέσθαι, ἀλλὰ δι' ἐντολέων πρὸς αὐτοὺς στελλομένων τὰ τῆς εἰδήσεως αὐτῶν μαρτυρείτωσαν.

Testes, quantocunque numero sint, quatuor tantum ordinibus producantur, cuiibet productioni una die concedenda, et si ante quartam productionem renuntiaverit producens et testimonia edita fuerint, postea non producat alium testem, sed productorum testium vocibus acquiescat.

Testes, qui longe absunt, in civilibus causis non cogantur in loco iudicii sisti, sed mandatariis ad eos missis, quae sciverint, attestentur.

F. Cap. 8. — Cod. fol. 109.

Ἐὰν ἑκάτερον μέρος συναινῇ πρὸς τὸ μαρτυρῆσαι τὸν γενόμενον αὐτοῖς μέσον καὶ φῇ συντίθεσθαι τοῖς παρ' αὐτοῦ, ἀναγκάζεται μαρτυρεῖν ὁ μέσος, ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἀναγκάζονται ἐπὶ τῶν χρηματικῶν δικῶν.

Si utraque pars in hoc consenserit, ut, qui iis arbiter fuit, testimonium dicat, et in testimonium eius compromiserit, arbiter testimonium dicere cogitur, sicuti alii omnes in civilibus causis coguntur.

XIII. Nov. CXV cap. 6. — Cod. fol. 72 in margine.

Κεφ. ργ' τῶν νεαρῶν διατάξεων[21]). — *Ἐὰν οὕτως ὁμολογήσω· τὸ ἱκανόν σοι γενήσεται*[22]), *ἐκ τῆς τοιαύτης ἀπροσώπου ὁμολογίας οὐκ ἐνέχομαι. εἰ δὲ εἴπω· τὸ ἱκανόν σοι ἐξ ἐμοῦ τοῦδε*[23]) *καὶ τοῦδε γενήσεται, ἐκείνοις μὲν μὴ συναινέσασιν οὐ γίνεται πρόκριμα, ἐγὼ δὲ μόνην τὴν ἀναλογίαν τῶν ὀνομασθέντων ἐνέχομαι ἐκ τοῦ κατὰ νόμους ἀποδεικνυμένου χρέους. εἰ δὲ οὕτως εἴπω· γενήσεταί σοι τὸ ἱκανὸν ἐξ ἐμοῦ ἢ τοῦδε ἢ τοῦδε, ἐκεῖνοι μὲν μὴ συναινέσαντες οὐκ ἐνέχονται, ἐγὼ δὲ εἰς ὁλόκληρον ὑπόκειμαι, καὶ εἴ τινα λόγον ἔχω κατὰ τῶν μνημονευθέντων, τοῦτον ἐγγυμνάζομαι.*

Cap. CIII novellarum constitutionum. — Si ita dicam: *satis tibi fiet*, ex impersonalibus eiusmodi verbis non teneor. Sin autem dicam: *satis tibi fiet a me et illo et illo*, his quidem, si non consenserint, nullum praeiudicium fit, ego vero pro numero personarum nominatarum in ratam partem debiti secundum leges probati teneor. Si vero ita dicam: *satis tibi fiet a me vel illo vel illo*, hi quidem, si non consenserint, non tenentur, ego vero in solidum obligatus sum, et si quam actionem habeo adversus memoratas personas, hanc intendo.

XIV. Nov. CXVII. — A. Cap. 2. — Cod. fol. 25.

Ὁ τὸν ἐξ ἐλευθέρας υἱὸν ἐν ἀγοραίῳ ἰδιοχείρως συμβολαίῳ ὑπὸ γ' ἀξιοπίστων μαρτύρων ἢ ἐν διαθήκῃ ἢ ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων υἱὸν ἀποκαλέσας, μὴ προσθεὶς φυσικόν, καὶ αὐτὸν ἅμα τοῖς ἄλλοις παισί, κἂν νόθοι εἶεν, γνήσιον καὶ τὸν γάμον νόμιμον ποιεῖ.

Si quis filium ex ingenua in instrumento publico [vel] idiochiro a tribus testibus fide dignis subscripto vel in testamento vel sub actorum confectione filium appellaverit, nec adiecerit naturalem, ipsum cum reliquis liberis, licet naturales sint, legitimum et matrimonium legitimum reddit.

B. Cap. 7. — Cod. fol. 40.

Τοῦ γάμου REPUDIIS *διαλυομένου οἱ παῖδες οὐ βλάπτονται, ἀλλὰ κληρονομοῦσι τῶν γονέων, καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς τρέφονται μὴ παρέχοντος αἰτίαν* REPUDIOU· *εἰ δὲ παρέσχεν, παρὰ τῇ μητρί. εἰ δὲ ἐστὶν ὁ πατὴρ εὔπορος, παρ' αὐτοῦ οἰκοῦσι καὶ τρέφονται, εἰ δὲ μή, ἡ μήτηρ ἀναγκάζεται τρέφειν αὐτοὺς εὐποροῦσα. πάντες γὰρ οἱ ἀνιόντες εὐποροῦντες τρέφουσι τοὺς κατιόντας. ὁμοίως καὶ οἱ κατιόντες τοὺς ἀνιόντας.*

Matrimonio repudiis soluto liberi damno non afficiuntur, sed parentibus succedunt, et apud patrem educantur, si is causam repudii non praebuerit; si vero praebuerit, apud matrem. S tamen pater locuples sit, apud eum habitant et aluntur, si non, mater eos alere cogitur, si locuples sit. Omnes enim ascendentes, si locupletes sint, descendentes alunt. Similiter etiam descendentes ascendentes suos.

C. Cap. 10. — Cod. fol. 39 sq.

Ἀπὸ συναινέσεως διαλύειν γάμον οὐδεὶς δύναται, εἰ μὴ ἐπὶ σωφροσύνῃ. προφάσει δὲ σωφροσύνης διαλυο-

Consensu matrimonium solvere nemo potest, nisi ob castitatem. Quodsi castitatis causa matrimonium

21) Similis locus extat in Appendice Eclogae, ubi inscribitur: τῆς ργ' τῶν νεαρῶν διατάξεων.

22) Cod. γεννησεται.

23) Lege: καὶ τοῦδε καὶ τοῦδε.

24) Lege: ἢ ἰδιοχείρῳ.

μένου τοῦ γάμου, καὶ ἡ προῖξ καὶ ἡ δωρεὰ ἐπὶ τοῦ τοιούτου σχήματος τοῖς κοινοῖς φυλαχθήσονται παισίν. εἰ δέ τις τῶν διὰ σωφροσύνην λυσάντων τὸν γάμον[25] *ἄλλην ἀγάγηται γαμετὴν ἢ πορνεύσῃ, τὴν πᾶσαν αὐτοῦ περιουσίαν οἱ παῖδες λήψονται, καί, εἰ ἀτελοῦς εἰσιν ἡλικίας, διοικηθήσονται καὶ ἀνατραφήσονται παρὰ τοῦ μὴ πταίσαντος γονέως· ἀμφοτέρων δὲ πταισάντων οὐδὲν ἧττον τὰς τούτων ὑποστάσεις οἱ παῖδες διαδέξονται, κουράτορος τοῖς πράγμασιν ἐπὶ τῶν ἀφηλίκων*[26] *διδομένου παρὰ τοῦ προσφόρου δικαστοῦ. εἰ δὲ μὴ ἔχωσι παῖδας οἱ πταίσαντες τὸ δημόσιον διαδέξεται τὴν τούτων οὐσίαν πρὸς τὸ καὶ τοὺς*[27] *νομίμως τιμωρηθῆναι.*

[*Τότε*[28] *γὰρ εἰ παῖδες ὦσι καὶ ἡ προῖξ καὶ ἡ γαμικὴ δωρεὰ αὐτοῖς φυλαχθήσεται, καὶ εἴπερ μετὰ ταῦτα ἁλῶσιν ἑκάτεροι ἢ ὁ εἷς γαμῶν, ἡ οὐσία τοῦ τοῦτο ποιοῦντος τοῖς παισὶ προσκυροῦται. ὡς νεαρὰ ριδ΄. προβάλλεται διοικητὴς προνοίᾳ τοῦ ἁρμοδίου ἄρχοντος ἢ οἷς ἐκ νόμων ταῦτα ἐπιτέτραπται*].

solutum sit, tam dos quam donatio hoc casu communibus liberis servantur. Si quis autem ex iis, qui ob castitatem matrimonium solverunt, aliam uxorem duxerit, vel fornicatus sit, omnem eius substantiam liberi accipient, et, si minoris aetatis sint, res eorum administrabuntur et ipsi educabuntur apud innocentem parentem: si vero uterque deliquerit, nihilominus eorum substantias liberi capient, curatore rebus minorum a competente iudice dando. Si autem, qui deliquerunt, liberos non habeant, fiscus in earum substantiam succedet et ipsi insuper legitimis poenis subiicientur.

[Tunc enim, si liberi subsint, et dos et nuptialis donatio iis servabitur, et si forte postea uterque vel unus eorum matrimonium contraxisse deprehendatur, substantia eius, qui hoc fecit, liberis addicitur. Ut Nov. CXIV. Datur curator officio competentis praesidis vel eorum, quibus hoc legibus permissum est.]

D. Cap. 13. — Cod. fol. 43.

Παρὰ ταύτας τὰς αἰτίας οὐκ ἔξεστι διαλύειν γάμους, οὐδὲ ἐξ αἰτίας τῆς πρὸ τούτου τοῦ νόμου εἰρημένης. εἰ δὲ γυνὴ παρὰ ταῦτα βουληθείη στεῖλαι, μὴ ἐξέστω αὐτῇ· στελλούσης δὲ αὐτῆς ἡ προῖξ καὶ ἡ δωρεὰ τῷ ἀνδρὶ δίδοται, κατὰ χρῆσιν παίδων ὑπόντων ἢ καὶ μὴ ὑπόντων κατὰ δεσποτείαν, καὶ ἡ γυνὴ κινδύνῳ τοῦ δικαστοῦ δίδοται τῷ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως, ἐν ᾗ ᾤκουν, καὶ δι' αὐτοῦ εἰς μοναστήριον βάλλεται πᾶσαν τὴν ζωὴν αὐτῆς· καὶ οἱ παῖδες αὐτῆς λαμβάνουσι τὸ δίμοιρον τῆς οὐσίας αὐτῆς, καὶ τὸ μοναστήριον εἰς δεσποτείαν τὸ τρίτον. εἰ δὲ παῖδας μὴ ἔχοι, ἀλλὰ ἀνιόντας, αὐτὸ[29] *τὸ τρίτον λαμβάνουσι καὶ τὸ μοναστήριον τὸ δίμοιρον. εἰ δὲ οἱ γονεῖς ἔχοντες αὐτὴν ὑπεξουσίαν συναινέσωσι τῷ* REPUDI*ῳ, οὐδὲν αὐτοί, ἀλλὰ τὸ μοναστήριον πάντα λαμβάνει, ὥσπερ οὖν καὶ ὅτε μὴ ἔχοι παῖδας ἢ γονεῖς.*

[*Εἰ*[30] *δὲ ὁ τὴν ὑπόθεσιν ἐξετάσας δικαστὴς μὴ παραδῷ αὐτὴν τῷ ἐπισκόπῳ, ἄρχων μὲν ὢν τοῦ βυζαντίου κ΄ λίτρας προστιμᾶται καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ ι΄, εἰ δὲ ἐπιχώριος, ὁ ἄρχων αὐτὸς ι΄ λίτρας καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ ε΄, εἰ δὲ μὴ ἐστιν ἄρχων ὁ δικάσας, αὐτὸς ι΄ λίτρας καὶ οἱ ὑπουργοῦντες αὐτῷ ε΄, καὶ ἡ ποινὴ τῷ ταμείῳ ἁρμόζει.*]

Καὶ ὁ ἀνὴρ ἐπιτηδεύων ἀλόγως διαλύειν τὸν γάμον καὶ στέλλων REPUDI*ον δίδωσι τὴν προῖκα καὶ τὴν δωρεὰν καὶ ἕτερον ὅσον τὸ τρίτον ποιεῖ τῆς δωρεᾶς κατὰ χρῆσιν καὶ δεσποτείαν παίδων ὑπόντων ἢ μὴ ὑπόντων.*

Praeter has causas nuptias dissolvere non licet, ne quidem ex causa, quae ante hanc legem statuta sit. Si vero mulier praeter haec repudium mittere voluerit, non liceat ei: si tamen miserit, dos eius et donatio marito datur, ad usumfructum, si liberi subsint, vel, si non subsint, pleno iure, et mulier periculo iudicis episcopo urbis, in qua habitaverunt, traditur, et ab illo in monasterium coniicitur in omne vitae suae tempus: et liberi eius capient duas partes substantiae eius, et monasterium dominii iure tertiam. Si vero liberos non habeat, sed ascendentes, hi tertiam partem capiunt, et monasterium duas. Et si parentes, in quorum potestate fuit, repudio consenserint, hi nihil, sed monasterium omnia accipit, sicuti etiam, si nec liberos nec parentes habeat.

[Si vero iudex, qui de hac causa cognoscit, eam episcopo non tradiderit, si quidem magistratus est Byzantii, ipse XX libris mulctatur et officium eius X, si vero provincialis, ipse magistratus X libris et officium eius V, denique si non sit magistratus, qui iudicavit, ipse X libris et adiutores eius V, et mulcta fisco infertur.]

Et vir, qui sine causa matrimonium solvere studet et repudium mittit, dotem et donationem dat et praeterea, quantum tertiam partem donationis efficit, ususfructus et proprietatis iure, sive liberi subsint sive non subsint.

E. Cap. 13 in fine. — Cod. fol. 41.

Νεαρὰ ιε΄. — Εἰ δὲ ὁ ἀνὴρ τὸν πρὸς τὴν γυναῖκα σπουδάσῃ διαλύσαι γάμον ἀλόγως ὡς ῥεπούδιον πέμψαι, ἀποδιδότω μὲν ἣν ἐδέξατο προῖκα ἅμα τῇ προ-

***Novella XV.* — Si vero vir matrimonium cum uxore sine causa dissolvere studuerit, ita ut repudium miserit, reddat quam accepit dotem una cum**

25) Cod. *τῶν γάμων.*
26) Lege: *ἐπὶ τοῖς πράγμασι τῶν ἀφ.*
27) Lege: *αὐτοὺς* vel *καὶ αὐτοὺς.*
28) Hic locus in margine Codicis fol. 40 adscriptus est.
29) Malim *αὐτοί.*
30) Quod uncinis inclusum dedi, in margine Codicis adscriptum est.

γάμου δωρεᾷ, καὶ τοσοῦτον ἐκ τῆς ἄλλης αὐτοῦ περιουσίας παρεχέτω, ὅσον τὸ τρίτον μέρος τῆς προγάμου ποιεῖ δωρεᾶς, καὶ τούτων τὴν χρῆσιν ἢ καὶ τὴν δεσποτείαν ἡ γυνὴ καθέξει παίδων ὑπόντων ἢ μὴ ὑπόντων.

antenuptiali donatione, et tantum ex reliqua substantia sua, quantum tertiam partem antenuptialis donationis efficit, quorum usumfructum et dominium habebit, sive liberi subsint, sive non subsint.

F. Cap. 14. 15. — Cod. fol. 44.

Ὁ χωρὶς τοιαύτης αἰτίας μάστιξιν ἢ ξύλοις τύπτων τὴν ἑαυτοῦ γαμετήν, οὐ δίδωσι μὲν αἰτίαν REPUDI*ου, ἔτι δὲ συνεστῶτος τοῦ γάμου ζημιοῦται καὶ δίδωσι τῇ γαμετῇ ὅσον ποιεῖ τὸ τρίτον τῆς προγάμου δωρεᾶς.*

Ὁ τινὰ ὑποπτεύων ἐπὶ τῇ σωφροσύνῃ τῆς αὐτοῦ γαμετῆς στελλέτω αὐτῷ τρεῖς ἐγγράφους διαμαρτυρίας ἐχούσας καὶ μαρτύρων ἀξιοπίστων ὑπογραφάς, καὶ εἰ εὕροι αὐτὸν μετὰ τὰς γ' 31) *αὐτῇ συντυγχάνοντα, εἰ μὲν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ τοῦ ἀνδρὸς ἢ τῆς γυναικὸς ἢ τοῦ μοιχοῦ ἢ ἐν προαστείοις ἢ προπίναις, ἄδειαν ἔχειν χερσὶν οἰκείαις καὶ ἀκινδύνως αὐτὸν φονεύειν· εἰ δὲ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ, συγκαλείτω γ' μάρτυρας πρὸς ἀπόδειξιν καὶ παραδιδότω αὐτὸν τῷ τὰ ἐγκλήματα ἐξετάζοντι ἄρχοντι, καὶ δεικνυμένου, ὅτι μετὰ τὰς γ' διαμαρτυρίας συνέτυχεν αὐτῇ, ὡς μοιχὸς τιμωρεῖται μηδεμιᾶς ἑτέρας ἀποδείξεως ζητουμένης, καὶ ἄδειαν ἔχει ὁ ἀνὴρ νομίμως τῆς γυναικὸς κατηγορεῖν.*

Ἐάν τις μετὰ γ' ἐγγράφους διαμαρτυρίας εὕρῃ τὸν διαμαρτυρηθέντα ἐν εὐαγέσιν οἴκοις συντυγχάνοντα τῇ αὐτοῦ γαμετῇ, ἄδειαν ἔχει τοῖς ἐκκλησιεκδίκοις ἢ ἑτέροις κληρικοῖς ἑκάτερον παραδιδόναι, ὥστε κινδύνῳ αὐτῶν κεχωρισμένως φυλάττεσθαι· καὶ διὰ τοῦ ἐπισκόπου τῷ ἄρχοντι παραδίδονται τιμωρηθησόμενοι κατὰ τοὺς νόμους, οἳ οὐ βούλονται τοὺς μοιχοὺς ὑπὸ τῶν ἐκκλησιῶν ἐκδικεῖσθαι, καὶ ἑτέρας ἀποδείξεις πλὴν γ' διαμαρτυριῶν οὐκ ἐπιζητεῖται.

Ὁ τὴν ἰδίαν γαμετὴν ἢ θυγατέρα ἢ ἐγγόνην ἢ νύμφην εὑρίσκων ἐν εὐαγέσι τόποις τισὶ διαλεγομένας καὶ ὑπονοήσει αὐτοὺς ἐπ' αἰσχρότητι παραδιδότω αὐτοὺς τοῖς ἐκκλησιεκδίκοις ἢ ἄλλοις κληρικοῖς τῆς ἐκκλησίας, ἐφ' ᾧ κινδύνῳ αὐτῶν κεχωρισμένως φυλάττεσθαι, ἕως οὗ λαβὼν αὐτοὺς ὁ ἄρχων τὸ πρᾶγμα νομίμως σκοπήσῃ.

Qui absque tali causa flagellis aut fustibus verberat uxorem suam, non quidem causam repudii praebet, sed constante adhuc matrimonio mulctatur et uxori dat quantum tertiam partem antenuptialis donationis efficit.

Si quis aliquem castitati uxoris suae insidiari suspicetur, mittat ei tres scriptas contestationes, quae etiam testium fide dignorum subscriptiones habeant, et si eum post istas tres contestationes cum illa conversantem invenerit, siquidem in aedibus ipsius viri vel mulieris vel adulteri vel in suburbiis vel popinis, licentiam habet propriis manibus et impune cum occidendi: sin autem in alio loco, tres testes convocet ad probationem eumque tradat magistratui, qui in crimina inquirit, et si probatum fuerit, eum post tres contestationes cum illa conversatum esse, tanquam adulter punitur nulla alia probatione requirenda, et licentiam habet vir legitime mulierem accusare.

Si quis post tres scriptas contestationes eum, cui contestatus est, in venerabilibus domibus cum uxore sua conversantem invenerit, licentiam habet ecclesiae defensoribus vel aliis clericis utrumque tradendi, ut periculo eorum separatim custodiantur: et ab episcopo magistratui traduntur puniendi secundum leges, quae adulteros ab ecclesiis vindicari nolunt, et aliae probationes praeter tres contestationes ab illo non requiruntur.

Si quis uxorem suam vel filiam vel neptem vel sponsam in venerabilibus locis cum aliquibus conversantes invenerit eosque turpis causae gratia hoc facere suspicetur, tradat eos ecclesiae defensoribus vel aliis clericis ecclesiae, ut periculo eorum separatim custodiantur, donec eos magistratus abduxerit et causam legitime cognoscat.

XV. Nov. CXVIII cap. 1. — Cod. fol. 118.

Περὶ τῶν ἐξ ἀδιαθέτου. — Ἡ διάταξις, ἀκριβοῦσα 32) *πάντα τὰ προλαβόντα περὶ συγγενῶν ἐξ ἀδιαθέτου νόμιμα* 33)*, φησὶ πρώτην τάξιν εἶναι τῶν κατιόντων, καὶ αὐτοὺς προτιμᾶσθαι, εἴτε ἐξ ἀῤῥενογονίας εἴτε ἐκ θηλυγονίας, εἴτε ἄῤῥενες ὦσιν εἴτε θήλειαι οἱουδήποτε βαθμοῦ, εἴτε αὐτεξούσιοι εἴτε ὑπεξούσιοι, τῆς κατὰ νόμους ἁρμοζούσης χρήσεως τοῖς πατρᾶσι φυλαττομένης αὐτοῖς.*

Οἱ ἐκ προτελευτησάντων παίδων ἔκγονοι καλοῦνται μετὰ τῶν ἰδίων θείων καὶ λαμβάνουσιν ἐκ τῆς τοῦ πάππου αὐτῶν κληρονομίας ὅσον ὁ γονεὺς αὐτῶν, εἰ περιῆν, ἐλάμβανεν.

De [heredibus] ab intestato. — Haec constitutio omnes antiquiores leges de cognatis ab intestato succedentibus abrogat, et primum ordinem descendentium esse dicit, eosque praeferri, sive per virilis sive per feminini sexus personas descendant, sive mares sint sive feminae cuiuscunque gradus, sive emancipati sint sive sub potestate constituti, usufructu, qui patribus secundum leges competit, iis servando.

Nepotes ex filiis praedefunctis vocantur cum thiis suis et accipiunt ex avi hereditate, quantum parens eorum, si viveret, acciperet.

---

31) Supple *διαμαρτυρίας.*

32) Cod. Marcianus 579, rectius, ni fallor: *ἀκυροῦσα*, i. e. abrogans.

33) Cod. *νομίμου.*

XVI. Nov. CXIX. — A. Cap. 2. — Cod. fol. 92.

Νεαρὰ ρς'. — Οἱ νέοι, ἀφ' οὗ χρόνου διατίθενται, δύνανται τοὺς ἰδίους δούλους ἐν διαθήκαις ἐλευθεροῦν, σχολαζόντων τῶν περὶ τούτου παλαιῶν νόμων.

Novella CVI. — Minores, inde a quo tempore testamenti factionem habent, servos suos testamento manumittere possunt, antiquis super hoc legibus cessantibus.

B. Cap. 6. — Cod. fol. 124.

Νεαρὰ ρς'. — Νέου καταδεξαμένου κληρονομίαν καὶ θέλοντος αὐτῆς ἀποστῆναι, εἰ μὲν πάρεισιν οἱ δανεισταί, προσκαλεῖται[33a]*) αὐτοὺς ὁ δικαστὴς καὶ παρόντων αὐτῶν ποιεῖται τὴν ἀποκατάστασιν. εἰ δὲ μὴ πάρεισι πάντες ἢ τινες, κηρύγμασιν αὐτοὺς ὁ ἄρχων καλεῖ, καὶ μὴ φαινομένων αὐτῶν ἐπὶ γ' μῆνας ποιεῖ τὴν ἀποκατάστασιν, προνοῶν παρὰ τίνι τὰ τῆς κληρονομίας ὤφελον φυλάττεσθαι πράγματα τῆς αὐτῶν ποσότητος ἀναγραφομένης ἐν ὑπομνήμασιν.*

Novella CVI. — Si minor hereditatem adierit et ea abstinere velit, siquidem creditores praesentes sint, iudex eos convocat et praesentibus iis in integrum restitutionem dat. Sin autem omnes vel nonnulli non sint praesentes, edictis eos magistratus evocat, et, si non apparuerint intra tres menses, restitutionem dat, providens apud quem res hereditariae servari debeant, quantitate earum in actis conscribenda.

C. Cap. 9. — Cod. fol. 87 in margine.

Νεαρὰ ρζ'. — Ἄδειαν ἔχουσιν οἱ διατιθέμενοι μηκέτι κατὰ τὸ πρώην νομοθετηθὲν οἰκείᾳ χειρὶ ἢ διὰ μαρτύρων τὰ ὀνόματα γράφειν τῶν κληρονόμων· καὶ τούτου γὰρ μὴ γενομένου ἔῤῥωται ἡ διαθήκη, ἐὰν τὴν λοιπὴν ἔχῃ παρατήρησιν.

Novella CVII. — Licentiam habent testatores non amplius secundum leges pridem latas propria manu vel per testes nomina heredum scribere: nam licet hoc non sit factum, testamentum valet, si secundum reliquam observantiam factum sit.

XVII. Nov. CXX cap. 8. — Cod. fol. 59.

Ἐάν τις ὁπωσδήποτε μισθώσηται ἢ ἐμφυτεύσηται εὐαγὲς καὶ χεῖρον αὐτὸ ποιήσῃ ἢ ἐπὶ διετίᾳ μὴ καταβάλῃ τὸ προσομολογηθέν, ἄδειαν ἔχει ὁ τοῦ οἴκου διοικητὴς ἢ ἐξεοῦν αὐτὸν καὶ τὰ [κε]χρεωστημένα μεθοδεύειν κατὰ τὴν ἀρχαίαν τοῦ πράγματος κατάστασιν, οὐ δυνάμενον περὶ ἐμπονημάτων ἔχειν κατὰ τοῦ εὐαγοῦς οἴκου[34]*), ἢ συγχωρεῖν συνεστάναι τὸ συνάλλαγμα μέχρι τῆς τοῦ χρόνου περαιώσεως. εἰ δὲ ἀποφεύγει, ἐκ τῶν αὐτοῦ*[35]*) πραγμάτων ὁ διοικητὴς τοῦ οἴκου τὸ ἀζήμιον περιποιείτω μὴ δυναμένου*[36]*) περὶ ἐμπονημάτων κινεῖν.*

Si quis quocunque modo conduxerit vel in emphyteusin acceperit rem sacram eamque deteriorem fecerit vel biennio, quod promisit, non solverit, licentiam habet administrator domus, aut expellere eum et exigere, quae debet secundum antiquum rei statum, non valente eo propter emponemata actionem adversus venerabilem domum movere: aut concedere, ut contractus consistat, donec tempus finiatur. Quodsi fugerit, administrator domus ex rebus eius indemnitatem servet, ita ut propter emponemata agere non possit.

XVIII. Nov. CXXIII. — A. Cap. 17. — Cod. fol. 181.

Ἐὰν δοῦλος εἰδότος καὶ οὐκ ἀντιλέγοντος τοῦ δεσπότου κληρωθῇ, ἐλεύθερος καὶ εὐγενὴς γίνεται. ἀγνοῶν δὲ ὁ δεσπότης τὴν τύχην εἴσω ἑνὸς ἐνιαυτοῦ λαμβάνει αὐτόν[37]*). εἰ δὲ πάλιν κοσμικὸν μετέλθοι βίον, ἀναδίδοται τῷ δεσπότῃ εἰς δουλείαν.*

Οἱ ἐναπόγραφοι καὶ παρὰ γνώμην τῶν δεσποτῶν αὐτῶν κληροῦνται ἐν ταῖς κτήσεσιν, ἐν αἷς εἰσιν ἐναπόγραφοι καὶ πληροῦσι τὴν γεωργίαν.

Si servus sciente et non contradicente domino in clerum recipiatur, liber et ingenuus fit. Si vero dominus conditionem eius ignoret, intra annum eum recipit. Quodsi rursus ad saecularem vitam transierit, domino in servitutem redditur.

Adscriptitii etiam praeter voluntatem dominorum suorum clerici fiunt in possessionibus, in quibus adscriptitii sunt et agriculturae vacant.

B. Cap. 19. — Cod. fol. 98.

Πάντες οἱ κληρικοί, τουτέστι πρεσβύτεροι, διάκονοι ἢ ὑποδιάκονοι, ἀναγνῶσται, ψάλται, τὰ ὅπως οὖν αὐ-

Omnes clerici, hoc est, presbyteri, diaconi vel subdiaconi, lectores, cantores, quae ipsis quocunque

---

33a) Legendum videtur *προσκαλείτω — ποιείτω —.*
34) Verbum *ἀγωγὴν* deesse videtur.
35) Cod. *αὐτῶν.*
36) Cod. *δυνάμενος.*
37) Cod. *αὐτό.*

τοῖς κτώμενα [38]), *κἂν ὑπεξούσιοί εἰσιν, ἴδια ἔχουσι, καὶ δωροῦνται καὶ διατίθενται ἐπ' αὐτοῖς· οὕτω μέντοι ὥστε τοὺς τούτων παῖδας, ἢ τούτων μὴ ὄντων τοὺς γονεῖς αὐτῶν, τὸ νόμιμον μέρος κομίζεσθαι.*

modo acquisita sunt, si vel sub potestate sint, propria habent, et donationes et testamenta super iis faciunt: ita tamen, ut eorum liberi, vel, si hi non sint, parentes eorum legitimam portionem accipiant.

C. Cap. 38. — Cod. fol. 95.

Τῶν εἰσιόντων ἐν μοναστηρίῳ μὴ ἐχόντων παῖδας τὰ πράγματα τῷ μοναστηρίῳ διαφέρει. εἰ δὲ παῖδας ἔχοι καὶ οὐ διετύπωσεν περὶ τῶν αὐτοῦ πραγμάτων πρὶν εἰσελθεῖν, ἄδειαν ἔχει καὶ μετὰ ταῦτα διατυποῦν· καὶ οὐ δύναται τὸ νόμιμον μέρος τῶν παίδων μειοῦν, καὶ ἑαυτῷ φυλάττει παιδὸς ἀναλογίαν ὀφεῖλον τῷ μοναστηρίῳ προσκυρωθῆναι. εἰ δὲ τελευτήσει ἐν τῷ μοναστηρίῳ διατυπώσας μηδέν, τὸ μὲν νόμιμον οἱ παῖδες λήψονται, τὰ δὲ λοιπὰ τὸ μοναστήριον.

Res eorum, qui monasterium ingrediuntur, si liberos non habeant, monasterio competunt. Si vero liberos habeat et testamentum de rebus suis ante introitum non fecerit, licentiam habet etiam postea testamentum facere: nec potest legitimam portionem liberorum minuere, et sibi filii portionem servat, quae monasterio vindicari debet. Quodsi in monasterio decesserit nullo testamento facto, legitimam portionem liberi accipient, reliqua vero monasterium.

XIX. Nov. CXXVII cap. 1. — Cod. fol. 118.

Οἱ [39]) *ἀδελφόπαιδες τοῦ τελευτήσαντος καὶ γονέων ὑπόντων καλοῦνται πρὸς τὸν αὐτοῦ* [40]) *κλῆρον, καὶ λαμβάνουσιν ὅσον, εἰ περιῆν, ὁ πατὴρ αὐτῶν ἐλάμβανεν, ἐν ᾗ συνήπτετο τῷ τελευτήσαντι ἐξ ἑκατέρων γονέων.*

Liberi fratrum defuncti, si vel ascendentes subsint, ad eius hereditatem vocantur, et accipiunt tantum, quantum pater eorum, si viveret, acciperet, si quidem ex utroque parente defuncto coniunctus fuit.

XX. Nov. CXXIX. — Cod. fol. 86.

Ἰουστινιανοῦ ρκβ'. ρκζ' [41]).

Περὶ τοῦ τοὺς σαμαρείτας κληρονομεῖν καὶ κληρονομεῖσθαι καὶ τὰ ἄλλα ποιεῖν συναλλάγματα καθὼς τὸ πρότερον.

Οὐδὲν οὕτω μέγα τῶν ὑπηκόων.

Οἱ σαμαρεῖται καὶ διαθέσθαι δύνανται, καὶ ληγάτα διδόναι καὶ λαμβάνειν, καὶ δωρεὰς ποιεῖν καὶ λαμβάνειν, καὶ ἄλλως διοικεῖν τὰ περὶ τῶν οὐσιῶν αὐτῶν, καὶ ἐλευθεροῦσιν. ἐὰν ἀδιάθετος σαμαρείτης τελευτήσῃ, καταλιπὼν παῖδας ἢ συγγενεῖς τοὺς μὲν ὀρθοδόξους τοὺς δὲ σαμαρείτας, οἱ ὀρθόδοξοι προτιμῶνται, ἐὰν τοῦ αὐτοῦ εἰσι βαθμοῦ οὐ μὴν μακροτέρου· εἰ δὲ γένοιντο ὀρθόδοξοι οἱ ἀποκλεισθέντες, τὸ μέρος τὸ ἴδιον λαμβάνουσι χωρὶς τῶν ἐν μέσῳ καρπῶν. ἐὰν ὁ διατιθέμενος σαμαρείτης τοὺς ἀνιόντας καὶ κατιόντας ἔχει σαμαρείτας, ὡς θέλει διατιθέσθω. εἰ δέ τινες αὐτῶν ὦσιν ὀρθόδοξοι, οὐ πλέον τῶν β' οὐγκιῶν καταλείψει τοῖς σαμαρείταις, τὸ δὲ πλέον τοῖς ὀρθοδόξοις· ἔτι [42]) *δύναται δὲ ἐξ αὐτῶν ληγατεύειν ὀρθοδόξοις· ἐπιστρέφοντες δὲ ἐξισοῦνται τοῖς ὀρθοδόξοις, ὡς εἴρηται ἐπὶ τῶν ἐξ ἀδιαθέτου* [43]). *ἁρμόζει κατιοῦσιν αὐτῶν καὶ ἀνιοῦσιν ὀρθοδόξοις* DE INOFFICIOSO *ἀδικηθεῖσιν ὡς εἰκὸς περὶ τὰς διανομὰς ἐν ταῖς διαθήκαις.*

Iustiniani [Nov.] CXXII. CXXVII.

Ut Samaritae heredes fiant et habeant, et reliquos contractus faciant, ut antea.

Nullum tam magnum subditorum.

Samaritae et testamenta facere possunt, et legata dare et capere, et donationes facere et capere, et alio modo bona sua administrare, atque etiam manumittunt. Si intestatus Samarita decesserit, liberis vel cognatis partim orthodoxis partim Samaritis relictis, orthodoxi praeferuntur, siquidem eiusdem non autem remotioris gradus sint: si tamen ii, qui exclusi sunt, orthodoxi fiant, portionem suam accipiunt absque fructibus interim perceptis. Si Samarita, qui testamentum facit, ascendentes et descendentes Samaritas habeat, ut velit, testamentum faciat. Sin autem nonnulli eorum orthodoxi sint, non ultra duas uncias Samaritis relinquat, id autem, quod plus est, orthodoxis: sed potest etiam legata ex his orthodoxis relinquere; [Samaritae] vero, qui reverterint [ad orthodoxam fidem], exaequantur orthodoxis, sicuti dictum est de succedentibus ab intestato. Descendentibus eorum et ascendentibus orthodoxis competit de inofficioso querela, si forte circa distributiones in testamentis factas iniuriam passi sint.

---

38) Cod. *κτώμεθα*.

39) Haec epitome in Codice cohaeret cum epitomis Nov. CXVIII, quas supra dedimus nro. XV, ut proinde haec et illae ex uno eodemque opere exceptae esse videantur.

40) Cod. *αὐτῶν*.

41) In Cod Marc. 579 numerus *ρκζ'* deest: contra in margine is Codex adscriptum habet: *κεφ. γ'*. — Caeterum hanc epitomen edidit iam *Heimbachius* *Ἀνεκδ.* tom. I p. 265.

42) Cod. *ὀρθοδόξοις ἐπιδύναται*. — In textum recepi *Heimbachii* emendationem.

43) *Heimbachius* haec verba *ἐπὶ τῶν ἐξ ἀδιαθέτου* ad se

XXI. Nov. CXXXIV. — A. Cap. 10. — Cod. fol. 41 sq.

Οἱ μοιχοὶ καὶ οἱ ὑπουργοὶ κατὰ τὸν κωνσταντίνου νόμον κολάζονται· καὶ ἐὰν ἔχοι γυναῖκα ὁ μοιχός, λαμβάνει ἐκ τῶν πραγμάτων τὴν προῖκα καὶ τὴν δωρεάν, τὰ δὲ λοιπὰ οἱ κατιόντες ἢ οἱ ἀνιόντες μέχρι τρίτου βαθμοῦ πρὸς τὴν τάξιν καὶ τὸν βαθμόν· εἰ δὲ μὴ ἔστιν[44]*), ὁ φίσκος. ἡ δὲ μοιχευθεῖσα ταῖς προσηκούσαις πληγαῖς ὑποβαλλομένη μοναστηρίῳ ἐμβάλλεται, καὶ ἄδειαν ἔχει ὁ ἀνὴρ εἴσω διετίας αὐτὴν ἀναλαβεῖν μὴ βλαπτομένου τοῦ γάμου ἐκ τῶν ἐν μέσῳ. εἰ δὲ παρέλθῃ*[45]*) ὁ χρόνος ἢ τελευτήσοι μὴ ἀναλαβὼν αὐτήν, τὸ μοναχικὸν σχῆμα λαμβάνει, καί, εἰ μὲν ἔχοι παῖδας, λαμβάνουσιν η΄ οὐγκίας τῆς οὐσίας αὐτῆς καὶ τὸ μοναστήριον τὰς δ΄· εἰ δὲ μόνους ἀνιόντας ἔχοι μὴ συνεργήσαντας τῷ ἀτοπήματι, λαμβάνουσι τὰς*[46]*) τέσσαρας καὶ τὸ μοναστήριον τὰς ὀκτώ· εἰ δὲ συνήργησαν, ἢ μηδὲ ὅλως εἰσὶν ἀνιόντες ἢ κατιόντες, τὸ πᾶν τὸ μοναστήριον λαμβάνει, τῶν ἐν τοῖς προικῴοις συμφώνων ἐπὶ πάντων τῶν θεμάτων τῷ ἀνδρὶ φυλαττομένων.*

Adulteri eorumque adiutores secundum Constantini legem puniuntur; et si adulter uxorem habeat, haec ex bonis eius dotem et donationem recipit, reliqua vero descendentes et ascendentes usque ad tertium gradum secundum ordinem et gradum accipiunt: si vero non sint, fiscus. Adultera autem convenienter castigata in monasterium coniicitur, et vir licentiam habet eam intra biennium recipiendi, matrimonio ex his, quae interim acciderunt, non laedendo. Si vero tempus [statutum] praeterierit vel mortuus sit, antequam eam reciperet, monachicum habitum induit, et, siquidem liberos habeat, octo uncias substantiae eius capiunt, reliquas vero quatuor monasterium: sin autem ascendentes solos habeat, qui crimini auxilium non tulerint, ii quatuor capiunt, monasterium vero octo: sin autem auxilium tulerint, vel omnino non sint ascendentes vel descendentes, monasterium totum capit, his, quae ex pactis dotalibus veniunt, marito in omni casu servandis.

B. Cap. 11. — Cod. fol. 42.

Παρὰ τὰς τῷ νόμῳ διηγορευμένας αἰτίας οὐ δυνατὸν σταλῆναι REPUDIον, *οὔτε κατὰ συναίνεσιν τὸν γάμον λύειν συγχωρεῖν τε*[47]*) ἀλλήλοις τὸ ἁμάρτημα. ὁ δὲ τολμῶν εἴτε ἀνὴρ εἴτε γυνὴ διὰ τοῦ ἐπισκόπου βάλλεται εἰς μοναστήριον πᾶσαν τὴν αὐτοῦ ζωήν, καί, ἐὰν ἔχῃ κατιόντας, λαμβάνουσι τὰς η΄ οὐγκίας τῆς οὐσίας τοῦ ἀνδρὸς μήτε χρῆσιν τούτων ἔχοντος*[48]*), τὸ δὲ μοναστήριον τὰς δ΄. εἰ δὲ μή εἰσι παῖδες, ἀλλὰ ἀνιόντες μὴ συναινέσαντες τῇ λύσει, λαμβάνουσι τὰς δ΄ καὶ τὸ μοναστήριον τὰς η΄· εἰ δὲ μὴ εἰσιν ἢ ὄντες συνῄνεσαν, τὰ πάντα λαμβάνει τὸ μοναστήριον, καὶ οἱ ὑπουργοῦντες τῇ λύσει καὶ οἱ συμβολαιογράφοι βασανιζόμενοι ἐξορίζονται. ἄδειαν δὲ ἔχουσι τοῦ γάμου ἀνακαλέσασθαι πρὶν ἐμβληθῶσι μοναστηρίοις ὡς μηδενὸς ἁμαρτηθέντος· τοῦ ἑνὸς δὲ βουλομένου, ὁ ἕτερος μὴ συναινῶν ὑποπίπτει ταῖς ποιναῖς.*

Praeter causas lege enumeratas non potest mitti repudium, nec consensu matrimonium solvi et invicem delictum remitti. Qui autem hoc ausus fuerit facere, sive vir sit sive mulier, ab episcopo in monasterium coniicitur in omne vitae suae tempus, et, si descendentes habeat, ii octo uncias substantiae eius accipiunt, ita ut vir ne ususfructum quidem earum habeat, monasterium vero IV. Si autem liberi non extent, sed ascendentes, qui quidem solutioni non consenserint, ii IV uncias capiunt, monasterium vero VIII; et si neo hi extent vel extent quidem, sed consenserint, monasterium omnia accipit, et adiutores solutionis et tabelliones torquentur et in exilium mittuntur. Licentiam autem habent matrimonii revocandi, priusquam in monasterium coniiciantur, tamquam nihil commissum esset; si tamen alter velit, alter non consentiat, hic dictis poenis subiicitur.

C. Cap. 11. — Cod. fol. 5.

Ὁ πέμψας ἀλόγως ῥεπούδιον ἐπὶ αἰτίᾳ μὴ διηγορευμένῃ τῷ νόμῳ οὐ δύναται τὴν χρῆσιν ἐκδικεῖν τῶν εἰς τοὺς ὑπεξουσίους αὐτοῦ ἐκ τῆς εἰρημένης αἰτίας περιερχομένων[49]*) πραγμάτων.*

Qui iniuste repudium misit ob causam lege non expressam, non potest vindicare usumfructum rerum, quae ob eam causam ad liberos, quos sub potestate habet, perveniunt.

XXII. Nov. CXXXV. — Cod. fol. 75.

Νεαρὰ[50]*) ἰουστινιανοῦ ρμ΄. ρζ΄. περὶ ἐκστάσεων.*

Ὅσα τὸ θεῖον ἐξευμενίζεσθαι.

Προφάσει ἐκστασίου παρὰ τῶν ἀρχόντων οὐδεὶς τῶν χρεωστῶν αἰκίζεται, ἀλλ' ἐπὶ τῶν εὐαγγελίων ὄμνυσι μὴ

Novella Iustiniani CXL. CVII. De bonorum cessionibus.

Quae ad Deum placandum.

Praetextu bonorum cessionis nemo debitorum a magistratibus vexatur, verum per evangelia iurat,

quentia traxit, eaque sic vertit: „circa portionem, quae ab intestato debetur etc.“ Male.

44) Lege *εἰσιν*.

45) Cod. *παρέλῃ*.

46) Cod. *τάς τάς*.

47) Cod. *λύουσι συγχωρούντων*, quod omnino corrigendum erat.

48) Cod. *ἐχόντων*.

49) Cod. *περιεχομένων*.

50) Haec epitome edita est in *Heimbach Ἀνεκδ.* I p. 263.

εὐπορεῖν χρημάτων ἢ πραγμάτων, καὶ λοιπὸν οἱ δανεισταὶ τὰς αὐτῷ προσούσας [ἀγωγὰς][51]) οἰκειοῦνται καὶ ἐκ προσώπου αὐτοῦ κινοῦσιν αὐτὰς καὶ μεθοδεύουσι χωρὶς τῶν ταῖς ἀληθείαις τῇ αὐτοῦ γαμετῇ προσηκόντων.

sibi pecuniae vel rerum copiam non esse, et deinde creditores actiones ei competentes in rem suam vertunt et ex eius persona eas movent et intendunt exceptis his, quae re vera uxori eius competunt.

XXIII. Nov. CXXXVI. — Cod. fol. 76 sq.

ρλβ´[52]). ***Περὶ συναλλαγμάτων ἀργυροπρατῶν.***

Ἐκ τοῦ συστήματος τῶν ἀργοπρατῶν.

Ὁ μανδατορεύων ἢ ἀντιφωνῶν ἢ ἐγγυώμενος ἀργυροπράτην κωνσταντινουπόλεως δύναται δια τὸ τῶν ἀργυροπρατῶν περὶ τὰ κοινὰ χρήσιμον ἐγγράφως συμφωνεῖν, καὶ περὶ[53]) *τῶν πρωτοτύπων ἐνάγεσθαι· ἑκάστῳ γαρ ἔξεστι τῶν ὑπὲρ ἑαυτοῦ περιφρονεῖν.*

Τῶν χρεωστούντων τοῖς ἀργυροπράταις αἱ στρατεῖαι αὐτῶν καὶ τῶν τέκνων αὐτῶν ὑπόκεινται, εἰ τῶν πιπρασκομένων εἰσί, καὶ μὴ δείκνυται ἐκ μητρῴων ἢ βασιλικῆς φιλοτιμίας στρατεύεσθαι τοὺς παῖδας.

Εἰς τὰ χρήμασι[54]) *τῶν ἀργυροπρατῶν ἀγορασθέντα καὶ ἐγγράφως αὐτοῖς ὑποτεθέντα μὴ γενομένου αὐτοῖς τοῦ ἱκανοῦ πάντων προτιμῶνται, προσκυρουμένων αὐτοῖς τῶν ἀγορασθέντων, ὡσανεὶ αὐτοὶ ἠγόρασαν αὐτά.*

Εἰ δὲ ἄγραφόν ἐστι τὸ συνάλλαγμα καὶ χωρὶς τοῦ ὑποτεθῆναι ἐκδικοῦσιν αὐτά· καὶ ἐὰν δώσωσι πρᾶγμα καὶ μὴ λάβωσι τὸ τίμημα, ἐκδικοῦσι τὸ πρᾶγμα ὡς ἴδιον. λαμβάνουσι δὲ καὶ ἐξ ἀγράφων ἀνεπερώτητον διμοιραῖον τόκον.

Ἐὰν γράμματα ἢ λογοθέσια ποιήσωσιν ὁλόγραφα ἢ ἐνυπόγραφα ἄλλων γραψάντων, εἰ μὲν ῥητοῦ τόκου γέγονε μνήμη, τοῦτον ἀπαιτήσουσιν· εἰ δὲ ἀορίστως, δίμοιρον λαμβάνουσιν. ἐπὶ δὲ τοῖς πρὸ τῆς[55]) *διατάξεως γενομένοις λογοθεσίοις, εἰ καὶ μνήμη μὴ γέγονε τόκου, διμοιραῖον ἀπαιτοῦσιν. ὑποθήκας*[56]) *ἐκ τούτων συμφώνων*[57]) *χωρὶς οὐκ ἔχουσιν.*

Ἐάν τις γράψῃ πρὸς αὐτοὺς λογοθέσιον ἔχον κατὰ μέρος τὰς φάσεις, εἰς ἃς[58]) *ἐδόθη τὸ χρυσίον, καὶ ὑπογράψῃ, ἢ γράψῃ γραμμάτιον ἐν σχήματι δανείου ἢ διαλύσεως ἢ ἄλλως, οὐκέτι δύναται τῶν κατὰ μέρος αἰτιῶν ἀποδείξεις ἀπαιτεῖν· εἴσω μέντοι τοῦ χρόνου τῆς ἀναργυρίας ὁρκοῖ*[59]) *αὐτὸν καὶ τὸν αὐτοῦ κληρονόμον.*

Κατὰ[60]) *τὸ κρατῆσαν ἔθος ἰσχύουσιν αἱ ὁμολογίαι καὶ τὰ πιττάκια καὶ τὰ ἀποδοσίματα τοῖς ἀργυροπράταις γινόμενα καὶ δίχα μαρτύρων ὑπογραφῆς. ὁ δὲ νόμον εἰδὼς καὶ περιφρονῶν αὐτὸν οὐ δύναται καταφεύγειν εἰς τὴν τούτου βοήθειαν.*

CXXXII. De contractibus argentariorum.

Ex corpore argentariorum.

1. Qui mandato vel constituendo vel fideiubendo apud argentarium urbis Constantinopolitanae intercedit, propter argentariorum in commune utilitatem scriptura interveniente pascisci potest, ut etiam pro debitoribus principalibus conveniatur; quilibet enim pro se introductum contemnere potest.

2. Militiae eorum, qui argentariis debent, tam ipsorum quam liberorum suppositae sunt, si ex earum numero sint, quae vendi solent, et nisi demonstretur, ex materna substantia vel ex imperiali liberalitate liberis militiam obtigisse.

3. Argentarii in his, quae eorum pecunia comparata iisque scriptura interveniente obligata sunt, si ipsis non satisfactum sit, omnibus praeferuntur, rebus emtis ita illis adiudicandis, quasi ipsi eas emerint.

4. Si vero contractus sine scriptis celebratus sit, et absque obligatione, eas vindicant; et si rem dederint nec pretium acceperint, rem vindicant tamquam propriam. Accipiunt vero etiam sine scriptis et sine stipulatione besses usuras.

5. Si cautiones vel rationes confecerint sua manu conscriptas vel subscriptas, quum alii scripserint, siquidem certarum usurarum mentio facta est, hanc petent; si vero indefinite, besses accipiunt. In iis vero ratiociniis, quae ante hanc constitutionem confecta sunt, licet usurarum mentio non sit facta, besses exigunt. Hypothecas autem exinde citra conventionem non habent.

6. Si quis cum iis rationes scripserit, in quibus sigillatim expressum sit, ad quasnam causas aurum datum fuerit, et subscripserit, vel exposuerit cautionem quasi mutuatus sit vel quasi transegerit vel alio modo, non potest amplius singularum causarum probationes exigere: nisi quod intra tempus exceptionis non numeratae pecuniae ipsi heredibusve eius iusiurandum deferre potest.

7. Secundum obtinentem consuetudinem cautiones et schedulae et literae de reddendo, quae argentariis exponuntur, etiam absque subscriptione testium valent. Qui autem legem novit eamque contemnit, non potest ad eius auxilium confugere.

---

51) *Heimbach* recte supplevit hanc vocem, quum in Cod. deesset.
52) Nov. 136 etiam alibi 132 dicitur. Cf. *Heimb.* *Ἀν.* I p. 154 not. 30. Caeterum §. 1 sequentis Epitomae edita est ibid. p. 262.
53) *Heimbachius* legi voluit: *πρό*. Non male.
54) Cod. *χρήσιμα*.
55) Cod. *τοῖς τῆς πρώτης*.
56) Inter *ἀπαιτοῦσιν* et *ὑποθήκας* in Codice parva lacuna est.
57) Cod. *συμφώνως*.
58) Malim: *εἰς ἅ*.
59) Cod. *ὁρκοί*.
60) Haec § in Codice praecedentibus ita coniungitur, ut partem huius epitomae efficere videatur. Ex Novella non est hausta.

XXIV. Nov. CXL. — Cod. fol. 39.

Νεαρα ρμη'. — Κατα συναίνεσιν λύεται ὁ γάμος, πεμπομένων μέντοι διαζυγίων, ἐπειδὴ καὶ συναινέσει συνίσταται.

Novella CXLVIII. — **Consensu dissolvitur matrimonium, misso nimirum repudio, quandoquidem etiam consensu contrahitur.**

XXV. Nov. CXLIII. — Cod. fol. 16.

Περὶ ἁρπαγείσης γυναικὸς καὶ γαμουμένης τῷ ἁρπάσαντι.

LEGIS INTERPRETATIONES.

Γυνὴ γαμηθεῖσα τῷ ἁρπάσαντι αὐτὴν οὐ δύναται λαβεῖν τὰ πράγματα αὐτοῦ, οὔτε ἐκ τοῦ νόμου οὔτε ἐκ διαθήκης αὐτοῦ, οὔτε τῶν μετασχόντων τοῦ μίσους· ἀλλ' οἱ γονεῖς αὐτῆς λαμβάνουσιν αὐτά, εἰ μὴ ἰδικῶς τῷ γάμῳ συνήνεσαν. εἰ μη περίεισι, φισκοῦνται τά [61]) τοιαῦτα πράγματα.

De muliere, quae raptum passa est et raptori nubit.

Legis interpretationem.

Mulier, quae raptori suo nupsit, non potest capere bona eius, neque ex lege neque ex testamento eius, neque eorum, qui sceleris participes fuerunt; sed parentes eius ea capiunt, nisi specialiter nuptiis consenserint. Si non extent, bona ista confiscantur.

XXVI. Nov. CLIII. — Cod. fol. 141.

Ἰουστινιανοῦ νεαρὰ ρμβ' [62]). — Τὰ ἐκτιθέμενα βρέφη ἐλευθεροῦνται πρὸς μίμησιν τῶν ἐν νόσῳ ὑπὸ τῶν δεσποτῶν αὐτῶν καταφρονουμένων, καὶ οἱ ἐκθέμενοι αὐτὰ ὡς φονεῖς τιμωροῦνται.

Iustiniani Novella CXLII. — **Infantes expositi liberi fiunt ad instar servorum, qui a dominis aegrotantes negliguntur, et qui eos exposuerunt tamquam homicidae puniuntur.**

XXVII. Nov. CLV. — Cod. fol. 129.

ρνε' [63]). Περὶ τοῦ δύνασθαι τοὺς παῖδας κατὰ τῶν ἐπιτροπευόντων αὐτῶν γονέων ἀποκαθίστασθαι.

Ἱκετηρίαν ἀνέτεινε μάρθα τῷ ἡμετέρῳ κράτει.

Ἐὰν γυνὴ τῶν ἑαυτῆς ἐπιτροπεύουσα παίδων προβάληται τῆς δευτέρας αὐτῶν ἡλικίας κηδεμόνα καὶ παρασκευάσῃ πρὸς αὐτὴν διαλύσασθαι περὶ τῶν ἐπιτροπικῶν λόγων οὕτω τε δευτέροις προσομιλῆσαι [64]) γάμοις, δύνανται οἱ παῖδες μήπω τῆς νομίμου ἡλικίας γενόμενοι κατ' αὐτῆς ἀποκαθίστασθαι. τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ πατρώνων ἐπιτροπευόντων τῶν ἰδίων ἀπελευθέρων. χρὴ φυλάττεσθαι τοῖς γονεῦσι τὴν ὀφειλομένην παρὰ τῶν παίδων αἰδῶ τε καὶ θεραπείαν, ἐν ᾧ μὴ βλάβη παρ' αὐτῶν κατὰ τῶν παίδων γένηται. τῶν δὲ ἐκ τοῦ προτέρου γάμου παίδων περιορᾶν οὔτε ὅσιον, οὔτε προσῆκον τὰ ἐκ πατρῴας περιουσίας εἰς αὐτοὺς ἐρχόμενα τὰς μητέρας δύνασθαι κερδαίνειν ἢ τῶν δευτέρων ἀνδρῶν ἢ τῶν ἐξ αὐτῶν τεχθέντων ταῦτα ποιεῖσθαι. κατὰ μίμησιν δὲ τῶν ἄλλων ἐπιτρόπων ἐν τῷ καιρῷ τῆς προβολῆς ἀναγκάζεται κατατίθεσθαι μὴ ἐᾶν ἀδιφενδεύτους [65]) τοὺς παῖδας, καὶ τοῖς ἐπιτροπικοῖς ἐνέχεσθαι [66]) λογισμοῖς· καὶ εἴπερ ἕτερον βουληθείη τοῖς παισὶ προβάλλεσθαι κηδεμόνα, οἰκείῳ κινδύνῳ καὶ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῇ [67]) τοῦτο πράττειν ἀναγκάζεται.

CLV. Ut liberi adversus parentes, qui tutelam eorum gerunt, restitui possint.

Supplicationem obtulit Martha nostrae dominationi.

Si mulier, quae liberorum suorum tutelam gerit, secundae eorum aetatis curatorem nominaverit, et voluerit secum transactionem fieri de tutelaribus rationibus et ita ad secundas nuptias transire, liberi necdum legitimam aetatem ingressi adversus eam in integrum restitui possunt. Idem obtinet etiam in patronis, qui libertorum suorum tutelam gerunt. Oportet servari parentibus debitam a liberis reverentiam et obsequium, nisi damnum liberis ab iis datum sit. Liberos autem, qui ex priori matrimonio nati sunt, negligere nec fas est, nec convenit matres lucrari, quae ex paterna substantia ad illos perveniunt, aut ad secundos viros vel liberos ab ipsis procreatos transferre. Ad instar reliquorum tutorum tempore nominationis deponere cogitur, se non indefensos relicturam esse liberos, et rationibus tutelaribus sese obligare; et si alium voluerit liberis dari tutorem curatoremve, hoc suo substantiaeque suae periculo facere cogitur.

61) Cod. ἢ μὴ περίεισι. φισκοῦν τὰ κ. τ. λ.

62) Etiam alias hoc numero laudatur, quae nobis est Nov. 153. Vide *Heimbach* 'Ανεκδ. I p. 167 not. 74.

63) Hunc locum tamquam ex incerti auctoris epitome desumtum iamiam edidit *Heimbachius* 'Ανεκδ. I p. 267, eiusque exemplum ego nunc sequor. Sed notas velim, persimilem hunc locum esse epitomae Athanasianae edit. *Heimbach* p. 146.

64) *Heimbachius* προσομιλῆσαι legi vult. Male.

65) Idem scribit ἀδιφενδ

66) Cod.: ἐνδέχεται. — *Heimbachius* probat *Pomnitzii* coniecturam ἐνέχεται.

67) *Heimbachius* emendat αὐτῆς. Male.

XXVIII. Nov. CLVIII. — Cod. fol. 129.

ρνγ'. Πότε ὁ μὴ ἀδιτεύων κληρονόμος τὸ δίκαιον τῆς ἀδιτιόνου[68]) καὶ δύναται τοῖς ἰδίοις παραπέμπειν διαδόχοις.

Δέησις ἡμῖν ἀνεγνώσθη Θέκλης τῆς καὶ μάνου.

Ὁ Θεοδόσιος νόμος ὁ διαγορεύων τὸν οὔπω γενόμενον ἑπτὰ ἐτῶν μὴ δύνασθαι τὸν μητρῷον οἰκειοῦσθαι κλῆρον, εἰ μὴ ἐπίτροπον ἔχοι, ἀλλὰ τελευτήσαντος αὐτοῦ ἐπ' ἐκείνους φέρεσθαι τοῦτον, οἷς ἁρμόζειν ἤμελλεν, εἰ μὴ πρὸς τὸν κλῆρον ὁ τελευτήσας ἄνηβος ὑπὸ τῶν νόμων ἐκλήθη, τότε χώραν ἔχει, ἡνίκα παρῴχηκεν ἐνιαυτὸς καὶ οὐκ ἠδίτευσεν ὁ ἄνηβος. εἰ μέντοι ἐνιαυτοῦ γε δαψιλευομένου, πρὶν πληρωθῆναι τὸν χρόνον τῆς διασκέψεως, ὁ κληρονόμος ἐτελεύτησε, καλῶς κατὰ τὴν Ἰουστινιανοῦ διάταξιν[69]) τὸ δίκαιον τῆς ἀδιτιόνος παραπέμπει τοῖς αὐτοῦ κληρονόμοις. βασιλεύοντος Ἰουστινιανοῦ ἔτους[70]) ιγ'.

CLIII. Quando heres, qui hereditatem non adit, ius aditionis etiam ad heredes suos transmittere potest.

Supplicatio nobis recitata est Theclae, quae et Manno dicitur.

Theodosii lex, quae sancit, eum, qui nondum septem annorum sit, maternam hereditatem adire non posse, nisi tutorem habeat, sed hanc defuncto illo ad eos transmitti, quibus competeret, nisi defunctus pupillus ad hereditatem a legibus vocatus esset, tunc locum habet, quum annus praeterierit neque pupillus adierit. Quodsi anno adhuc suppetente, priusquam deliberandi tempus impletum sit, heres mortuus est, recte secundum Iustiniani constitutionem ius aditionis ad heredes suos transmittit. *Imperii Iustiniani anno XIII.*

XXIX. Nov. CLIX.' — Cod. fol. 114 sq.

ρκδ'. ρκθ'[71]).

Ἰουστινιανοῦ περὶ τοῦ τὰς ἀποκαταστάσεις μέχρις ἑνὸς βαθμοῦ κρατεῖν.

Τοσοῦτον ἡμῖν φιλανθρωπίας.

Ἐάν τις διαθέμενος καταλείψῃ τοῖς αὐτοῦ παισὶ πράγματα καὶ ἐξ ἀπαιδίας ὑποκαταστήσῃ, καὶ τελευτήσῃ ὁ εἷς ἐπὶ παιδί, οὗτος δὲ ὁ τοῦ διατιθεμένου ἔγγονος ἄπαις τελευτήσει, οὐ δύνανται οἱ θεῖοι αὐτοῦ ἐκδικεῖν τὰ πράγματα. ἡ γὰρ τοιαύτη αἵρεσις περὶ τῶν πρώτων εἴρηται. εἰ δὲ καὶ εἴποι πρᾶγμα μὴ ἐξελθεῖν τῆς αὐτοῦ φαμηλίας καὶ μὴ ἐκποιηθῆναι, δύνανται οἱ παῖδες τὰ πράγματα καταλιπεῖν ταῖς ἑαυτῶν γαμεταῖς, κἂν ὁ πατὴρ αὐτῶν εἶπε μὴ ἐξελθεῖν αὐτὰ τῆς φαμιλίας αὐτοῦ· ἐπειδὴ καὶ ἡ νύμφη τῆς φαμηλίας αὐτοῦ ἐστι. καὶ ἐπὶ τῆς τοιαύτης δὲ κωλύσεως καὶ ἐξωτικὸς τὰ τοιαῦτα πράγματα καλῶς λαμβάνει, ὅτε πολλῶν παρελθουσῶν διαδοχῶν, αὐτὸς δὲ διὰ μέσου ἀνήβου γίνεται κληρονόμος. εἰ δὲ καὶ ἐκποίησιν κωλύει ὁ διαθέμενος, οὐ δύνανται οἱ προεκποιήσαντες ἐγκαλεῖν τοῖς μετ' αὐτοὺς ἐκποιοῦσιν. λέγει δέ, ὅτι ὁ τεστάτωρ συνεχώρησε τοῖς αὐτοῦ παισὶ τὴν UT LEGATORUM ἀσφάλειαν, ἐπαγαγών, ὡς, εἴ τις αὐτῶν ἐγχειρήσοι ἀπαιτῆσαι[72]), ἐκπίπτειν τοῦ ληγατευθέντος αὐτῷ

CXXIV. CXXIX.

Iustiniani [Novella], ut restitutiones usque ad unum gradum valeant.

Tantum nobis benignitatis.

Si quis testamento condito liberis suis res reliquerit et in casum, si sine liberis decesserint, substituerit, et unus filio relicto decesserit, hic autem, qui testatoris nepos est, sine liberis decesserit, thii eius non possunt res vindicare. Nam ista conditio prioribus dicta erat. Si vero etiam dixerit, rem de sua familia non exire nec alienari debere, liberi eas res uxoribus suis relinquere possunt, quamvis pater eorum eas de familia sua non exire dixerit: quandoquidem etiam nurus familiae eius est. Caeterum in tali prohibitione etiam extraneus eiusmodi res recte accipit, quum post complures successiones interpositas ipse per medium pupillum heres fit. Si vero etiam alienationem testator prohibeat, hi, qui antea eas res alienaverunt, eos, qui post ipsos alienant, convenire non possunt. Dicit autem, testatorem liberis suis satisdationem ut legatorum remisisse videri, si addiderit, ut is, qui eam exigere conatus sit, rebus ipsi legatis excidat.

XXX. Nov. CLXII. — A. Cap. 1. — Cod. fol. 39.

Ἰουστινιανοῦ ρλγ'. περὶ δωρεῶν μεταξὺ ἀνδρὸς καὶ γυναικός.

Ἐπύθετο ἡμῶν.

Ἐὰν ἀνὴρ δωρήσηται[73]) τῇ αὐτοῦ γαμετῇ καὶ ἐμφανίσῃ, ἐν ᾧ τὸ μέτρον ἀπαιτεῖ, καὶ μέχρι τελευτῆς

Iustiniani CXXXIII. De donationibus inter virum et uxorem.

Interrogavit nos.

Si vir donationem in uxorem contulerit eamque insinuaverit, siquidem quantitas hoc exegerit, et us-

68) *Heimbachius*, qui hunc locum edidit *Ἀνεκδ.* I p. 267 sq., in Codice *ἀδιτιόνος* scriptum esse auctor est. Minime vero: Codex *ἀδιτιόνου* habet, quod tamen in *ἀδιτιόνος* mutandum esse crediderim.

69) Hoc dicendi genus: *κατὰ τὴν Ἰουστινιανοῦ διάταξιν* ostendit auctorem Epitomes Novellarum, ex qua hic locus et alii nonnulli (v. c. qui mox sequuntur) desumti sunt, Iustiniano aliquanto iuniorem fuisse. Auctores enim, qui mox post Iustinianum scripserunt, Iustinianum *τὸν εὐσεβέστατον* vel *τὸν τῆς θείας λήξεως*, et quae sunt eius generis alia, appellare consueverunt.

70) Cod. Marc. 579 *ἔτος* habet.

71) Sequentem epitomen edidit *Heimbach. Ἀνεκδ.* I p. 266.

72) Ex coniectura *Heimbachii*. Cod. *ἀπατῆσαι*.

73) Cod. *δηλώσηται*.

ἐφησυχάσῃ, καλῶς ἡ γυνὴ ἀπαιτεῖ, κἂν περιὼν ὁ ἀνὴρ οὐ παραδέδωκε τὸ δωρηθέν, εἰ καὶ συμβῇ αὐτὸν τὸ πρᾶγμα μετὰ τὸ δωρήσασθαι ὑποθέσθαι ἢ ἐνεχυριάσαι. αἱ δὲ ἀνεμφάνιστοι μέχρι πεντακοσίων [νομισμάτων][74]) ἔῤῥωνται, καὶ τὸ περισσὸν ἀκυροῦται. τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐφ' ὧν αἱ ἐν γάμῳ [δωρεαὶ][75]) κωλύονται.

que ad mortem conquieverit, uxor recte eam petit, licet maritus, donec viveret, rem donatam non tradiderit, etiamsi forte eam rem, postquam donavit, hypothecae vel pignori obligavit. Donationes vero non insinuatae usque ad quingentos [solidos] consistunt, reliquum autem infirmatur. Idem obtinet in reliquis personis, in quibus [donationes] constante matrimonio prohibitae sunt.

B. Cap. 2. 3. — Cod. fol. 193.

Ἐὰν ἐλεύθερος συναφθῇ ἐναπογράφῳ, τὰ τικτόμενα τῇ μητρὶ ἕπονται. εἰ δὲ οἱ συναφθέντες ἐναπόγραφοί εἰσι, τὰ τικτόμενα εἰς τοὺς γονεῖς μερίζονται, καὶ τὸ περιττὸν ἀνίσων αὐτῶν ὄντων ἡ μήτηρ λήψεται, ὥσπερ οὖν ἡνίκα καὶ εἷς μόνος τεχθῇ.

Si liber cum adscriptitio coniungatur, qui nascuntur, matrem sequuntur. Sin autem, qui copulati sunt, adscriptitii sint, qui nascuntur, inter parentes dividuntur, et, si numero inaequali sint, mater eum, qui superest, accipiet, et sic et eum, qui solus natus est.

XXXI. Edictum Iustiniani IX. — Cod. fol. 75.

ρξε'[76]). Περὶ ἀργυροπρατῶν.

Τὸ κοινόν.

Οἱ ἀργυροπράται[77]) οὐ δύνανται ὑπὲρ ἄλλων ἀντιφωνεῖν, εἰ μὴ ἔγγραφον λάβωσιν ἐπίταλμα, δηλοῦν σαφῶς ὅλον τὸ πρᾶγμα πῶς χρὴ πραχθῆναι. εἰ δὲ ἀγράφως ἐνταλθέντες ἀντιφωνήσωσιν ἄχρι ῥητοῦ χρόνου, κἀκεῖνος, ὑπὲρ οὗ γέγονεν ἡ ἀντιφώνησις, ἐφ' ὅλον τὸν ὁρισθέντα χρόνον καὶ ἄλλο δίμηνον μὴ μέμψηται, χρὴ τῷ ἀντιφωνήσαντι πάντως τὸ δεικνύμενον κατὰ γνώμην αὐτοῦ ἀντιπεφωνῆσθαι χρέος καταβάλλεσθαι, καὶ μὴ ἔχειν αὐτὸν ἢ κληρονόμους αὐτοῦ παραγραφὴν κατὰ τῶν ἀντιφωνησάντων ἢ ἐκχωρουμένων τὰς ἐντεῦθεν ἀγωγάς. χρὴ γὰρ τὸν δικάζοντα ἢ ἐγγράφου γινομένης ἐντολῆς ἀκολουθεῖν αὐτῇ ἢ ἀγράφου λεγομένης καὶ δεικνυμένης οὕτω κρίνειν. εἰ δὲ καί τι δειχθῇ[78]) διὰ γραμμάτων ἢ μαρτύρων, χρὴ τὸ συμφωνηθὲν ἀπαιτεῖσθαι αὐτούς, οὐδενὸς ἀντικειμένου νόμου ὡς ἐχρῆν[79]) ταῦτα πραχθῆναι.

Ἐὰν ἀργυροπράται λογισμοὺς ἀντισυγγράφους ἢ αὐτογράφους[80]) ποιήσωσιν ἢ[81]) πρὸς τοὺς συμβάλλοντας αὐτοῖς ἢ παρ' ἐκείνων λάβωσι, δηλοῦντας εἰσκομιδὴν χρημάτων ἢ δαπάνην, καὶ γράμματα φέροντας[82]) τοῦ ἀργυροπράτου ἢ τοῦ ὑπογραφέως αὐτοῦ ἢ τοῦ ἀρμαρίτου[83]) ἢ τῶν αὐτοῖς συναλλαξάντων ἢ ὁλογράφους ἢ ὑπογραφέντας, οὐ δύνανται οἱ συναλλάξαντες τὴν μὲν καταγραφομένην παρὰ τῶν ἀργυροπρατῶν ἐν τοῖς ἀντισυγγράφοις βρεβίοις εἴσοδον δέχεσθαι καὶ ἐντεῦθεν αὐτοὺς ἀπαιτεῖν, πρὸς δὲ τὴν καταγραφεῖσαν ἔξοδον ἀντιλέγειν ὡς οὐ γεγενημένην· οὔτε οἱ ἀργυροπράται δύνανται τὴν μὲν δαπάνην ἀπαιτεῖν, μὴ

CLXV. De argentariis.

Commune.

1. Argentarii pro aliis constituere non possunt, nisi mandatum in scriptis acceperint, quod clare totam rem explicet, quemadmodum peragi debeat. Sin autem mandato sine scriptis accepto usque ad certum tempus constituerint, et is, pro quo constitutum factum est, intra tempus definitum et alios duos menses querelam non moverit, omnino constituenti debitum, quod ex illius voluntate constitutum esse probetur, solvi oportet, nec habet ille heredesve eius exceptionem adversus constituentes eosve, quibus inde actiones cessae sunt. Oportet enim iudicem vel mandatum in scriptis factum sequi, aut, si sine scriptura factum esse dicatur et probetur, sic iudicare. Si vero etiam aliquid [promissum esse] per scripturam vel testes probatum sit, id, de quo convenit, ab illis exigi debet, nulla lege obstante, quasi id [gratis] fieri oporteret.

2. Si argentarii rationes antisyngraphas vel autographas exposuerint contrahentibus cum ipsis aut ab iis acceperint, quae declarent pecuniae illationem vel erogationem, et literas praeferant argentarii vel scribae eius vel institoris vel eorum, qui cum iis contraxerunt, ut vel integrae eorum manu scriptae vel subscriptae sint, contrahentes non possunt acceptum, quod ab argentariis in antisyngraphis brevibus descriptum est, agnoscere et hinc illos convenire, expenso autem, quod conscriptum est, tamquam non facto contradicere; neque argentarii expensum quidem repetere, acceptum vero non agnoscere pos-

---

74) In Codice hoc verbum excidit.
75) Hoc verbum addidi ex textu Novellae.
76) Epitome, quae sequitur, edita est ab *Heimbachio* *Ἀνεκδ.* I p. 263 sqq.
77) *Heimbach* *ἀργυροπρᾶται* scribi vult.
78) Excidisse videtur: *ὑποσχεθῆναι*, vel simile quid.
79) Verbum *προῖκα* excidisse crediderim. Cf. Ed. IX cap. 2 pr. ubi legendum: *ὡς ἐχρῆν προῖκα ταῦτα ἀλλὰ μὴ ἐπὶ δόσει τινὶ πραχθῆναι.* — *Heimbachius* nihil deesse ratus, sic vertit: „nulla lege prohibente, quominus haec, ut oportebat, fierent." Quae nec satis intelligo: nec, quomodo cum graecis conveniant, video.
80) Ex coniectura *Heimbachii*. Cod. *ἀντιγράφους*.
81) Particula *ἢ* delenda est.
82) Cod. *φέροντα*. *Heimbach* emendavit.
83) *Heimbachius* notat: „lege *Σαμαρείτου*." Nimirum Ed. IX cap. 2 §. 1 sic est: *οὓς Σαμαρείτας καλοῦσι*. Sed hoc potius corrigendum est, quum ineptum sit. *Ἀρμαρῖται* vel *ἀρμαρῆται* latine sunt institores. Cf. *Ducange* s. v.

δέχεσθαι δὲ τὴν εἴσοδον· ἀλλ᾽ ἐκ τῶν ἑκατέρωθεν προκομιζομένων ἀντισυγγράφων λογοθεσίων ἢ αὐτογράφων, ἢ[84]) μαρτυρεῖται τὰ γράμματα τῆς εἰσόδου καὶ δαπάνης, ἑκάτερον πιστεύεται. οὐ γὰρ χρὴ τὸ μὲν κατ᾽ αὐτῶν κρατεῖν, τὸ δὲ ὑπὲρ αὐτῶν ἄκυρον εἶναι, ἀλλ᾽ ἀπαιτεῖσθαι δεῖ, ὅσα δεικνύει τὰ λογοθέσια, εἰ μὴ θάτερον μέρος πλάνην ψήφου ἢ περὶ τόκους[85]) λῆψιν παθεῖν προφανῶς δείξοι. τότε γὰρ νομίμως αὐτὸ χρὴ διορθοῦσθαι, ὥστε τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα ἐπ᾽ ἀμφοτέρων κρατεῖν.

Ἐὰν ἀργυροπράτης ἀλληλεγγύους ἢ μανδάτορας λάβῃ εἰς χρέος, εἶτα τὸ πλεῖστον τοῦ χρέους λαβὼν παρ᾽ ἑνὸς αὐτῶν τῶν δύο[86]) ἔξωθεν ὁμολογίαν λάβῃ δηλοῦσαν, ὡς ἐμπροθέσμως καταβάλλουσι, καὶ διαλύσηται πρὸς πάντας, συμβῇ δὲ τὸν λοιπασθέντα τελευτῆσαι, χρὴ τοὺς αὐτοῦ[87]) κληρονόμους τὸ ἐγγράφως ὁμολογηθὲν εἰσπράττεσθαι μετὰ τοῦ συμφωνηθέντος τόκου.

Ἐὰν τινες παρὰ ἀργυροπρατῶν δανείσωνται δόντες ἐνέχυρα καὶ ἐπιτρέψωσιν ἐν ταῖς δανειακαῖς συγγραφαῖς, ἐκ διαπράσεως τῶν ἐνεχύρων πίστει αὐτῶν γινομένης λαβεῖν τὸ τίμημα καὶ λογίσασθαι εἰς τὸ χρέος, οὐ χρὴ πολυπραγμονεῖσθαι αὐτούς, ἀλλ᾽ ὀμνύειν, πόσου ἐπώλησαν, καὶ πιστεύεσθαι.

Εἰ δέ τις ἐγγράφως δανειζόμενος ἐνέχυρα σφραγισθέντα ἢ ἀσφράγιστα δοίη, ἀναγκάζεται ἢ λαβεῖν αὐτὰ ἀῤῥαδιούργητα[88]) τὰς σφραγίδας[89]) ἐπιγινώσκων καὶ πληρῶν τὸ κεφάλαιον καὶ τὸν συμφωνηθέντα τόκον, ἢ μὴ ἔχων χρυσίον πρὸς τὴν ἀξίαν τιμὴν αὐτὰ τῷ δανειστῇ καταλιμπάνειν καὶ πληροῦν τὸ λοιπόν, μηδενὸς λέγειν[90]), ὡς χρὴ τὸν δανειστὴν ἀρκεῖσθαι τοῖς ἐνεχύροις κἂν ἥττονος ὦσι τιμῆς.

Εἰ δὲ δανείσηταί τις παρὰ ἀργυροπράτου ἐπὶ ἐνεχύρῳ σφραγισθέντι ἢ ἀσφραγίστῳ καὶ χρόνον ὁρίσῃ τῇ καταβολῇ, καὶ τὸ ἱκανὸν ἐμπροθέσμως μὴ ποιήσῃ, ἀλλ᾽ ἕτερος τοσοῦτος παρέλθῃ χρόνος, χρὴ ἀκριβῶς ἐπὶ ταβουλαρίου καὶ τῶν θείων λογίων διατιμᾶσθαι καὶ λογίζεσθαι εἰς τὸ χρέος ἢ μέρος αὐτοῦ.

Ἡ διάταξις ἡ κωλύουσα τόκον ὑπὲρ διπλάσιον δίδοσθαι ἐπὶ μὲν τοῖς καταβληθεῖσιν αὐτοῖς ἀργεῖ, κἂν ὑπὲρ τὸ διπλοῦν ἐστιν, οὐκ ἀντίκειται δὲ ἐπὶ τοῖς ἀληθῶς ἀργοροπρατικοῖς συναλλάγμασιν· οὔτε αὐτοὶ ἀποχρήσασθαι δύνανται πρὸς τοὺς[91]) αὐτοῖς συναλλάξαντας, οὔτε λογίζεσθαι τοὺς καταβληθέντας τόκους εἰς τὸ διπλοῦν τοῦ τόκου [ἢ][92]) εἰς τὸ ἀρχαῖον ὄφλημα.

Καὶ μερικαὶ τῶν τόκων καταβολαὶ φθάσασαι τὸ διπλοῦν τοῦ χρέους σβεννύουσιν αὐτό.

Δύνανται οἱ ἀργυροπράται στρατεύεσθαι χωρὶς τῶν ἐνόπλων. τόκους δὲ ἀργυροπρατικοὺς τουτέστι διμοι-

sunt; sed ex rationibus antisyngraphis vel autographis utrimque prolatis, quatenus literae acceptorum et expensorum testimoniis confirmantur, utrumque fide dignum habetur. Non enim oportet alterum quidem adversus ipsos valere, alterum vero, quod pro iis facit, irritum esse, sed exigi debent, quaecunque rationes demonstrant, nisi altera utra pars errorem calculi vel circa usuras se captam esse manifesto probaverit. Tunc enim secundum leges id emendari debet, ut ius et aequitas utrimque observetur.

3. Si argentarius duo reos promittendi vel mandatores acceperit debiti nomine, deinde, quum maximam partem debiti accepisset, ab uno ex duobus illis extrinsecus cautionem acceperit, quae ipsos praestituto tempore soluturos esse declaret, et cum omnibus transactionem fecerit, is autem, qui reliquum solvere debebat, forte defunctus sit, heredes eius id, quod in scriptis promissum est, cum usuris conventis praestare debent.

4. Si qui ab argentariis mutuam pecuniam sumserint pignoribus datis, et in syngraphis de mutuo iis permiserint, ut ex distractione pignorum fide ipsorum facienda pretium acciperent et in debitum imputarent, non oportet molestari eos, sed iurare, quanti vendiderint, et sic fide gaudere.

5. Si quis scriptura interveniente mutuam pecuniam sumserit et pignora obsignata vel non obsignata dederit, aut recipere ea debet, si non sint deteriora facta, postquam sigilla recognovit et sortem cum usuris, de quibus convenit, solvit, aut, si aurum non habeat, iusto pretio ea creditori relinquere et residuum adimplere cogitur, nemine contendere [valente], quod creditor pignoribus, si vel minoris pretii sint, contentus esse debeat.

6. Si quis vero ab argentario mutuatus sit dato pignore obsignato vel non obsignato, et tempus solutioni praestituerit, ac tempore statuto non satisfecerit, sed alterum tantum tempus praeterlapsum sit, oportet id accurate coram tabellione et divinis scripturis aestimari et in debitum vel in partem eius imputari.

7. Constitutio, quae usuras ultra duplum dari prohibet, in his, quae iis iam soluta sunt, cessat, quamvis duplum excedant, nec obstat contractibus, qui re vera argentariorum sunt; sed nec ipsi ea abuti possunt adversus hos, qui cum ipsis contraxerunt, neo usuras, quas solverunt, in duplum usurarum vel in antiquum debitum imputare.

8. Etiam particulares usurarum solutiones, si duplum debiti attigerint, hoc extinguunt.

9. Argentarii militare possunt, exceptis militiis armatis. Usuras autem, quae argentariis concessae

84) *Heimbachius* εἰ pro ἢ legi vult.

85) Cod. τόκον. Quod admittit *Heimbachius* vertens: „vel circa usurarum capionem damni quidpiam se esse passam."

86) *Heimbach* ἢ τῶν δύο legendum esse censet.

87) Cod. αὐτοῦ.

88) Ita recte *Heimbachius*. Cod. ἀραδηούργητα.

89) *Heimbachius* scribi vult: σφραγῖδας.

90) *Heimbachius* post λέγειν vocem τολμῶντος excidisse suspicatus est. Equidem δυναμένου supplendum esse crediderim.

91) Fallitur *Heimbachius*, qui in Codice τοῖς legi auctor est, non τούς.

92) Supplevit *Heimbachius*.

ραίους λαμβάνουσιν ἐπὶ τοῖς ἀργυροπρατικοῖς συναλλάγμασιν[93]).

Οὐ δύναταί τις αἰτεῖν τὸ μὴ δεῖν παντελῶς δοῦναι κεφάλαιον ἢ τόκους, ἢ τοὺς καταβληθέντας νομίμους τόκους εἰς τὸ χρέος λογίζεσθαι.

Ἐὰν ἀργυροπράτου χρεώστης γαμετὴν καὶ ὑπευθύνους ἔχῃ, καὶ παρασκευάσῃ τοὺς ὑπευθύνους ἐπὶ τὴν γαμετὴν αὐτοῦ προφάσει προικὸς ἢ παραφέρνων[94]) *ἢ ἄλλων χρεῶν τὰ χρέη καταθεῖναι καὶ διαλύσεις ἢ ἀποδείξεις παρ' αὐτῆς λαβεῖν, εἶτα τελευτήσει ἄπορος, ὁ δὲ ἀργυροπράτης ἔλθῃ ζητῶν τὰ ἴδια λαβεῖν, ἡ δὲ γαμετὴ τοῦ τελευτήσαντος ζητεῖ πάλιν ταῦτα κομίσασθαι, ἀναγκάζονται οἱ γεγονότες ὑπεύθυνοι τῷ ἀνδρὶ ἀβλαβῶς καὶ ἀζημίως προκομίζειν ἃς ἔλαβον διαλύσεις παρὰ τῆς γαμετῆς αὐτοῦ ἢ ἀποδείξεις καὶ ἀναλαβεῖν, ἵνα, εἴτε ἐντεῦθεν ὁ ἀργυροπράτης ὀφείληται ἢ οἱ κληρονόμοι αὐτοῦ, περιποιηθῇ τῷ ἀργυροπράτῃ.*

Ἐὰν ἀργυροπράται πρός τινας ἀντισυγγράφους ὁμολογίας ἢ διαλύσεις ἢ οἱασοῦν ἔθεντο συνθήκας ἢ ποιήσωνται, καὶ πάσας[95]) *κατὰ διαφόρους τρόπους ἀπολέσωσιν, ἀναγκάζονται οἱ ἔχοντες τὰ ἀντισύγγραφα προκομίζειν*[96]), *ἢ ἐν ὑπομνήμασιν ὀμνύειν, ὡς οὐκ ἔχουσιν ἢ οὐ δύνανται προκομίσαι καὶ ἀπολύονται.*

Παράνομα σπούρτουλα ἢ δικαστικὰ δαπανήματα οὐ χρὴ τοὺς ἀργυροπράτας ἀπαιτεῖσθαι, ἐπεὶ[97]) *χώρα ταῖς ὡρισμέναις ποιναῖς.*

Τηνικαῦτα κυέστωρ[98]) *τριβουνιανὸς ἀπενεμήθη τοῖς ἀργυροπράταις δικαστὴς ἐνάγουσι καὶ ἐναγομένοις. κυροῖ τὰ προνόμια αὐτῶν.*

sunt, hoc est, besses, in contractibus argyropraticis accipiunt.

10. Non potest quisquam petere, ut ne sors omnino dari debeat vel usurae, vel ut usurae legitimae, quae solutae sint, in debitum imputentur.

11. Si argentarii debitor uxorem et debitores habeat, et debitores quae debeant uxori suae praetextu dotis vel paraphernorum vel aliorum debitorum persolvere et ab illa liberationes vel apochas accipere procuraverit, deinde ipse inops mortuus sit, et argentarius quidem suas res recipere quaerat, uxor defuncti autem rursus haec capere velit, debitores quondam mariti sine laesione et damno liberationes et apochas, quas ab uxore eius acceperunt, proferre coguntur et recipere, ut, sive argentario aliquid inde debeatur sive heredibus eius, id argentario praestetur.

12. Si argentarii antisyngraphas professiones vel transactiones vel quaslibet conventiones cum quibusdam composuerunt vel facient, et omnes variis modis amiserint, qui antisyngraphas habent, eas edere coguntur aut ad acta iurare, se eas non habere vel edere non posse, et sic absolvuntur.

13. Illicitae sportulae vel expensae iudiciales ab argentariis exigi non debent: alioquin poenis statutis locus est.

14. Tunc quaestor Tribonianus argentariis iudex datus est, sive agerent sive convenirentur. Confirmat privilegia eorum.

---

93) Haec verba: *ἐπὶ τοῖς ἀργ. συναλλ.* *Heimbachius* ad sequentia traxit. Non opus.
94) Cod. *περὶ φερνῶν.*
95) Cod. *πάντας.*
96) Cod. *προσκομίζειν.*
97) Cod. *ἐπι.*
98) *Heimbachius* *κουίστωρ* scribere maluit.

EDICTA PRAEFECTORUM PRAETORIO

EX CODICIBUS MSS. BODLEIANIS, LAURENTIANIS, MARCIANIS, VINDOBONENSIBUS

NUNC PRIMUM EDITA.

PROLEGOMENA.

CAPUT I.

Historia Praefectorum Praetorio.

§. 1. *Historia Praefectorum Praetorio usque ad Diocletianum.*

Praefecti Praetorio non sunt ex antiquis magistratibus, qui populo Romano temporibus liberae reipublicae praeerant, sed novi magistratus, qui ab imperatoribus demum initium et auctoritatem habuerunt. Proinde initio saltem, (— nam sub Diocletiano et Constantino respublica Romana aliam veluti faciem induit, —) nec imperium eorum certis omnino finibus circumscriptum fuit, nec in certum tempus creati sunt, nec leges annales, deque magistratibus ordine capiendis et aliae de magistratibus populi Romani latae locum in iis habuerunt: sed in universum et qui creari possent, et potestas, quae iis concedenda esset, et tempus, ad quod constituerentur, in arbitrio principis fuit [1]).

Praefectos Praetorio primus creavit Augustus, cohortibus praetorianis, quas in custodiam sui allegerat, imperaturos. Itaque initio quidem Praefectura Praetorio nonnisi militaris potestas fuit. Sed vim eius, ut cum Tacito [2]) loquar, modicam antea Seianus intendit, dispersas per urbem cohortes una in castra conducendo, ut simul imperia acciperent, numeroque et robore et visu inter se fiducia ipsis, in caeteros metus crederetur; eidemque Seiano a Tiberio plenior licentia ad disciplinae publicae emendationem data est, et immensi honores in eum collati sunt. Abhinc po-

1) Hoc enim omnibus novis magistratibus commune fuisse, recte observavit *Puchta Institut.* I p. 379. *Bethmann-Hollweg (Gerichtsverfass. des sinkenden röm. Reichs p. 57)* etiam novos magistratus, perinde ut olim magistratus populi Romani, exceptis tamen Praefectis Praetorio, annuos fuisse ex Cassiodori Variis VII, 2 adstruere studuit. (Addi debebat Cassiodori Edictum ad Iudices Provinciarum VII, 9, ubi haec habentur: „Sic agite, ut, quum iustitia probata quaeritur, *annus vester* brevis videatur".) Sed testimonium Cassiodori non est necessario ad Orientem trahendum, atque etiam suspectum est, quoniam priscorum Romanorum instituta Cassiodorus scribendo subinde affectat. Quod ad imperium Orientis attinet, ibi nec codicillis, quos magistratus accipiebant, nec mandatis principum nec legibus quicquam de tempore expressum erat, quo praeterlapso magistratus regulariter deponendus esset. — Caeterum *Jacobus Gothofredus*, qui in Notitia dignitatum Codicis Theodosiani (ed. *Ritter* tom. VI parte II p. 6b) simpliciter dicit: „Praefecti Praetorio annuales erant," hoc paulo festinantius scripsisse videtur. Nam nec ullum suae opinionis argumentum afferre potuit, et ipse, quem contexuit, singulorum Praefectorum Praetorio catalogus contrarium evidentissime demonstrat. Videatur etiam *Drakenborch* de off. PP. cap. I in fine, et, qui cum *Gothofredo* faciat, *Ritter* hist. PP. cap. III in fine.

2) Annal. IV, 2.

tentia Praefectorum Praetorio, callidis ipsorum consiliis et favore imperatorum in dies aucta, in tantum crevit, ut Praefectus honorum omnium apex atque alter ab Augusto imperio esse videretur.

Caeterum Augustus duos Praefectos Praetorio instituerat. Imperatores autem, qui eum sequuti sunt, ut plurimum quidem unum tantum creaverunt[3]): aliquando tamen etiam duos, imo tres Praefectos Praetorio habuerunt.

§. 2. *A Diocletiano ad Iustinianum.*

Immoderata vis ac potentia Praefectorum Praetorio metum tandem atque invidiam imperatoribus movit, qui a Diocletiano inde potestatem eorum adeo minuerunt, ut sub Iustiniano imago tantum et umbra pristinae dignitatis superesset.

Diocletianus, imperio in quatuor partes diviso, singulas partes Caesaribus ab ipso creatis commisit, qui sibi singulos Praefectos Praetorio assumserunt[4]). Ita Praefecti Praetorio, quorum potestas antea per totum imperium extendebatur, dumtaxat partibus eius praesidere, atque partim etiam sine militari imperio esse coeperunt. Nam quum Romae tantum cohortes praetorianae essent, quas et ipsas ad minorem numerum Diocletianus redegerat[5]), nonnisi is Praefectus Praetorio, qui Italiae sive Romae praeesset, militibus imperitabat.

Diocletiani exemplum sequutus est Constantinus M. Is enim orbem Romanum similiter in quatuor tractus, Orientis nimirum, Illyrici, Italiae et Galliarum, partitus est, iisque Praefectos Praetorio praeposuit. Sublatis autem penitus cohortibus praetorianis[6]), et creatis magistris militum et magistro officiorum, quorum ille rei militaris, hic palatii curam susciperet, Praefectis solam in sua cuique praefectura civilium rerum administrationem reliquit[7]). Itaque Praefectura Praetorio, militaris olim potestas, a Constantino inde facta est mere civilis, quae tria potissimum in se contineret, nimirum 1) tributariae rei et annonariae functionis curam et dispositionem, 2) ius invigilandi magistratus provinciales et in universum rerum provincialium administrationem, 3) ius appellationes a iudicibus ordinariis recipiendi et vice sacra i. e. sine appellatione de iis cognoscendi[8]).

Caeterum saeculo V exeunte, quum barbari Occidentem invasissent, ex quatuor Praefectis Praetorio, quos Constantinus instituerat, duo sub imperatoribus Romanis esse desierunt, Italiae scilicet et Galliarum Praefecti; quamquam in regno Ostrogothorum, sicuti Variis Cassiodori[9]),

3) Sic sub Tiberio statim Seianus, deinde Macro soli Praetorio praefuerunt, et si, duce *Rittero* hist. Praefecto Praetorio cap. I, tempora computes, quibus unus Praefectus Praetorio fuit, et tempora, quibus duo vel tres fuerunt, invenies maiore parte temporis, quod inter Tiberium et Diocletianum intercessit, unum tantum Praefectum Praetorio fuisse. Unde mirari subit, quomodo *Burchardi Staats- und Rechtsgesch. der Römer* p. 189 not. 8 potuerit dicere: „*Ulpian war der erste absichtlich allein ernannte Präfect*, Dio Cass. LXXX, 1; Zosimus I, 11. *Zufällig* (!) *war aber auch vorher schon die eine Präfectur zuweilen unbesetzt*, Plutarch. in Galba c. 8."

4) Sext. Aurel. Victor de Caesarib. c. 39.

5) Sext. Aurel. Victor de Caess. c. 39 in f.

6) Sext. Aurel. Victor de Caess. c. 40.

7) Conferatur Zosimus II, 32. 33, Notitia dignitatum passim, atque etiam Lyd. III, 40 sq.

8) Cf. *Bethmann-Hollweg* l. l. p. 75 sq.

9) Var. lib. XI praef. et cap. 1. — Formula, qua quis a Rege ad Praefecturam Praetorie promoveretur, a Cassiodoro VI, 3 servata, digna est, quam hic ex parte describamus, quippe quae vim atque potestatem Praefecturae Praetorio luculenter illustret. „Quaedam," Rex ait, „huic dignitati et nobiscum iura communia sunt. Exhibet enim sine praescriptione loginquos, magna quantitate mulctat errantes, fiscum pro sua deliberatione distribuit, evectiones simili potestate largitur, vacantia bona proscribit, delicta provinciarum iudicum punit, verbo sententiam dicit. Quid est, quod non habeat commissum, cuius est vel ipse sermo iudicium? Paene est, ut leges possit condere, quando eius reverentia potest negotia sine appellatione finire. Ingressus palatium nostra consuetudine frequenter adoratur, et tale officium morem videtur solvere, quod alios potuit accusare. Potestate igitur nulla dignitas est aequalis. Vice sacra ubique iudicat. Nullus ei miles de fori sui auctoritate praescribit, excepto officiali magistri militum: credo, ut vel illis aliquid antiquitas cederet, qui videbantur pro republica bella tractare. Curiales etiam verberat, qui appellati sunt legibus minor senatus. In officio sue ius retinet singulare, et talibus tantisque noscitur iubere, quos etiam provinciarum non audeant iudices in aliqua parte contemnere. Officium plane geniatum, efficax, instructum, et tota animi firmitate praevalidum: qui sic peragent iussa, ut nullis morentur dilationibus imperata. Militia perfunctis tribunorum et notariorum honorem tribuit, et milites suos illis exaequat, qui inter proceres mixti nostris conspectibus obsecundant. Gratanter implemus, quae ille constituit, cuius reverentia et nos ita constringimur, ut sine dubitatione faciamus, quae illum decrevisse cognoscimus; non immerito, quando palatium

qui et ipse sub Theodorico Praefectus Praetorio fuit, aperte docemur, dignitas Praefectorum Praetorio duravit.

§. 3. *Praefectura Praetorio sub Iustiniano.*

Iustiniano imperante, primo quidem duo Praefecti Praetorio fuerunt, Orientis alter, qui Constantinopoli, alter Illyrici, qui Thessalonicae sedem haberet[10]). Postea Iustinianus Africa a Vandalis erepta (a. 534), novum Praefectum Praetorio, Africae nimirum, creavit[11]) et denique Italia a Gothis recuperata (post annum 536) Praefectum Praetorio Italiae in integrum restituit.

Potestas autem Praefectorum Praetorio hoc tempore in universum similis fuit ei, quam §. 2 descripsimus. Sed Iustinianus appellationes, quae olim e provinciis ad Praefectos Praetorio, et quidem Orientis potissimum, fierent, magna ex parte aliis magistratibus commisit[12]), ut proinde iurisdictio illorum et numerus litium, quae apud eos ex appellatione peragendae essent, valde minueretur. Et de hoc quidem intelligendus est Ioannes Philadelphenus Lydus, illius aetatis scriptor, qui in libro de magistratibus reipublicae Romanae[13]) de solitudine et silentio iudicii Praefecti Praetorio saepe multumque conqueritur. Nam licet penuriam litium in foro Praefecti Praetorio nimis inepte inopiae subditorum tribuat, non tamen idcirco hoc ipsum in dubium revocari oportet[14]), aetate ista iudicium Praefecti Praetorio desertum paene fuisse.

§. 4. *Interitus Praefecturae Praetorio.*

Haec, quae hactenus de historia Praefectorum Praetorio breviter exposuimus, dicta sufficiant. Si quis plura desiderat, commentarios adeat virorum doctissimorum: *Petri Fabri*[15]), *Berterii*[16]), *Iac. Gothofredi*[17]), *Perizonii*[18]), *Drakenborchii*[19]), *Ritteri*[20]), *Ottonis*[21]), *Creuzeri*[22]), *Bethmann-Hollwegii*[23]), *Walteri*[24]), *Burchardii*[25]), *Puchtae*[26]) aliorumque[27]), quorum scrinia compilare nec decet nec huius loci est. Caeterum historia Praefectorum Praetorio post Iustinianum, quantum equidem resciverim, a nemine adhuc tractata est, ideoque de fatis huius tam praeclari quondam magistratus post Iustinianum et de interitu eius nonnulla *ὡς ἐν παρόδῳ* addam.

---

sua provisione sustentat, servientibus nobis procurat annonas, humanitates quoque iudicibus ipsis facit, legalos gentium voraces explet ordinationibus suis. Et licet aliae dignitates habeant titulos praefinitos, ab ista totum paene geritur, quicquid in imperio nostro aequabili moderatione tractatur." Haec, quae hoc loco de Praefecto Praetorio apud Ostrogothos praedicantur, tantum non omnia etiam in Praefecto Praetorio Orientis obtinebant, antequam eius potestas ab Arcadio coarctaretur, de quo videatur Lyd. III, 23. 40 sq.

10) Praefecturam Orientis et Illyrici nonnunquam his temporibus uni eidemque commissam fuisse, nuper *Walter Gesch. des RRs.* p. 362 not. 23 ex inscriptionibus Novellarum colligere voluit. Sed in gravem errorem incidit vir alioquin doctissimus. Nam praefectus „orientalium praetoriorum" sive „*τῶν ἱερῶν τῆς ἕω πραιτωρίων*", qui in Novellarum inscriptionibus passim occurrit, neutiquam est Praefectus „*der beiden Präfecturen des Morgenlandes*", sed simpliciter Praefectus Praetorio Orientis: id quod et aliis argumentis et testimonio Ioannis Lydi (De magistratt. II, 6) luculenter demonstratur. — Caeterum cf. etiam *Schweppe Röm. Rechtsgesch.* ed. *Gründler* p. 367, ubi temere statuitur, Praefectum Praetoriorum vocatum esse, cui plures simul Praefecturae obtigissent.

11) Cf. Cod. I, 27 de officio Praefecti Praetorio Africae.

12) *Bethmann-Hollweg Gerichtsverf. des sinkenden röm. Reichs* p. 96.

13) Lyd. II, 16. 17. III, 9. 14. 66.

14) Sicuti hoc facere videtur *Dirksen Vermischte Schriften* I p. 74.

15) Semestr. lib. I c. 1—3.

16) Pithanon diatriba I c. 8 (*Otto* thes. tom. IV p. 836 sqq.)

17) Ad Cod. Theodosianum ex edit. *Ritteri* tom. VI P. II p. 4 sqq. et passim.

18) Disquis. cum *Ulr. Hubero* de Praetoriis eiusque Praefecto.

19) Diss. de Officio Praefectorum Praetorio. 1707, et in *Oelrichs* thesaur. diss. selectiss. in Academ. Belg. habitarum Vol. II tom. II p. 49 sqq.

20) Pr. Historia Praefecturae Praetorianae ab origine dignitatis ad Constantinum M. 1745 et in Coll. Diss. historico-antiquario-iurid. Germ. p. 1 sqq.

21) Papinianus ed. 2 p. 507 sqq.

22) *Abriss der röm. Antiquitäten* ed. II §. 166 p. 241.

23) *Gerichtsverfassung des sinkenden röm. Reichs* p. 10. 26. 37. 43 sqq. 57. 73 sqq.

24) *Geschichte des röm. Rechts* p. 294. 361.

25) *Staats- u. Rechtsgeschichte der Römer* p. 169. 281.

26) *Institutionen* I p. 379. 583.

27) Apud *Lipenium* laudatur dissertatio *Io. Fergii* de Praefecto Praetorio, Francof. 1611. 4 edita. — Consule etiam *Ruperti* animadv. ad Pomponii enchiridium in Opuscc. ad hist. iuris pertinent, ed. *Uhlio* p. 113 sqq.

Ac primum quidem quod ad Italiam, Africam et Illyricum attinet, Praefecti Praetorii in his Praefecturis esse desierunt, postquam illa a Longobardis, haec a Saracenis, ac denique Illyricum a Slavis occupatum est. Per Italiam quidem et Africam imperium Graecorum in nonnullis urbibus aliquamdiu duravit, sed ita, ut per exarchos[28]) vel duces exerceretur. Urbs autem Thessalonica, quae sedes fuerat Praefecti Praetorio Illyrici, et a dominatione Slavorum libera mansit, usque ad saec. VIII magistratus habuisse videtur, qui Praefectorum Praetorio nomen retinerent[29]).

Praefecti Praetorio Orientis historia paulo obscurior est. Potestas eius adeo sensim imminuta esse videtur, ut praeter tributorum a collatoribus exigendorum et sumtuum erogandorum curam, in qua iam circa finem imperii Iustiniani administratio eius paene tota versabatur[30]), omnino nihil ei relinqueretur. Hinc teste *Ducangio* s. h. v. in Glossis MSS recentioribus sic legitur: „*Ἔπαρχος τοῦ πραιτωρίου, ὁ τῶν ἑῴων τῆς φορολογίας τὴν ἐπίστασιν ἔχων παρὰ ῥωμαίοις,*" i. e. Praefectus Praetorio, qui tributis per partes Orientis colligendis praepositus est apud Romanos; et Theophylactus Simocatta, qui Heraclio imperante vixit, Constantinum quendam a Mauricio Praefectum Praetorio creatum fuisse narrat[31]) his verbis: *τὴν ἡγεμονίαν τῶν φόρων τῆς ἑῴας πρό τινος καιροῦ ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος ἀπειλήφει, ὃν ἔπαρχον πραιτωρίων εἰώθασιν ὀνομάζειν ῥωμαῖοι,* i. e. praefecturam tributorum Orientis paulo ante ab imperatore accepit, quem Praefectum Praetoriorum solent nominare Romani. Sed quousque haec Praefectura Praetorio duraverit, si quaeras, sic poterit responderi. Historici quidem Praefectorum Praetorio Orientis etiam post Iustinianum passim mentionem faciunt: ultimi autem, quos equidem laudatos invenerim[32]), hi sunt, qui in Chronico Paschali[33]) sub imperio Heraclii efferuntur. Post haec tempora Praefecti Praetorio vestigia nondum reperi. In Epanagoge legum, quam imperatores Basilius, Leo et Alexander circa annum 885 promulgarunt[34]), inter magistratus, quibus tributorum exactio, provincialium rerum administratio et ius appellationes recipiendi conceditur, non Praefectus Praetorio, sed tantum *ὁ ἔπαρχος τῆς πόλεως* (Praefectus Urbi), *ὁ κοιαίστωρ* et *οἱ ἁπλῶς ἄρχοντες* (magistratus simpliciter tales) recensentur[35]). Constantinus Porphyrogenitus in libro de thematibus[36]) magistratus nonnullos, qui olim fuissent, enumerat et inter hos etiam Praefectos Praetorio refert his verbis: *ὕπαρχοι δὲ ἦσαν διττοί, ἕτεροι μὲν πραιτωρίων, ἕτεροι δὲ πόλεων κ. τ. λ.* Denique inter dignitates aulae Constantinopolitanae licet vel ultimis imperii Byzantini temporibus *Ἔπαρχος* aliquis occurrat, is tamen nec functionem ullam habuit, et potius a Praefecto Urbi, qui olim fuerat, quam a Praefecto Praetorio descendere videtur[37]). Quae quum ita sint, post Heraclii imperium et ante Basilium Macedonem Praefectura Praetorio omnino interiisse[38]) videtur, eo forsitan tempore, quod Constantinus Porphyrogenitus in libro de thematibus[39]) his verbis designavit: „*στενωθείσης τῆς ῥωμαίων ἀρχῆς.... καὶ ἀκρωτηριασθείσης κατά τε ἀνατολὰς καὶ δυσμὰς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς Ἡρακλείου τοῦ Λίβυος, οἱ ἀπ' ἐκείνου κρατήσαντες, οὐκ ἔχοντες ὅποι καὶ ὅπως καταχρήσωνται τῇ αὐτῶν ἐξουσίᾳ, εἰς μικρά τινα μέρη κατέτεμον τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν καὶ τὰ τῶν στρατιωτῶν τάγματα, μάλιστα καὶ ἑλληνίζοντες καὶ*

---

28) Exarchi nomen sensim in locum Praefecti Praetorio substitutum esse videtur. Cf. *Savigny Gesch. des RRs im Mittelalter.* ed. II tom. I p. 374 not. g.

29) *Tafel* de Thessalonica eiusque agro. Berol. 1839. p. LXIX. 39 sq. 160 sqq

30) Io. Lydus de magistr. III, 41: *ὡς μηδὲν ἕτερον ἔχειν τὸ λοιπὸν τὴν ἐπαρχότητα ἢ μόνον τὴν ἐπὶ ταῖς δαπάναις φροντίδα*, h. e. ut nihil aliud Praefectura habeat, nisi solam sumtuum administrationem.

31) Histor. VIII, 9 ed. Paris. p. 203. — Idem lib. VIII, 1 ed. Paris. p. 197: *ὁ αὐτοκράτωρ μαυρίκιος εἰς τὴν περσίδα ἐξέπεμψε πρέσβυν γεώργιον, ὃς τῆς τῶν ἑῴων πόλεων φορολογίας τὴν ἐπιστασίαν ἐκέκτητο· τοῦτον πραιτωρίου ἔπαρχον ἀποκαλοῦσι ῥωμαῖοι*, i. e. Imperator Mauricius in Persiam mittit legatum Georgium, qui tributis ex urbibus orientalibus cogendis Praefectus erat; hunc Romani Praefectum Praetorio vocant.

32) Nam qui passim a recentioribus laudatur *προεστὼς τοῦ πραιτωρίου*, non est confundendus cum Praefecto Praetorio, sed est praepositus carceris publici, cui nomen Praetorii Constantinopoli erat.

33) Chronicon Paschale. edit. Paris. p. 386. 391.

34) Cf. *Ὁ πρόχειρος νόμος* p. LXXXI sqq.

35) Tituli Epanagoges, qui huc spectant, editi sunt in *Leunclavii* IGR. tom. II p. 85 sqq.

36) Cf. *Bandurii* Imper. Orient. edit. Paris tom. I p. 4.

37) Cf. *Ducange* s. v. *Ἔπαρχος*. Codinus ex edit. *Goarii* Paris. p. 26. 74.

38) Fortasse ita interiit, ut cum Praefectura Urbis coalesceret. Cf. Scriptores post Theophan. ed. Paris. p. 294. 8. Basil. ed. *Heimbach* tom. II p. XVI not. m

39) Cf. *Bandurii* Imp. Or. edit. Paris. tom. I p. 2. — Adnotaveram hunc locum iam olim in Delineatione histor. Iuris GR. p. 5.

τὴν πάτριον καὶ ῥωμαϊκὴν γλῶτταν ἀποβαλόντες,“ i. e. quum Romanum imperium angustius esset factum, et extremis aliquot provinciis tam Orientem quam Occidentem versus mutilatum ab imperio Heraclii Libyci, qui post eum regnarunt, quum non haberent, ubi aut quomodo potentiam suam exercerent, in parvas aliquot partes imperium suum ac militum turmas secuerunt, et tunc maxime sermonem graecum affectarunt, patrium vero ac Romanum repudiarunt.

CAPUT II.

De iure edicendi Praefectorum Praetorio et edictis eorum in genere.

---

§. 5. *De iure edicendi Praefectorum Praetorio.*

Fuerunt olim, qui, edictum praetoris eiusque vim in constituendo iure civili ob oculos habentes, ius edicendi magistratuum Romanorum ius quoddam legum ferendarum fuisse sibi persuaderent, eaque praerogativa Romanorum tantum magistratus insignes fuisse putarent[40]). Verumenimvero edicere nihil aliud est, quam palam dicere vel notum aliquid facere, et *κατ᾽ ἐξοχὴν* de magistratibus usurpatur, qui, quod fieri iubent, edicere dicuntur[41]). Ius autem publice aliquid notum faciendi vel iussiones suas divulgandi magistratibus naturali ratione apud omnes gentes peraeque conceditur, ut apud nos quoque magistratus ius edicendi habeant. Ut exemplo utar, apud nos magistratus, quibus ius mulctae est, fere edicunt, quibus casibus delinquentes mulctaturi sint; qui iurisdictionem habent, edicta proponunt, quibus vel rei latitantes vel creditores rei obaerati evocentur; imo, quemadmodum apud Romanos olim sacerdotes, et qui exercitibus praeessent, edicta reddebant, ita apud nos quoque parochos ex suggestu de festis rite celebrandis et duces de militum disciplina edicere videmus. Denique ut is, cui imperium vel administratio vel iurisdictio obtigerit, de rebus, quarum cura ad eum pertineat, edicendi veniam habeat, dummodo ne quid contra leges imperet vel praecipiat vel simpliciter enuntiet, hoc naturae rei adeo consentaneum est, ut *hactenus omnes* Romanorum magistratus, ubi res ferret, ius edicendi habuisse quilibet sponte intelligat. Neque hoc solum liberae reipublicae temporibus ita fuit, sed etiam sub imperatoribus mansit[42]), nec Edicto perpetuo per Salvium Iulianum et Servium Cornelium[43]) composito sublatum est. Verumtamen non semper magistratuum edicta eandem vim in iure efformando et excolendo habuerunt, sed variae hac in re auctoritatis fuerunt pro potestate edicentium et pro statu iuris Romani; id quod maxime ex discrimine perspicuum fit, quod inter Praetorum aliorumque magistratuum edicta intercedit, sed et in ipso cernitur edicto Praetoris, quod dum floreret magistratus, et donec iniquitates iuris civilis emendandae vel lacunae eius explendae essent, viva vox iuris civilis fuit, postea autem, expolito iam satis iure civili, quum laberetur magistratus et principes ipsi ius civile novis legibus ac constitutionibus supplere vel corrigere coepissent,

---

40) *Heineccius* historia Edictorum lib. I cap. 3 §. 2.

41) Videantur lexicographi, inprimis *Brissonius, Calvinus* et *Dirksen* s. v. Edicere, Edictum.

42) Gai. I, 6.

43) Servium Cornelium Salvio Iuliano socium fuisse in Edicto componendo testatur insignis locus *Epitomae legum* graecae de anno 920 (cf. Delineatio §. 37), cui ut fidem denegemus, nulla omnino ratio suadet. Ibi nimirum in praefatione haec leguntur: *ἀδριανὸς ὁ βασιλεὺς ἐπιτρέπει ἰουλιανῷ τῷ νομικῷ μετὰ σερβίου κορνελίου συλλέξασθαι ἐπιμελῶς καὶ κατὰ τάξιν ὑποτιτλῶσαι τὰ νομικά. καὶ πρῶτος τὸ ἔδικτον ἐκτέθεικε κ. τ. λ.* h. e. „Adrianus rex iubet Iulianum ICtum cum Servio Cornelio curate colligere et certo ordine sub titulis collocare iura. Et primus Edictum composuit etc.“ — Primus ad hunc locum animum advertit *Klenze Lehrb. der Gesch. des RRs.* §. 41; deinde, postquam ego praefationem Epitomae in libro: *Ὁ πρόχειρος νόμος* p. 287 sqq integram edidi, *Hugo* in *Gött. gel. Anz.* 1840 no. 44 p. 431; denique nuper *Burchardi Staats- u. Rechtsgesch. d. Römer* p. 258 sq. not. 10, qui tamen minus recte, quod pace viri clarissimi dixerim, locum illum vocat: „*Die ausführlichste bisher übersehene Nachricht.*“

novis clausulis augeri aut ab antiquatis purgari desiit, donec edicta perpetuae iurisdictionis causa quotannis a praetoribus proponenda plane in oblivionem inciderent.

Secundum haec, quae hactenus disputavimus, probatione amplius indigere non videtur, quod Praefectis Praetorio perinde atque aliis magistratibus edicta reddere licuerit. Sed et hoc sponte intelligitur, ius edicendi magistratu illo naturaliter comprehensum fuisse, et non ex speciali demum principis indulgentia Praefectis extrinsecus supervenisse. *Heineccius*[44]) quidem originem edictorum Praefectorum Praetorio altius repetendam esse putavit; sic enim ait: „Quum non alio consilio novi isti magistratus creati essent a principibus, quam ut veterum auctoritas et potentia tanto magis evilesceret: illis cum aliae praerogativae, tum inprimis ius reddendi edicta datum est, ut iura vetera ad statum monarchicum tanto facilius inflecterent, et civibus, quibus atrocior insideret priscae libertatis memoria, cogerent in ordinem, obsequioque, quale desiderat regnum, sensim adsuefacerent.“ Sed hos ingenii lusus, ne dicam nugas, esse, quis est quin videat?

§. 6. *De tempore, quo primum Praefecti Praetorio edicta proponere coeperint, et ad quod usque edicere consueverint.*

Quandoquidem igitur ius edicendi cum Praefectura Praetorio necessario coniunctum fuit, dubitari vix potest, quin Praefecti Praetorio, inde a quo ab Augusto constituti sunt et donec viguerunt, edicta passim reddiderint. Nam pro potestate atque auctoritate, qua semper gavisi sunt, ut nunquam occasio edicendi iis deesse potuit, ita subinde eos necessitate quadam ad edicendum coactos esse consentaneum est.

Non defuerunt quidem viri docti, qui, quo tempore primum Praefecti Praetorio edicta proponere coeperint, et quamdiu edicere consueverint, curiose circumspiciendum esse putarent, et variis modis ad hanc quaestionem responderent. *Burchardi*[45]) sic sibi persuasisse videtur, post conditum demum Edictum perpetuum edicta a Praefectis Praetorio proponi coepisse. Deinde *Hauboldus*, prima edictorum a Praefectis Praetorio propositorum vestigia anno 235 occurrere, in tabulis chronologicis ad hunc annum auctor est. Denique *Bachius*, ubi historiam iuris a Constantino usque ad Theodosium exponit[46]); „Praefectos Praetorio,“ inquit, „edicta promulgasse nunc quidem frequentius, maiorique auctoritate, reperimus. Nam etsi antea id quoque factum est, rarius tamen fuisse videtur.“ Contra *Heineccio*[47]) Praefecti Praetorio ius edicendi iam ante Constantitinum adeo exercuisse videbantur, ut vel necessarium esse crederet, quaerere, an etiam sub Christianis imperatoribus salva iisdem fuerit edicta reddendi potestas. — Idem *Heineccius*[48]) olim putaverat, Praefectos Praetorio tantum ad Zenonis tempora edicta proponere consuevisse, quod Cassiodorus suo hoc tempore vivens edicta nova a Praefectis Praetorio proponi videretur negare; postea autem[49]) sententiam illam hactenus retractavit, ut in Oriente quidem saltim ad Iustiniani usque tempora edicta Praefectorum Praetorio maximam in foro auctoritatem obtinuisse, in Occidente autem, Gothorum armis fere oppresso, superstite licet Praefecto Praetorio, edicta praefectoria paulo citius in desuetudinem abiisse statueret. *Cramerus*[50]) autem utrumque in dubium revocavit: *Burchardi*[51]) contra de edictis Praefectorum Praetorio post Iustinianum propositis loquutus est.

---

44) In Historia Edictorum in Opp. tom. VIII p. 54 sq. — Caeterum *Heineccium* sequitur etiam *Buchaldus* (*Bouchaud*) in dissertatione „des édits Préfectoriens“ inserta Commentationibus Academiae Inscriptionum tom. XLV p. 446 sq. Caeterum hanc *Buchaldi* dissertationem semel hoc loco laudasse sufficiat: constat enim pura puta versione eorum, quae *Heineccius* cap. V Historiae Edictorum protulit. In quo non possum non notare audaciam et insolentiam Academici Parisiensis, qui, *Heineccio* vix ac ne vix quidem nominato, (—de *Heineccio* enim haec tantum habet l. l. tom. XXXIX p. 279: „Nous de dissimulerons pas que son travail ne nous soit d'un grand secours dans nos recherches,“ —) laudem *Heineccio* debitam sibi arripere ausus est, et Heineccianα Academiae Galliae et toti literarum orbi pro suis venditavit! Quae quum ita sint, reprehensione etiam dignus est *Bachius*, qui in loco, ubi de edictis Praefectorum Praetorio agit, (Hist. lib. III c. 3 s. 3 §. 1), ad „*Buchaldum*, ICtum celeberrimum,“ lectores ablegat, ad *Heineccium* non item. Scio equidem esse, qui extraneos auctores allegando quasi quandam elegantiae laudem acquirere studeant: ego vero malui minus elegans videri, quam Heineccio non tribuere, quod eius esset.

45) *Staats- und Rechtsgeschichte der Römer* §. 112.

46) Hist. iurispr. lib. III cap. 3 sect. 3 §. 1.

47) Hist. Edict. lib. I cap. 5 §. 4.

48) Observv. ad Spanhem. Orb. Rom. in Opp. tom. III p. 51.

49) Hist. Edict. lib. I cap. 5 §. 4.

50) *Hugo Civilist. Magazin* III p. 161.

51) *Staats- und Rechtsgesch. der Römer* §. 152.

Verumenimvero omnes hi viri non satis secum reputasse videntur, alia esse edicta, quibus simpliciter aliquid praecipitur, alia, quae perpetuae iurisdictionis causa proponuntur, et aliud esse edicta proponere, aliud ius civile privatum edictis propositis adiuvare, supplere vel corrigere. Scilicet dum generaliter et indistincte quaerunt, quibus temporibus Praefecti Praetorio edicta reddiderint, alias quaestiones, ab illa plane diversas, in animo habuisse videntur, veluti has: an Praefecti Praetorio edicta perpetua ad instar Praetorum proposuerint, et quae horum vis fuerit in iure privato efformando et expoliendo. Quae quum ita sint, virorum illorum sententiae minime impedimento sunt, quominus Praefectos Praetorio semper edixisse statuamus; quod autem reliquum est, ut ad quaestiones modo propositas respondeamus, id in sequentibus praestare studebimus.

§. 7. *De causis, de quibus Praefecti Praetorio edixerunt. A. Ab Augusto usque ad Diocletianum.*

Praefecti Praetorio de rebus, quarum cura ad eos pertineret, dummodo intra leges iussiones suas cohiberent, semper quidem ius edicendi habuerunt, sed potestas eorum deinceps adeo mutata est, quippe quae primo militaris, deinde plane indefinita, denique mere civilis fuerit, ut causas, de quibus edixerint, non semper easdem fuisse sponte intelligatur.

Initio scilicet, donec simpliciter cohortibus praetorianis praeerant, militibus tantum, ad instar eorum, qui exercitibus imperitabant[52]), iurisdictionis castrensis et imperii causa edicebant; quod licet nullis veterum auctorum testimoniis demonstrari possit, tamen vel sine teste credendum est.

Postea autem Praefectorum Praetorio potestate adeo aucta, ut *ἀρχὴ δευτέρα μετὰ τὰ σκῆπτρα* esset[53]), etiam alias subinde causas edictis ordinasse videntur. Nam quum pleraque negotia hoc tempore vice ac nomine principis peragerent[54]), de iisdem causis, de quibus imperatores edicere consueverant, Praefectos etiam edicta reddidisse dubitari non potest. Sic quum plerumque senatusconsulta edictis propositis ab imperatoribus divulgata sint, nonnunquam etiam Praefectos Praetorio hoc fecisse non est a vero dissimile[55]). Atque etiam de his, quae ad annonam militarem et ad provinciarum administrationem spectarent, edicta sive formae a Praefectis Praetorio propositae fuisse videntur: extat enim constitutio Alexandri (l. 2 C. *de officio PP. Orientis* 1, 26), quae de formis generalibus a Praefectis Praetorio emissis loquitur.

Sed quaeri potest, an etiam iurisdictionis causa edicta hoc tempore proposuerint. Ac plerique quidem constitutionem Alexandri modo laudatam, quae formas generales Praefectorum Praetorio servari iubet, de huiusmodi edictis interpretati sunt. Nam quum Praefectos Praetorio haud exiguam illo tempore iurisdictionem habuisse statuerent[56]), et fere viros iuris peritos, veluti Papinianum, Ulpianum et Paulum[57]), hac dignitate ornatos fuisse viderent, sic sibi persuaserunt, dubitandum non esse, quin etiam iurisdictionis perpetuae causa edicta proposuerint[58]). At enim multa sunt, quae contra facere videantur. Primum enim, constitutionem Alexandri ut de edictis iurisdictionis perpetuae causa propositis accipiamus, nulla idonea ratio suadet. Deinde Praefecti Praetorio ante Constantini tempora neutiquam propriam iurisdictionem habuisse, sed tantum vice imperatoris cognovisse videntur[59]): cui consequens est, ut non ipsorum, sed imperatorum fuerit[60]), edicta iurisdictionis causa proponere, id quod tamen vel ab ipsis imperatoribus ante Constantinum

---

52) *Heineccius* hist. Edict. lib. I cap. 1 §. 3.

53) Zosim. II, 32.

54) Quod maxime de Perenni, Plautiano et Ulpiano PP. prodiderunt Lampridius et Xiphilinus.

55) *Heineccius* hist. Ed. lib. I cap. 2 §. 10.

56) *Drakenborch* de off. PP. cap. 3. *Ritter* hist. PP. cap. 2.

57) Sub Caracalla etiam Macrinus PP. *τῶν ἐν ἀγορᾷ οὐκ ἀπείρως εἶχε καὶ μάλιστα νόμων ἐπιστήμης* i. e. rerum forensium non imperitus erat et maxime legum scientiae. Herodian. IV, 12.

58) *Burchardi Staats- und Rechtsgeschichte der Römer* p. 261 not. 1. — *Otto* Papinian. cap. XIV §. 4. *Heineccius* hist. Edict. lib. I c. 5 §. 2.

59) *Bethmann-Hollweg Gerichtsverfass. des sinkenden röm. Reichs* p. 11. 44.

60) Marcus Antoninus auctoritate et periculo PP. iura dictasse dicitur. Cf. *Ritter* hist. PP. in Coll. nova Diss. p. 17.

M. rarius factum esse constat[61]). Denique ex hoc, quod Papinianus, Ulpianus ac Paulus ICti Praefecti Praetorio fuerint, non statim sequitur, eos edictis ius civile vel correxisse vel adiuvisse vel supplevisse; imo id ipsum, quod in illorum perinde atque in recentiorum ICtorum scriptis nusquam edictorum praefectoriorum mentio facta esse reperitur, aperto indicio est, eiusmodi edicta nec ab illis nec ab aliis Praefectis Praetorio tum temporis esse proposita. Itaque licet de gravissimis causis, quaeque ad totius imperii administrationem pertinerent, Praefecti Praetorio ante Constantinum edixerint, tamen edicta eorum iurisdictionis formam attigisse neutiquam videntur.

§. 8. *B. A Constantino M. usque ad Zenonem.*

Ius militaris disciplinae causa edicta reddendi Praefectis Praetorio una cum militari potestate a Constantino M. ademtum est: reliquae autem causae, de quibus post novam imperii formam a Constantino introductam edixerunt, plenius et certius, quam de anteriori tempore licuit, possunt enumerari. Nimirum quum antea Praefecti Praetorio pleraque negotia vice Imperatoris et quasi ex persona eius gessissent, ut, quae iis quaeve imperatoribus acta tribuenda sint, non facile sit ad diiudicandum, nunc propriam quandam administrationem et iurisdictionem habere coeperunt, quae imperio longe inferior est, licet alios magistratus antecellat. Praeterea etiam in variis Codicis Theodosiani constitutionibus edictorum a Praefectis Praetorio reddendorum mentio facta est[62]), ex quibus colligi potest, de quibus causis edicere consueverint.

Ac primum quidem imperatores constitutiones suas, non quidem omnes indistincte, sed eas, quae causas ad Praefectorum administrationem vel iurisdictionem spectantes attingerent, ad Praefectos Praetorio transmittere solebant, quas hi edictis in praefectura sua propositis iudicibus provinciarum intimabant, vel ad omnium notitiam pervenire faciebant[63]). Et interdum quidem Praefecti Praetorio constitutionis principalis mentione dumtaxat facta sententiam legis edicto intimabant[64]); plerumque autem constitutionum verbis praemissis sive antelatis[65]) edictum subiiciebant, quo vel simpliciter significarent, haec esse, quae princeps constituerit, vel etiam statuta principalia firmarent[66]). Nam ut olim Praetores edictis suis ius civile adiuvabant, actiones etc.

---

61) *Puchta Institut.* I p. 517 sq.

62) Cf. *Jac. Gothofredus* ad Cod. Theod. ed. *Ritter* To. VI P. II p. 5 sq.

63) Vide l. 4 C. Th. de decur. et silent. 6, 23. l. 6 C. Th. de itin. mun. 15, 3. Nov. post Cod. Theod. lib. I tit. 15 nov. 2 §. 4. — *Jac. Gothofred.* ad Cod. Theod. l. l. et To. I p. 3 sq. — *Brissonius* de formulis lib. III cap. 69.

64) *Otto* Papinian. p. 512.

65) De legibus antelatis edicto insignis locus est *Jac. Gothofredi* ad Cod. Theod. XI, 43 (ed. *Ritter* Tom. IV. p. 107), quem describam: „Mos hic scilicet olim fuit, ut magistratus iuberentur constitutiones seu edicta principum publice sub edicto seu programmate proponere et proferre, imo et anteferre, *praeferre:* praeferre, inquam, sic, ut lex principis praecederet, sequeretur mox edictum magistratus, quod recte probavit *Sirmondus* 2 Propemptici cap. 2....... comprobatur ex Novellarum subscriptionibus: Novellae, inquam, Valentiniani *de testamentis*, *de sepulchris*, *de libertis:* ubi diserte eae dicuntur: „*Antelatae Edicto Praefecti Praetorio,*“ ubi perperam Vir Clariss. emendabat: Antelato Edicto. Comprobatur id quoque Edicto Praefectorum, quo lex Theodosii, promulgata de Nestorii libris, inter Acta Synodi Ephesinae Part. IV pag. 1718 Tom. I Concil. Harduin. ubi aiunt diserte Praefecti, *τὸν τοῦ θείου φωτὸς γέμοντα νόμον προλάμπειν προσετάξαμεν, legem divino lumine plenam praelucere iussimus*....... Et recte *Sirmondus*, qui ex ipsa decori specie id etiam adstruebat: cui enim verisimile fiat, principum leges iudicum edictis subiectas fuisse? Idem vero recte contrariam sententiam perperam fulciri demonstravit his verbis: *Lex proposita sub Edicto;* ut Novella Valent. de praescript. 30 ann. Haec enim verba non ordinem denotant, sed modum proponendi: *sub*, idem est, quod *per* Edictum. Idem denique ostendit et προγράμματα et προθέματα non ideo dici, quod praeponerentur, sed quo *palam* proponerentur.“

66) Cf. l. un. C. Th. si per obreptionem 11, 13. — Caeterum apprime huc faciunt, quae *Heineccius* hist. Edict. lib. I cap. 5 §. 2 habet: „Ut exemplo res fiat clarior, exstant apud *Baronium* ad ann. 418 n. 18 et 20 acta quaedam adversus Pelagium et Caelestium, haereticos, quae ex tribus codicibus MSC. multo emendatiora edidit *Steph. Baluzius* sub finem Notar. ad Salvianum et Vincent. Lirinensem pag. 374. In illis primum occurrit, Honorii et Theodosii augg. rescriptum ad Palladium, praefectum praetorio, *datum prid. Kalendas Maias Ravennae DD. NN. Honorio XII et Theodosio VIII augg. consulibus*, quo capita dogmatis exsecrandi, Caelestium ac Pelagium, urbe expelli, sectatores vero eorumdem ad tribunalia pertrahi, ac deportatione puniri iubent. Quum vero adiecissent principes: *iurat autem per omne paene imperium nostrum, qua mundus extenditur, huiusmodi promulgata diffundi: ne scientiae forte dissimulatio pastum praestet errori, atque im-*

pro legum tenore se daturos esse polliciti, ita etiam Praefecti Praetorio principum constitutiones sese exsequuturos esse edicebant, poenas et mulctas[67]) minati iis, qui illas transgredi fuerint ausi. Unde etiam explicari debet, quod hactenus a viris doctis non satis intellectum esse video[68]), nimirum qui factum sit, ut inter constitutiones principales tot sint, quas imperfectas appellare licet; quandoquidem probabile est, leges eiusmodi perfectionem, ut ita dicam, edictis accepisse, quibus a Praefectis Praetorio vel aliis magistratibus ad omnium notitiam perferrentur.

Aliud genus edictorum, quae a Praefectis Praetorio reddebantur, ad rem tributariam et annonariam pertinebat. Indictio tributorum a principe facta edictis a Praefectis Praetorio publicabatur[69]): et aliquando etiam extraordinaria illatio a Praefectis Praetorio edictis propositis indicebatur[70]). Census etiam cura ad eosdem Praefectos pertinebat[71]), quem sicubi suo tempore[72]) renovare oporteret, per edicta hoc ipsi imperasse videntur. Denique exactores tributorum invigilare debebant, ut passim praecepta ad eos transmittere eosve edictis admonere necesse haberent[73]).

Tertium genus edictorum Praefectorum Praetorio hoc erat, quod ad officiales spectabat. Nam eiusmodi quoque edictorum, quibus denuntiaverint, quos ex officio suo eiecerint diversisque iusserint inhaerere muneribus, mentionem factam reperimus[74]).

Quartum genus pertinebat ad provinciarum administrationem. Inspiciebant enim, ne cui a rectoribus provinciarum oppressio fieret, providebant, ut defensores idonei constituerentur, decurionibus imminebant, opera publica, vias, cursum publicum, metalla, spectacula curabant: deque his rebus omnibus provinciarum iudices nonnunquam edictis admonebant[75]).

Denique etiam iurisdictionis causa passim edicta reddidisse videntur. Quod licet non possit certis probari argumentis, tamen pro auctoritate iudicii Praefectorum Praetorio verisimile et vel ideo credendum est, quoniam Praefecti Praetorio, ut mox videbimus, certe Anastasii et insequentium imperatorum temporibus eiusmodi edicta proposuerunt.

§. 9. C. *Ab Anastasio usque ad Iustinianum.*

Tempus, quod inter Anastasium et Iustinianum intercedit, in historia edictorum Praefectorum Praetorio non ideo ab anteriori tempore separavi et hac paragrapho specialiter pertractandum seposui, quod Praefectos Praetorio de aliis plane causis ab Anastasio inde edixisse credam: sed propterea, quod complura edicta a Praefectis Praetorio Orientis hoc tempore proposita etiamnum extent, quorum pars edita est, pars autem nunc primum a nobis edetur[76]). Deinde etiam M. Aurelius Cassiodorus Senator, qui apud Ostrogothos Theodorico regnante Praefectus Praetorio Italiae fuit, edictorum, quae ipse reddidit, formulas in unum collectas posteritati tamquam docu-

---

pune se quisque putet audere, quod condemnatum vigore publico sese finxerit ignorare: Palladius, praefectus praetorio, una cum collegis in continenti hoc edictum proposuit: *Iunius Quartus Palladius, Monaxius et Agricola, iterum praefecti praetorio, dixerunt, contra Pelagium atque Caelestium, catholici dogmatis fidem nefandis tractatibus destruentes, sententia principis invaluit, ut, venerabili urbe summoti, bonorum concilio mulctarentur. Hoc ergo omnes admoneri oportet edicto, ne quis sinistrae persuasionis erroribus credulum praestet adsensum. Et si ille sit plebeius ac clericus, qui in caliginis huius obscoena reciderit, a quocumque tractus ad iudicem, sine accusatricis discretione personae, facultatum publicatione nudatus, irrevocabile patietur exsilium. Nam superna maiestas, ut non colligit exsecrandam ignorantiam, ita ineptae disputationis reiicit iniuriam. Propositum exemplum Edicti.* Hactenus edictum praefectorium, quo principum constitutionem publicavit Palladius." — Cf. etiam *Haubold* Inst. literar. p. 269 sq.

67) Habebant enim Praefecti Praetorio ius mulctae dicendae usque ad quinquaginta aureos. l. 4 C. Iust. de modo mulctar. 1, 54.

68) Plerique enim unicum huic rei remedium paratum fuisse arbitrantur per Novellam Theodosii (Nov. post Cod. Theod. lib. I tit. 8) sive l. 6 C. Iust. de legibus 1, 14. Caeterum cf. *Brissonius* de formulis lib. III cap. 78.

69) Videatur l. 34 C. Th. de annona et tributis 11, 1 et *Jac. Gothofredus* in Paratitlo ad h. t.

70) Cf. l. 7. 8. C. Th. de extraordin. 11, 16.

71) L. ult. C. Th. de censu 13, 10.

72) *v. Savigny* in *Zeitschr. f. gesch. Rechtsw.* VI p. 375.

73) L. 173 C. Th. de decurionib. 12, 1.

74) L. 10. 16 in f. C. Th. de div. off. 8, 7.

75) L. 19 C. Th. de accus. 9, 1. l. 23 C. Th. de poenis. 9, 40. l. 1. 3 C. Th. de defensorib. 1, 11. l. 108 C. Th. de decurionib. 12, 1. l. 3. 34 C. Th. de operib. publ. 15, 1. l. 4 C. Th. de spectaculis 15, 5. l. 5. 22 C. Th. de cursu 8, 5.

76) Cf. cap. III.

mentum studii et administrationis suae reliquit[77]), atque ita edictorum, qualia tum temporis a Praefectis Praetorio Italiae proponebantur, fidelem imaginem repraesentavit, quae nobis, quum potestas Praefectorum Praetorio in Oriente atque Occidente similis fuerit, genera edictorum a Praefectis orientalibus emissorum quasi ob oculos ponit.

Iam vero Anastasii, Iustini Iustinianique temporibus Praefecti Praetorio fere de iisdem causis edixerunt, de quibus eos iam antea edixisse paragrapho superiori monuimus. Sanctiones imperatorum ad se transmissas propositis edictis vulgabant, quod Novellis Iustiniani ostenditur, quas passim Praefecti Praetorio *ἐδίκτων ἐν τοῖς συνήθεσι καὶ νομίμοις μόνον τόποις προτιθεμένων* vel *διὰ προγραμμάτων οἰκείων* vel *κατὰ τὸν νενομισμένον τρόπον κηρύγμασι* publicare iubentur[78]). Praeterea de tributis et annonis edicta emittebant, nec non de aliis rebus ad provinciarum administrationem spectantibus, id quod non solum constitutionibus nonnullis Codicis Iustinianei, repetitis fere ex constitutionibus Codicis Theodosiani supra laudatis, et formulis Cassiodori[79]) probatur, sed etiam apparet ex Edictis Praefectorum Praetorio mox edendis, inter quae v. c. reperiuntur edicta *de adiectione* (Ed. I et XXIV), *de apochis publicorum tributorum* (Ed. III c. 1, Ed. VI c. 1, Ed. XXXII c. 1, Ed. XXXIII c. 5), *de ponderatoribus* (Ed. VII), *ut pro unoquoque iugo unum ceratium ultra particularem delegationem praestetur* (Ed. XIII), *de L diebus post successionem* (Ed. XXVII c. 2), *de secretariis in provinciis* (Ed. XVIII), *de decurionibus* (Ed. IX), *de aedilibus* (Ed. VIII). Atque etiam Nov. CLXVII ab *Heimbachio* nuper[80]) integrior edita, quae continet *τύπον* Bassi Praefecti Praetorio, varia edictorum genera a Praefectis Praetorio reddi solita recenset initio his verbis: *Τὰ μὲν ἄλλα ὅσα διετυπώθη παρὰ τῶν ἡμετέρων θρόνων καὶ ἐν κοινοῖς δηλοῦνται γράμμασιν ἢ καὶ ἄλλοις γενικοῖς τύποις τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς, ἢ περὶ τῶν ἐπιχωρίων ἀρχόντων καὶ τάξεων καὶ ὅλως ἀπαιτητῶν διαλεγομένοις, καθ' ὃν αὐτοὺς δέοι τρόπον τοῖς ὑπηκόοις προσφέρεσθαι, ἢ περὶ τῆς τῶν ὑπηκόων αὐτῶν ἐν τοῖς συναλλάγμασιν ὀρθότητος, καὶ τῆς περὶ τὰς εὐσεβεῖς εἰσφορὰς εὐγνωμοσύνης, τὴν ἑαυτῶν ἔχειν ἰσχὺν βουλόμεθα κ. τ. λ.*, ut proinde vides, Praefectos Praetorio quaedam edixisse *de provinciarum praesidibus et officiis et simpliciter exactoribus*, quomodo eos oporteret cum subditis agere, *vel de bona fide a subditis ipsis in contractibus observanda, et de sacris illationibus devota mente inferendis.*

Caeterum *τύποι περὶ τῆς τῶν ὑπηκόων ἐν συναλλάγμασιν ὀρθότητος* (de bona fide a subditis in contractibus observanda), qui hoc loco laudantur, edicta indicant iurisdictionis causa proposita, quibus negotiis inter privatos agendis forma constituitur: cuiusmodi edicta, si non et antea, nunc tamen a Praefectis Praetorio reddita esse, nequaquam dubium est. Nam allegantur edicta Praefectorum Praetorio ad ius privatum spectantia vel ab ipso Iustiniano, veluti in l. 16 C. *de iudiciis* 3, 1, ubi dicitur generalibus formis Praefectorum Praetorio statutum esse, „*necessitatem imponi iudice recusato partibus ad eligendos arbitros venire et sub audientia eorum sua iura proponere,*" et in l. 27 C. *de fideiussoribus* 8, 40, ubi is, qui confessus est coram tabulariis, quod in fide sua aliquem suscepit, secundum generalia edicta sublimissimae praetorianae sedis post duos menses liberari dicitur, quasi sine scriptis fideiussione facta. Denique inter Edicta Praefectorum Praetorio, quae mox edemus, plurima sunt, quae ad iurisdictionem spectent, veluti *de in possessionem missione* (Ed. II, Ed. V c. 3, Ed. XII. XXIX), *de probationibus* (Ed. III. XX. XXI.), *de dotis constitutione et solutione* (Ed. V c. 1. 2, Ed. XXIII), et quae sunt eius generis reliqua.

§. 10. *De edictis Praefectorum Praetorio ordinariis et extraordinariis, publice propositis et ad magistratus, qui sub dispositione eorum essent, directis.*

Magistratus olim duplex genus edictorum proposuisse constat: alterum ordinariorum, ut

77) Variarum lib. XI. XII.

78) *Brissonius* de formulis lib. III cap. 69. 70. 71. 72. — *Biener Gesch. der Novellen* p. 25. 27 sqq.

79) Variar. lib. XI cap. 7. 35. lib. XII cap. 2. — Lib. XI cap. 16, lib. XII cap. 16. — Apud eundem Cassiodorum Var. lib. XI cap. 17 sqq. habentur edicta, quae officiales spectant.

80) *Zeitschr. f. gesch. Rechtsw.* VIII p. 352 sqq.

cum *Bachio*[81]) loquar, sive perpetuorum, quibus statim initio magistratus sui palam edicerent, qua ratione per totum annum magistratum suum gesturi essent, alterum extraordinariorum, prouti res ratioque postularet. Videtur igitur quaerendum esse, an etiam Praefecti Praetorio utriusque generis edicta promulgaverint.

Praefectos Praetorio perpetuae iurisdictionis et administrationis causa initio magistratus sui edicta proposuisse, nonnulli arbitrati sunt, veluti *Otto*[82]) et *Heineccius*[83]), idque duobus argumentis adstruere studuerunt: primum hoc, quod generales formae sive generalia edicta Praefectorum Praetorio passim laudentur, quae pro edictis perpetuae iurisdictionis causa initio magistratus propositis accipienda sint, deinde loco Cassiodori, qui Var. lib. XI cap. 8 sub auspicia praefecturae suae ad provinciales edixit: „*Priscus mos fuit, nova iura decernere, ut succedenti populo aliquid, quod omissum videbatur, adiungerent. Nunc autem sufficiens laus conscientiae est, vetera decreta servare.*“ Sed cur generalia edicta interpretemur perpetua i. e. initio magistratus proposita, nulla idonea ratio est; et Cassiodorus nequaquam hoc dicit, Praefectos Praetorio ante se ipsum edicta perpetua proponere consuevisse[84]), sed ad edicta perpetua Praetorum respexisse, et hoc sibi velle videtur, *priscum* illum *Praetorum* morem a novis magistratibus et inprimis a Praefectis Praetorio non observari. Itaque hoc potius Cassiodori loco laudato probatur, edicta perpetua initio magistratus a Praefectis Praetorio nunquam proposita fuisse: id quod vel ex eo probabile fit, quod de *perpetuis* Praefectorum Praetorio formis sive edictis in fontibus historiae iuris prorsus nihil memoriae proditum est[85]).

Verumenimvero etsi Praefecti Praetorio edicta perpetuae iurisdictionis causa sub auspiciis magistratus sui proponere non consueverint, tamen ordinaria ratione statim initio edicta divulgasse videntur, quibus auspicarentur quasi magistratum, et, se Praefectos Praetorio constitutos esse, iudicibus et provincialibus tractus sui atque etiam episcopis notum facerent, et se quidem iustitiae cultores fore publice sponderent, illos autem ad legum observantiam hortarentur. Huiusmodi enim edicta[86]) magistratibus in suscipienda administratione recentioribus certe temporibus quasi solennia fuisse, in universum ostendunt constitutiones imperatorum[87]), et de Praefectis Praetorio in specie probant Edicta Cassiodori Praefecti Praetorio Italiae ad Senatum urbis Romae, ad Papam, ad episcopos, ad iudices provinciarum et ad provinciales auspicandi magistratus causa emissa[88]).

Et haec quidem de *ordinariis* edictis Praefectorum Praetorio. Reliqua edicta omnia *extraordinaria* fuerunt. Ex his nonnulla generalia praecepta continebant in futurum observanda, nonnulla singulis dumtaxat rebus, prouti incidissent, normam dabant ad alia non extendendam. Deinde alia, — res plane nova et antiquitati incognita, — iussu imperatorum, alia pro potestate sua a Praefectis Praetorio sponte proponebantur. Inter illa eminent edicta, quibus quotannis indictionem a principe factam publicabant, quae medium quodammodo locum inter ordinaria et extraordinaria edicta obtinent[89]).

Caeterum edicta Praefectorum Praetorio aliquando certis tantum personis intimabantur, veluti rectoribus provinciarum[90]); edicta enim, quibus generaliter aliquid imperaretur, per modum

---

81) Hist. iurispr. lib. II cap. 2 sect. 3 §. 2. 3.

82) In Papiniano cap. 14 §. 4.

83) Hist. Edictor. lib. I cap. 5 §. 2.

84) *Heineccio*, cui haec interpretatio placuisset, sese iam opposuit *Cramer* in *Hugo Civil. Magazin* tom. III p. 161.

85) Nec Gaius (I, 6), nec alii post Gaium scriptores eius rei mentionem faciunt. Deinde lex Cornelia, qua magistratus populi Romani, qui iurisdictionem sortiti erant, ad edicta perpetua proponenda obstricti erant, ad novos magistratus neo pertinuit nec translata est. Denique non idem his temporibus, qui olim post legem Aebutiam, edictorum perpetuorum usus fuit.

86) Possis dicere: *Antrittspatente*. Cf. *Cramer* l. l. p. 159.

87) Haec edicta, quantum ad rectores provinciarum attinet, proprio nomine vocabantur *διατάγματα*, et *διαταγματάριοι*, qui ea ad provincias perferebant, l. 2 C. *de sportulis* 3, 2. — Cf. Nov. XVII c. 16, Nov. XCV c. 1 §. 2.

88) Variar. lib. XI cap. 1. 2. 3. 7. 8.

89) Hic esse videtur, quem *annuum sermonem* vocavit Cassiodorus Var. lib. XII cap. 2, quo loco talis edicti formula habetur. Ibi primum iudices generaliter adhortatur, et deinde sic pergit: „*Haec nos annuo sermone convenit loqui.... Veniamus nunc ad consueta....quod feliciter dictum sit, te officiumque tuum...possessores praecipimus admonere, ut tributa Indictionis XIII devota mente persolvant etc.*“

90) Probatur hoc eo, quod nonnunquam dumtaxat iudicibus provinciarum sanctiones imperatorum insinuare iubebantur; cf. *Gothofred.* ad Cod. Theod. ed. *Ritter* tom. I p. 3. Probatur praeterea Cassiodori formulis, quae

epistolarum emitti, ab antiqua quidem edictorum observantia prorsus abhorret, sed sub imperatoribus, Christianis maxime, usitatissimum fuit[90 a]). Aliquando autem edicta Praefectorum Praetorio, ut ad omnium notitiam pervenirent, in scripturam redacta per officiales vel hos, qui sub dispositione Praefectorum essent, in locis celeberrimis[91]), puta in foris civitatium vel in templis[92]), publice proponebantur. Quamquam edicta *in albo* proponendi ratio, quae olim obtinuerat[93]), non amplius custodita esse videtur; nam et nusquam eius rei mentio facta est, et Theophilo incognita fuit[94]).

§. 11. *De nominibus, quibus edicta Praefectorum Praetorio appellata sunt.*

Quum apud antiquos, quicquid magistratus publice praeciperet, hoc uno et communi nomine *edicti* appellaretur, sub imperatoribus factum est, ut pro variis edictorum generibus variae adinvenirentur designationes: idque vel maxime accidit in Edictis Praefectorum Praetorio. Haec enim varia nomina acceperunt, alia latiori alia strictiori significatione usurpata, alia e latino alia e graeco sermone hausta, quae nunc adiecta, si qua opus erit, interpretatione breviter recensebimus[95]).

Edicta Praefectorum Praetorio ea, quae publice proponebantur, tam latine quam graece scribentibus appellata sunt *edicta* (*ἔδικτα*), *programmata* (*προγράμματα*), Graecis etiam *κηρύγματα*. Ea vero, quae ad praesides sive iudices provinciarum dirigebantur, modo latine dicta sunt: *praecepta, praeceptiones*, modo graece: *προστάγματα, προστάξεις*, atque etiam *γράμματα, κοινὰ γράμματα, διαγράμματα*. Quaedam plane ex his *commonitoria* vocata sunt: nam commonitoria dicuntur fere literae edictales magistratus alicuius hortatoriae ad eos, qui sub dispositione eius sunt[96]).

Aliud edictorum genus *Ἴνδικας* vocasse videntur. Nimirum inter Edicta Praefectorum Praetorio, quorum rubricas Codex Marcianus 179 effert, habetur etiam numero XXI *ἴνδιξ ἄσπορος ἀλυπίου κωνσταντίνου*, et iterum numero XXII et XXIII *ἴνδιξ τῶν αὐτῶν*. Quibus locis quaerendum est[97]), quid *ἴνδιξ* significet; nam apud Lexicographos significatio verbi *Indicis*, quae huc faciat, nulla reperitur. Et mihi quidem videtur duplici modo accipi posse, vel ita, ut *edictum breve*, vel ita, ut *epistolam edictalem* significare intelligatur. Priorem interpretationem adiuvat hoc, quod *index* vocatur, quodcunque breviter exponitur, et quod etiam variis locis „*indicia*“ dicta sunt, quae aliis locis *brevia* appellantur[98]). Altera interpretatio, quam ego praestare cre-

---

plerumque ad certas personas directae sunt; probatur denique Nov. 166, quae continet Edictum Demosthenis Pf. Pr. ad Ortalinum (?) consularem Lydiae, ut est in editione *Heimbachii Zeitschr. für gesch. Rechtsw.* VIII p. 348.

90a) *v. Savigny System* I p. 124 not. g. p. 130sq. not. d. e. — *Puchta Instit.* I p. 618.

91) L. 3 C. Th. de indictionib. 11, 5. Cassiodor. Var. lib. XI cap. 9: „per loca celeberrima proponi faciat destinata.“

92) *Gothofred.* ad Cod. Theod. ed. *Ritter* tom I p. 4.

93) *Heinecc.* hist. Edict. lib. I c. 2 §. 5.

94) Videantur interpretes ad Theophil. IV, 6, 12 in edit. Reitzii. — Basilica, antiqui cuiusdam ICti (Anonymi) commentarium sequuta, in l. 7 pr. D. *de iurisd.* 2, 1 verba „*in albo*“ vertendo omittunt; videantur Basil. ed. *Heimbach* tom. I p. 203. — Caeterum vix opus est ut moneam, vocem *κηρύγματα*, qua aliquoties edicta Praefectorum Praetorio appellantur, non sic esse accipiendam, quasi per *κήρυκα* i. e. praeconem publicata fuerint: nam Praefecti ne habuerunt quidem in officio suo praecones.

95) Caeterum nolui hic locorum ubique mentionem facere, in quibus nomina mox afferenda occurrunt. Pleraque laudavit et exscripsit *Brissonius* de formulis lib. III cap. 69—71. — Cf. etiam *Heineccius* hist. Ed. lib. 1 cap. 2 §. 2, et *Jac. Gothofredus* in Glossar. ad Cod. Theod., Glossae Nomicae, *Ducange*, *Brissonius* aliique Lexicographi.

96) De commonitoriis videatur etiam *Beveregius* in Synodico in notis vol. II p. 202 b.

97) Locis laudatis etiam corruptela inesse potest. Nam *Ἴνδιξ* corruptum esse potest ex *Ἴνδικτον*, quod in Codd. MSS. passim scribitur *Ἴνδικ.* *Ἴνδικτον* vero aut idem esse potest, quod *ἴδικτον* s. *ἔδικτον* (cf. *Ducange* s. v. *ἴνδικτον* in appendice), aut significare Indictionem a Praefecto Praetorio publicatam. Mihi tamen, ut ingenue dicam, quod sentio, neutrum placet: imo, quum in Cod. Marciano *ἴνδιξ* ter perspicue positum sit, nihil omnino in hac voce mutandum esse censeo.

98) *Jac. Gothofredus* in Glossar. ad Cod. Theod. s. v. *Indicium*.

diderim, nititur dicendi genere scriptoribus latinis medii aevi usurpato, a quibus *Indiculus* pro epistola et libello accipitur[99]).

Praeterea sunt, quas *Formas* (graece *τύπους*) appellaverunt. Et plerisque[100]) quidem forma sensu iuridico quaecunque ratio ac dispositio, quodcunque praeceptum iuris esse videtur. Sic enim hoc verbum cum quadam emphasi in dictionibus „forma iuris," „forma edicti perpetui," „forma iurisdictionis," aliisque similibus usurpari putant. Nonnunquam autem etiam fontes, ex quibus istiusmodi formae deducerentur, (— causam ab effectu, —) formas vocatas esse statuunt: v. c. constitutiones principum, et similiter etiam edicta magistratuum, veluti Praefectorum Praetorio. Mihi vero vocabulum *forma*[1]) duas significationes probe a se invicem distinguendas habere videtur, alteram nempe, ut ita dicam, passivam, alteram activam. Prior, quae forte antiquior est, id significat, quod efformatum est, h. e. figuram rei, altera id, quod formam rebus dat; utraque autem significatione *forma* non solum de rebus corporalibus, sed etiam *μεταφορικῶς* usurpatur. Ideoque illa significatione, ut exemplis utar, non tantum de forma corporis humani, sed etiam de forma contractus vel iuris sermo est: hac autem non solum de forma numorum, verum etiam de forma aquarum, de forma censuali, de forma agrorum. Et activa quidem significatione etiam fontes iuris, utpote quibus ius efformetur, formae vocari potuissent; sed quum singulis antiquitus discreta nomina indita essent, veluti legum, SCtorum, edictorum, evenit, ut peculiare quoddam genus fontium iuris, quod sub imperatoribus demum exortum est, hoc nomine quasi technico insigniretur. Nimirum imperatores magistratibus a se creatis non tantum mandata dabant magistratum suscipientibus, sed etiam per tempus, quo magistratum gererent, subinde praeceptiones mittebant: et sic tandem formae appellatae sunt epistolae formales[2]), quae iussiones principum continentes ad magistratus directae sunt[3]). Iam vero sicuti imperatores formas dabant, ita sensim etiam Praefecti Praetorio dare coeperunt. Igitur formae Praefectorum Praetorio nihil aliud sunt, quam epistolae formales ad magistratus sub dispositione eorum constitutos, quae quidem ab edictis proprie sic dictis tum in formalibus tum in hoc, quod publice non proponerentur, diversa fuisse videntur. Inter formas autem et *προστάξεις* etc. supra memoratas hoc discrimen intercessisse videtur, quod illae a Praefectis Praetorio sponte et auctoritate propria, hae vero iussu imperatorum, potissimum ad publicationem constitutionum principalium, emissae fuerint[4]). Quamquam aliquando *Formarum* et *Praeceptorum* perinde atque Edictorum nomen tanquam commune et generale usurpatur.

Quod reliquum est, meminisse oportet, nominibus, quae edictis Praefectorum Praetorio indita esse hactenus vidimus, non solum Praefectorum Praetorio, sed etiam imperatorum aliorumve magistratuum praecepta appellata esse. Illa ut ab his distingui possint, plerumque adiectionibus et appositionibus[5]) efficitur. Quemadmodum enim principum constitutiones *θεῖοι τύποι*

99) Ita apud Marculfum form. lib. II cap. 49 habetur „*Indiculus generalis ad omnes homines.*" — Cf. praeterea *Ducange* Lex. med. et inf. Latin. s. h. v.

100) Vide praeter hos, quos supra laudavi not. 95, etiam *Dirksen* Manuale s. v. Forma.

1) Quum diminutivi usus, ubi primitivum verbum eandem significationem habet, plerumque cadentis latinitatis indicium sit, mirum profecto est, quod in hac voce, de qua agimus, aliter plane res cesserit. Nam *formae* vocabulum recentiores scriptores fere diminutivo *formula* praeferunt, adeoque formas vocant, quas antiquiores auctores formulas appellare consueverant.

2) Cf. Suetonius in Domitiano c. 13 et 20, ibique interpretes. — Itaque a forma epistolarum et rescriptorum formas dictas esse crediderim, ut proinde haec significatio verbi formae neutiquam cohaereat cum verbo formulae, quod apud antiquiores scriptores aliquando idem significat, quod dispositio, sed potius cum formis sive sanctionibus pragmaticis, quae dicuntur.

3) Sic Capitolin. in Antonino Pio c. 6 de formis ab Antonino compositis loquitur. Eodem pertinet forma ab Hadriano et forma a D. Marco data, quarum mentio fit in l. 14 D. *de aliment. vel cibar. legat.* 34, 1 et l. 10 D. *de pactis* 2, 14. Denique me quidem iudice hoc sensu etiam accipienda est haec dictio: *forma edicti perpetui*, quae non significat clausulas sive tenorem edicti perpetui, sed potius intelligenda est de forma super edicto perpetuo data, nempe illa, qua Hadrianus magistratus provinciales edictum perpetuum a Salvio Iuliano et Servio Cornelio compositum sequi iusserit. Videatur tamen *Puchta Institut.* I p. 547.

4) Nimirum nusquam me legere memini, Praefecto Praetorio imperatum esse, ut „formis suis" quicquam divulgaret. — Caeterum an formales quoque inter formas et praeceptiones Praefectorum Praetorio differentiae extiterint, dubitari potest.

5) Edicta Praefectorum Praetorio aliquando *generalia*, *τύποι γενικοί* vocantur: iidemque ad honorem Praefectu-

(*sacrae* formae) audiunt, sic edicta Praefectorum Praetorio verbi causa vocantur „formae sublimissimae praetorianae sedis[6])“, *τύποι τῶν ἐπάρχων*[7]), *ἐπαρχικοί*[8]) sive *ἐπαρχικοὶ τύποι*[9]). Atque hinc orta est appellatio *Eparchicorum*, qua viri docti post *Cuiacium*[10]) edicta Praefectorum Praetorio fere significare solent. Nos ea abstinendum esse putavimus, tum quia nullis veterum auctorum testimoniis comprobatur, tum quia ambiguitatem quandam in se habere videtur, utpote quae praecepta *τῶν ἐπάρχων τῶν πραιτωρίων* et *τῶν ἐπάρχων τῆς πόλεως*, imo *τῶν ἁπλῶς ἀρχόντων* sive *ἐπαρχόντων*[11]) plane confundat[12]).

§. 12. *De auctoritate edictorum Praefectorum Praetorio.*

Supra observavimus, edicta Praefectorum Praetorio modo praecepta generalia in futurum observanda comprehendisse, modo singulis dumtaxat rebus, prouti incidissent, normam imposuisse ad alia non extendendam. Et his quidem edictis, sicubi competenter aliquid imperatum esset, id statim observatum esse, non est quod fuse demonstrem. Tantum generalia illa edicta quatenus obtinuerint, diligentiori tractatu indigere videtur, ideoque de iis solis in sequentibus sermo erit.

Iam vero inquirentibus nobis in vim atque auctoritatem edictorum Praefectorum Praetorio primo quidem obtutu non improbabile videbitur, eiusmodi edicta annua fuisse vel certe non ultra valuisse, quam is, qui ea proposuisset, Praefectura fungeretur, et proinde temporalem dumtaxat valorem habuisse, nisi forte a successoribus confirmarentur et sic tralatitia fierent. Nam antiquitus institutum fuerat, ut quodlibet edictum omnem vim atque auctoritatem amitteret, postquam is, qui id proposuisset, magistratu sese abdicasset, nisi forte a successore eius in novum edictum ab ipso proponendum verbotenus translatum vel simpliciter confirmatum esset. Idque etiam in edictis Praefectorum Praetorio obtinuisse, nonnulla sunt quae indicare videantur. Cassiodorus enim, Praefectus Praetorio sub Theodorico Ostrogothorum rege, edictum a se propositum Variar. lib. XII cap. 2 „*annuum sermonem*“ vocat. Idem Cassiodorus Variar. lib. XI cap. 8 his verbis: „— *sufficiens laus conscientiae est*; *vetera decreta servare*“, edicta Praefectorum Praetorio tralatitia se servaturum esse, promittere videtur. Et similiter Nov. CLXVII, quae est Forma Bassi Praefecti Praetorio, eo loco, quem §. 9 exscripsimus, atque etiam Forma Hephaesti, quae mox a nobis edetur, edictorum a praedecessoribus compositorum confirmationem continent.

At enim vero rem accuratius perscrutantibus coniectura illa non potest non erronea videri. Scilicet quum magistratus Praefectorum Praetorio haud fuerit annuus, ineptum est existimare, edicta eorum annua fuisse. Nec magis verisimile est, edicta eorum, donec magistratum gererent, non autem ultra valuisse: nam sic confusa profecto atque incerta cuncta fuissent, quum Praefecti Praetorio haud raro per dies vel menses mutati sint, et priusquam edictum Praefecti

---

rae etiam *μέγιστοι* dicuntur. Sed hoc epithetum, an semper et unice edicta Praefectorum Praetorio significet, affirmare non ausim: illud vero vel minus his edictis proprium est, utpote quod omnibus edictis tam imperatorum quam aliorum magistratuum, quae generaliter aliquid praecipiunt, competat.

6) Cf. l. 16 C. *de iudiciis* 3, 1.

7) Index Novellarum CLXVIII in Cod. Marc. 179 haec habet: *ἡ ρξϛ' ἐστὶ τύπος α' τῶν ἐπάρχων. ἡ δὲ ρξζ' ἐστὶ τύπος κδ' τῶν ἐπάρχων. ἡ δὲ ρξη' ἐστὶ τύπος τῶν ἐπάρχων β'.* Cf. *Biener Gesch. der Novellen* p. 618.

8) In Cod. Marc. 179 indici Edictorum Praefectorum Praetorio inscribitur: *Ἀρχὴ τῶν ὑπαρχικῶν τύπων.* Videatur Delineatio p. 105, et *Biener* l. l. p. 619, qui perperam habet *ἐπαρχικῶν*.

9) Nov. 168 in Indice Reginae inscriptionem habet: *ἐπαρχικὸς τύπος περὶ ὁμοδούλων.* Videsis *Heimbach Ἀνέκδ.* tom. II p. 246.

10) *Cuiacius* Obss. VI, 10, qui edicta Praefectorum Praetorio *Eparchica* appellata esse tradit. Sumsit hoc *Cuiacius* ex Harmenopulo, qui se *Eparchicis* in Hexabiblo componenda usum esse in Protheoria professus est. Verum haec Eparchica ab Harmenopulo collata edicta Praefectorum Praetorio fuisse, perperam *Cuiacius* statuit, quandoquidem Harmenopulus ipse haec *ἐπαρχικὰ ἀπὸ τῶν τοῦ ἀσκαλωνίτου ἰουλιανοῦ τοῦ ἀρχιτέκτονος ἐκ τῶν νόμων ἤτοι ἐθῶν τῶν ἐν παλαιστίνῃ* esse dicit. Cf. Harm. II, 4, 12.

11) Etiam edicta Praefectorum Urbi *ἐπαρχικά* vocata esse *Cuiacius* ipse existimasse videtur: negat autem, edicta praesidum unquam sic appellata esse. Sed quidni? Certe Harmenopuli *ἐπαρχικά* provincialia sunt, quippe quae dicantur esse *ἐκ τῶν νόμων ἤτοι ἐθῶν τῶν ἐν παλαιστίνῃ*. Vide tamen *Bienerum Gesch. der Nov.* p. 99 not. 27 in alia omnia abeuntem.

12) Hinc corrigas velim, quae dixi in Delineat. §. 8. Ibi enim auctoritate *Cuiacii* deceptus vel ipse verbum *ἐπαρχικῶν* pro edictis Praefectorum Praetorio usurpavi.

alicuius per provincias divulgatum esset, successor ei ab imperatore datus sit. Denique certis argumentis demonstrari potest, Iustiniani certe temporibus edicta Praefectorum Praetorio perpetuum valorem habuisse. Primum enim Iustinianus in l. 27 C. *de fideiussoribus* 8. 40, quae ad Ioannem Praefectum Praetorio data est, in genere quasi valida allegavit *„generalia edicta sublimissimae praetorianae sedis,“* nec adiecit „a te proposita“ vel certe „tuae sedis“, ita ut etiam anteriorum Praefectorum Praetorio edicta comprehendere videatur; atque idem Iustinianus in Nov. XXX cap. 3 formas Nicetae antiquioris cuiusdam Praefecti Praetorio in suo robore manere iussit. Similiter etiam Theodorus ICtus Graecus, qui sub Tiberio vixit, formam a Leone Praefecto Praetorio multo ante emissam quasi obtinentem adhuc laudavit [13]). Quid? quod collectiones edictorum Praefectorum Praetorio, tam antiquiorum quam recentiorum, quae post Iustinianum in usu fuerunt, et trium formarum in Collectionem CLXVIII Novellarum receptio aperto testimonio sunt, edicta ista etiam posterioribus temporibus observata esse [14]).

Quas autem rationes supra attuli indicaturas, edicta Praefectorum Praetorio eatenus tantum valuisse, donec auctor eorum magistratum deponeret, eae speciosae magis quam verae sunt. Nam *sermo annuus* apud Cassiodorum non de edictis annuis Praefectorum Praetorio, sed secundum id, quod §. 10 not. 89 notavimus, de indictione quotannis a Praefecto Praetorio publicanda accipiendus est. Idem Cassiodorus, ubi sub auspiciis magistratus sui *vetera decreta* se servaturum esse edicto promittit, de antiquis iuribus et legibus in genere, non autem de edictis Praefectorum Praetorio tralatitiis cogitasse videtur; Praefecti autem Praetorio Orientis, qui edictis suis praedecessorum edicta confirmaverunt, usi sunt hac in re usitata quadam licet superflua dicendi formula, quam etiam in imperatorum constitutionibus saepenumero paene abundare deprehendimus [15]). Denique si quaeras, quomodo factum sit, ut antiqua ratio, secundum quam edicta magistratuum nonnisi annuum vel certe temporalem valorem habuerunt, in Praefectis Praetorio haud obtinuerit, non est difficilis ad hanc quaestionem responsio. Nonnulli [16]) quidem arbitrantur, hanc quasi praerogativam Praefectorum Praetorio fuisse, ut edicta eorum servata sint, postquam is, qui ea proposuisset, abiisset magistratu. Mihi vero universum illud edictorum annuorum sive temporalium institutum sensim sensimque in desuetudinem abiisse videtur. Etenim magistratus novi, qui ab imperatoribus creabantur, non semper ad certum tempus constituebantur, ut proinde edictorum, quae proposuissent, auctoritas circumscribi certo tempore vix potuerit. Imo quemadmodum acta imperatorum initio monarchiae confirmatione post certum tempus indigebant, postea autem in perpetuum valitura fiebant, ita etiam edictis magistratuum, qui potestatem ab imperatoribus accepissent, perpetuum robur tacite accomodatum esse videtur. Nempe quum olim pro constitutione liberae reipublicae persona ipsa, quae populi scito magistratum accepisset, imperare et edicere esset visa, postea non tam personae singulari magistratus, quum potius τῷ ἀσωμάτῳ et quasi ἀθανάτῳ τῆς ἀρχῆς imperium et iurisdictio et administratio cum iure edicendi adscribebatur, ita ut per successiones in magistratu factas gesta et edicta praedecessorum infirmari minime viderentur.

Quae quum ita sint, dubium esse non potest, quin a Praefectis Praetorio edicta in perpetuum valitura proposita sint. Plerique [17]) adeo historiae iuris auctores, ad l. 2 C. *de officio Praefecti Praetoriorum Orientis* 1, 26 provocantes [18]), quasi quoddam ius legum ferendarum Praefectis Praetorio tribuere voluerunt, eorumque edicta vim legis habuisse contendunt. Sed constitutio illa hoc tantum edicit, edicta Praefectorum Praetorio *servari* debere; verbum autem *servari* simpliciter positum nequaquam significat „pro lege custodiri“ sive „legis vicem obtinere.“

---

13) Basil. ed. *Fabrot.* tom. IV p. 414 schol. t.

14) Conferatur etiam Nov. 134 cap. 6.

15) Videatur exempli gratia l. 5 C. de legit. tutelis 5, 30. l. 3 C. de bonis libert. 6, 4.

16) Veluti *Puchta Instit.* I p. 617 not. c.

17) Gl. ad l. 2 C. cit. *Cuiac.* Obss. VI, 10. *Bethmann-Hollweg Gerichtsverfass. des sinkenden römischen Reichs* p. 75. *v. Savigny System* I p. 144. *Puchta Institutionen* I p. 616.

18) Nonnulli etiam provocant ad Cassiodor. Var. VI, 3, ubi haec de Praefecto Praetorio leguntur: *„Paene est, ut leges condere possit.“* Sed hoc ipsum, quod vocabulum *paene* usurpatur, satis aperte indicat, ne a Cassiodoro quidem Praefectum Praetorio quasi alterum legislatorem praedicari.

Itaque ius legum ferendarum Praefectis Praetorio perperam vindicatur, et edicta eorum a legibus probe distinguenda sunt. Discrimina autem inter leges, quae vere dicuntur [19]), et edicta Praefectorum Praetorio haec intercedunt. Primum: quum lex generalis universis totius imperii civibus imperet, edictum generale Praefecti Praetorio provincialibus tantum in tractu, cui praeest, praecipit. Alterum: edicta Praefectorum Praetorio ita demum valent, si legibus non sint contraria; lege scilicet lex abrogari potest, non autem edicto magistratus, cui hactenus tantum ius edicendi concessum est, quatenus nil contra leges fiat. Tertium: quum leges de qualibuscunque causis ac negotiis ferantur, edicta a Praefectis Praetorio solum de his rebus, quarum cura ad eos pertinet, possunt proponi. Denique quartum hoc est: lex magistratibus omnibus normam imperandi praescribit, edictum autem Praefecti Praetorio ne hos quidem magistratus, qui in praefectura eius constituti sunt, omnes obstringit, sed eos tantum, qui sub dispositione eius sunt [20]).

§. 13. *Interpretatio legis 2 Cod. de officio Praefecti Praetoriorum Orientis et Illyrici.*

De Praefectorum Praetorio edictis eorumque auctoritate insignis locus est l. 2 Cod. *de officio Praefecti Praetoriorum Orientis et Illyrici*, quam aliquoties iam laudavimus et nunc diligentius examinemus. Verba eius legis haec sunt:

> *Idem A. Restituto.* Formam [21]) a Praefecto Praetorio datam, etsi generalis sit, minime legibus vel constitutionibus contraria [22]), si nihil postea ex auctoritate mea innovatum est, servari aequum est. *Dat. Idib. Aug. Severo et Quintiano Conss.*

Eiusdem tituli lex prima, quae praecedit, inscribitur: *Imp. Alexander* etc. Itaque *Idem Augustus*, a quo l. 2, de qua agimus, profecta esse dicitur, Alexander est, sive, ut plenius dicam, M. Aurel. Severus Alexander. Is igitur Restituto cuidam, sive privato sive magistratui minori [23]), in verba illa rescripsisse dicitur: *Idibus Augustis Severo et Quintiano Consulibus*, qui

---

19) Leges, *νόμους abusive* aliquando vocant edicta magistratuum. Lydus de magistratib. II, 16, qui *νόμους τοῦ Καππαδόκος* laudat, aut de Edictis, aut, quod magis placet, de moribus Ioannis Cappadocis Praefecti Praetorio intelligendus est.

20) De hoc, quod ultimo loco posuimus, longe aliter iudicavit *Alciatus*, qui Paradox. II, 9 sic existimat: „si praefectus praetorio legem in sua provincia promulgaverit, ... etiam caeteros, alioquin eius iudicio non subiectos, tamen lege illa teneri; cuius exemplum inter iudiciorum sanctiones hoc reperire est. Generali praefecti praetorio forma expressum fuerat, iudicem delegatum, si suspectus esse coepisset, recusari posse; dubitatum deinde est, num et idem in delegato principis esset, et idem esse, Iustinianus Caesar respondit: quod non tam ex eius lege locum habet, quam quod generalis haec praefecti forma etiam ad hos delegatos produci potest: et hanc interpretationem, quamvis reclamante *Iasone*, textui ipsi (l. 16 C. *de iudiciis* 3, 1) magis convenire, qui eum viderit, pronunciaturus est, scio.“ Sed argumentum, quo *Alciatus* utitur, quam infirmum sit, textus ipse luculenter ostendit; dicit enim Iustinianus: „*Apertissimi iuris est*, licere litigatoribus iudices delegatos ante, quam his inchoetur, recusare, quum *etiam* ex generalibus formis sublimissimae tuae sedis statutum sit, necessitatem imponi iudice recusato partibus ad eligendos arbitros venire etc.“ Caeterum poterit ali quis ad stabiliendam *Alciati* sententiam hoc adducere, quod in nonnullis edictis etiamnum extantibus Praefecti Praetorio praecipiant, quid in urbe regia fieri debeat, ubi tamen Praefecto Urbi iurisdictio competebat. Sed hoc vel sic explicari potest, ut Edicta illa a Praefectis Praetorio hactenus data esse intelligantur, quatenus ipsi in urbe iurisdictionem haberent, vel sic, ut ea a Praefectis Praetorio una cum Praefectis Urbi proposita esse dicantur, quandoquidem passim summi magistratus simul edixisse videntur. Cf. Concilior. collect. nova ed. *Mansi* tom. V p. 415. 661.

21) *Accursius* in quibusdam exemplaribus „Normam“ legi auctor est. Nempe *norma* pro *forma* a librario parum docto emendatum esse videtur, et glossema ita sapit, ut nil supra.

22) Ita ut nunc hic locus legitur verba: *minime — contraria* per oppositionem ad *τὸ generalis* trahenda sunt, quamquam haec verborum structura perquam dura est. Variantes lectiones, quas libri MSS et editi suppeditant, nullius usus sunt. Nam quod in Codice Gottingensi legitur: *generalitas*, ut referatur ad verba: *legibus vel constitutionibus*, vel quod alii habent: *et si generalis sit, si minime* etc. nec sensum magis idoneum praebet, nec ferri potest. *Puchta* (*Instit.* I p. 616 not. a) haec verba: *minime legibus vel constitutionibus contraria*, emblema Triboniani esse censet: fortasse propterea, quod orationem quasi impediant, fortasse etiam propter usum vocis *minime*. Equidem non iam Tribonianismum hoc loco latere crediderim, quippe cui verborum: *legibus et constitutionibus* iuxta positio non satis conveniat, quam potius *contrariam*, ut ad *formam* referatur, pro *contraria* scribendum esse existimaverim.

23) Nam ubi nomini eius, ad quem rescribitur, magistra-

tes annus post Christum natum **235**, non **236**, ut in antiquioribus editionibus Codicis Iustinianei perperam positum est. Constat autem, Alexandrum his ipsis Consulibus et quidem iam die XIV Martii in Germania militum factione interfectum esse, ideoque aut inscriptionem aut subscriptionem mendosam esse plerique existimaverunt, quippe quae Alexandrum auctorem facerent legis post multos dies, quam diem supremum obiisset. *Pagius*[24]) *Idibus Februariis* legendum censuit, *Ritterus*[25]) *Idibus Ianuariis* legere maluit. Contra *Spangenbergius*[26]), cum quo *Hauboldus*[27]) facere videtur, Maximinum, qui Alexandro occiso statim ad imperii fastigium elatus est, auctorem nostrae legis esse statuit, et propterea inscriptionem eius sic emendare voluit: *Imp. Maximinus Restituto.* Sed communis et constans Codicum MSS lectio quodammodo defendi posse videtur. Dies nimirum et Consules non ipsa imperatoris manu rescriptis subscribebantur, sed alia manu sive post subscriptionem manu divina factam sive ad latus adiiciebantur, id quod tam aliis locis, quam his probatur, quos affert *Brissonius de formulis* lib. III cap. 78 et 82. Et haec quidem diei et Consulum adnotatio tunc facta esse videtur, quum rescriptum e scriniis imperialibus prodiret: ita ut plerumque dies posterior, quam quo princeps rescriptum dictasset, a scriniariis minus expeditis adnotaretur. Iam vero quum Alexander initio anni p. Chr. n. **235** in Galliam et Germaniam, imo Britanniam profectus esset, nec scrinia forte, utpote bello intentus, secum duxisset, facile evenire potuit, ut, quae rescripta in itinere dederat, post eius mortem demum e scriniis emitterentur et diem morte eius posteriorem in subscriptione prae se ferrent. Itaque standum lectioni vulgari, quae Alexandrum paulo ante, quam cum imperio vitam amitteret, rescriptum, de quo agimus, dedisse significat.

Transeamus nunc ad alterum disputationis nostrae caput, quaestionem nimirum de sententia, quae constitutioni Alexandri tribuenda sit. Qua quidem de re viri docti[28]) communiter quasi sic videntur sentire: Alexandrum Praefectis Praetorio primum hac constitutione ius formas generales dandi, i. e. edicta generalia perpetuae iurisdictionis causa proponendi, concessisse, et edictis huiusmodi vim legum sive robur constitutionum largitum esse[29]). Sed haec interpretandi ratio, si quid video, prorsus improbanda est. Primum enim vocabulo formae edictum perpetuae iurisdictionis causa propositum significari, nullis testimoniis comprobari potest, et secundum ea, quae **§. 11** disputavimus, a genealogia eius verbi abhorret. Deinde propterea, quod servari ab Alexandro iubentur, formae Praefectorum Praetorio non statim vim legum habent: nam servandi vocabulum plane generale est, et nisi quid expresse *pro lege* servari iubeatur, legis vicem non semper habet.

---

tus nomen non est additum, non statim ille pro privato habendus est. Nomen magistratus, maxime si ex minoribus esset, in rescriptorum inscriptionibus aliquando ab iis, qui rescripta colligerent, aliquando a librariis per incuriam omissum esse videtur.

24) Crit. in Annal. *Baronii* ad annum 235.

25) Hist. PP. cap. 2 in fine.

26) In edit. Corp. Iuris Gotting. in notis ad l. 2 C. cit.

27) In tabb. chronologg. ad a. 235.

28) Videantur auctores not. 17 laudati. *Walter Rechtsgesch.* p. 295 cum cautione: „*Alexander Severus*," ait, „*gab ihm* (Praefecto Praetorio) *selbst das Recht, allgemeine Verordnungen zu erlassen.*" *Burchardi* autem *Staats- und Rechtsgesch. der Römer* §. 112 haec habet: „*Alexander Sever bestimmte, dass die von den Präfecten des Prätoriums erlassenen Verordnungen,* Formae, *insofern sie weder den Volksschlüssen* (?) *noch den Constitutionen widersprächen, Gesetzeskraft haben sollten*", et in nota addit: „l. 2 C. de offic. praef. praet. (1, 26.) *Der Schlüssel zu dieser Bestimmung möchte in der eigenthümlichen Stellung zu finden seyn, welche Ulpian als Präfect des Prätoriums einnahm, da er während der Jugend von Alex. Sever gewissermassen Reichsverweser war.*" Verum Ulpianus, quod pace viri clarissimi dixerim, quantumvis ad augendam Praefectorum Praetorio potentiam contulerit, hoc tamen tempore, quo l. 2 C. cit. data est, e vita iam excesserat.

29) Interpretatio legis nostrae, quam *Alciatus* Paradox. lib. II cap. 9 proposuit, digna esse videtur, quae hoc loco integra describatur. Sic enim ille: „Quemadmodum id intelligendum sit, tractatum a maioribus video, at *Bartolus* aliique numero plures, facultatem habere praefectum praet. universalem legem condendi, ex ea constitutione putant. At alibi idem *Bartolus*, et quidam alii, *Othofredo* autore, id illi minime licere, nisi in his, quibus praeest provinciis, arbitrati sunt: verbumque illud generale extra eius territorii fines non accipiunt. In quam sententiam si accedamus, nihil magis praefecto praetorii competet, quam caeteris magistratibus, qui in sua administratione et ipsi iura statuere edicereque possunt. Quod omnino verisimile non est (?), tametsi alium ipse huiusce legis sensum existimem, ut si praefectus praetorio legem in sua provincia promulgaverit, et quidem generaliter, exempli causa: quicunque, vel omnis qui tale commiserit, plectatur: si imperatoriis constitutionibus non adversetur, etiam caeteros, alioqui eius iudicio non subiectos, tamen lege illa teneri etc."

Denique quis est, qui sibi persuaderi patiatur, Praefectos Praetorio ἀκμὴν potentiae suae, facultatem leges condendi, *rescripto* ad privatum vel ad magistratum minorem dato consequutos esse?

Quae quum ita sint, opinione communi reiecta novam, age, interpretationem quaeramus.

Secundum id, quod supra §. 11 exposuimus, formae proprie sunt epistolae formales a principe ad magistratus sub dispositione eius constitutos directae, quales fere praecepta generalia continentes in causis gravioribus mitti solebant. Et haec quidem formarum ratio quemadmodum ab imperatoribus originem duxit, ita initio ius formas dandi imperatori soli competebat. Postea autem Praefecti Praetorio, quum ad summum potestatis suae fastigium pervenissent, vice imperatoris formas dare coeperunt: idque potissimum sub Alexandro factum esse probabile est, quippe qui iuvenis admodum regnum susceperit et imperii administrationem paene totam Praefectis Praetorio commiserit. Dubitatio autem esse poterat, an formae a Praefecto Praetorio iure darentur et a magistratibus custodiendae essent: nam magistratus, ad quos formales epistolas dirigeret, Praefectus Praetorio tum temporis nullos sub sua ipsius dispositione habebat, et antiqua observantia haec erat, ut ab imperatoribus tantum formae emanarent. Ita factum esse videtur, ut Restitutus quidam, magistratus puta, ad quem eiusmodi forma a Praefecto Praetorio data esset, ad Alexandrum de ea re referret. Alexander autem Restituto in haec verba rescripsit: Etiam formam generalem a Praefecto Praetorio datam, dummodo legibus vel constitutionibus non sit contraria, (— nam potestas Praefecti Praetorio adeo quidem non extenditur, ut quicquam contra leges imperare vel praecipere possit, —) servari aequum est, i. e. pro auctoritate, qua Praefectus Praetorio pollet, observari par est, si nihil postea ex auctoritate mea innovatum est, i. e. si formam ab illo datam quasi tacite comprobavero, et nec revocavero eam nec novam formam ipse dedero. — Ex hac igitur interpretatione legis 2 Cod. *de officio Praefecti Praetoriorum* non quidem nunc primum Praefecti Praetorio ius generales formas edendi ab Alexandro acceperunt, — id quod rescripto ad magistratum inferiorem effici haud poterat, — sed postquam aliquamdiu eiusmodi formas dare coepissent, et dubitatio exorta esset, an potestatem, quae soli imperatori competere videretur, iure sibi vindicassent, Imperator Alexander de ea re consultus formas eorum observandas esse rescripsit.

Verumenimvero interpretationi, quam modo exposuimus, hoc quodammodo obstare videtur, quod non est verisimile, magistratum aliquem inferiorem iussionibus Praefecti Praetorio illis temporibus renitendi habuisse audaciam, et quod Praefectos Praetorio, quippe qui pleraque vice principum agerent, etiam formas nemine contradicente probabilius sit edidisse. Itaque alteram potius interpretationem praetulerim, quam nunc proponam.

Nimirum Domitium Ulpianum, cui Praefecturam Praetorio Alexander dederat, et caetera, quae ad administrationem imperii pertinebant, dum adolesceret, permiserat, varias subinde formas dedisse credibile est. Is quum postea a militibus praetorianis necatus esset, quaestio enata esse videtur, an formae ab eo datae etiam post mortem eius obtinere deberent. Nam in haec ipsa tempora mutatio illa[30]) incidit, qua tandem effectum est, ut, sicuti constitutiones imperatorum, ita etiam edicta magistratuum perennia fierent[31]): unde facile evenire potuit, ut magistratus quis Imperatorem Alexandrum de hoc consuleret, an formae ab Ulpiano datae, postquam successorem accepisset, etiamnum observandae essent. Alexander autem ad eiusmodi consultationem in haec verba rescripsit: Formam generalem ab Ulpiano Praefecto Praetorio datam, si legibus vel constitutionibus non sit contraria, (— nam eiusmodi forma non consistit, quum Praefectus Praetorio legibus derogare non possit, —) servari aequum est, i. e. etiamnum in suo robore manere convenit, si nihil postea, i. e. postquam Ulpianus mortuus est et alius in eius locum suffectus est, ex auctoritate mea innovatum est[32]). — Secundum hanc interpretationem Imperator Alexander

30) Cf. supra §. 12.

31) Mutatio illa, quantum ad edicta magistratuum attinet, coepisse videtur ab Edicto perpetuo per Hadrianum confirmato. Sed quando perfecta fuerit, quaeri potest, quum quod maius est, vel post Hadrianum aliquatenus in ambiguo fuisse videatur, an constitutiones principales in perpetuum valerent. Quantumvis enim Gaius I, 5 nunquam dubitatum esse affirmet, quin constitutio principis legis vicem obtineret, tamen l. 2 C. *de diversis rescriptis* 1, 23 Claudii adeo temporibus dubitationes superfuisse ostendit.

32) Animadvertas, quaeso, quomodo singula verba legis, de qua agimus, alio hic, quam supra, sensu acceperim.

non quidem nunc primum in l. 2 C. *de officio Praef. Praet. Or.* constituit, ut formae Praefectorum Praetorio in perpetuum valerent, verum id confirmavit rescripto ad Restitutum quendam, qui fortassis propter hoc solum, quod Ulpianus a militibus praetorianis quasi damnatus et necatus esset, de eo addubitandum esse crediderat.

Habes iam duas interpretationes rescripti ab Alexandro dati, utramque ab ea, quae quasi communis virorum doctorum esse videtur, diversam; elige, quam sequi velis.

§. 14. *De vi, quam edicta Praefectorum Praetorio in iure civili excolendo et efformando habuerunt.*

Vidimus hactenus, Praefectos Praetorio summam potestatem habuisse longeque maiorem, quam olim praetores: vidimus etiam, edicta ab iis proposita esse non tantum iurisdictionis sed etiam administrationis causa, eaque non, ut praetorum edicta, annua fuisse sed in perpetuum obtinuisse, nisi quid postea novis edictis vel ex auctoritate principum innovatum esset. Iam vero licet hinc colligendum esse videatur, edicta Praefectorum Praetorio in iure privato et publico efformando plus valuisse, quam ipsa praetorum edicta, res tamen longe aliter cessit: in iure enim Iustinianeo paucissima tantum vestigia eorum reperiuntur.

Si autem quaeras, qui factum sit, ut edicta Praefectorum Praetorio minorem, quam edicta praetorum, vim in iure civili excolendo exercuerint, accuratius rem perpendens causas reperies hasce: Primum praetores olim, licet ipsi in iure parum versati essent, tamen viris iuris peritissimis tamquam consiliariis et assessoribus utebantur; Praefecti autem Praetorio nec ipsi ex prudentibus eligebantur, et officialibus utebantur, quorum quae fuerit scientia, ex tristi exemplo Ioannis Lydi nimis perspicuum fit. Deinde praetores unice iurisdictioni vacabant: Praefecti Praetorio plerumque aliis negotiis et potissimum pecuniis quaerendis intenti erant, et iurisdictionem magis pro onere habuisse et, quantum fieri posset, officialibus suis commisisse videntur. Denique, quod maxime animadvertendum est, postquam praetores opportunitatem edicendi post legem Aebutiam nacti sunt, edictum praetoris, dum ius civile minus expolitum esset, viva vox iuris civilis fuit; postea vero vel ipsius praetoris obmutuerunt oracula, et postquam principes potestatem iuris civilis adiuvandi, supplendi atque corrigendi quasi praecipuam sibi vindicaverunt, magistratibus etiam maioribus, puta Praefectis Praetorio, *sufficiens*, ut cum Cassiodoro [33]) loquar, *laus conscientiae fuit, vetera decreta servare.*

Illud quidem probabile est, ius, quod ad provinciarum administrationem et ad tributa spectat, magna ex parte edictis Praefectorum Praetorio formatum fuisse. Praefectis enim illa inprimis curae cordique erant, et ius circa ea constitutionibus imperatorum, quatenus nobis innotuerunt, introductum multis lacunis laborat, quas a Praefectis Praetorio edictis suppletas fuisse necesse est. Sed nec horum edictorum multa ad nos pervenerunt: nam ius, quod ad administrationem et tributa pertinet, ita varium et mutabile esse solet, ut normae illi datae plerumque cito in desuetudinem vel oblivionem cadant.

Quae quum ita sint, nec mirum est, neque vero etiam magnopere dolendum, quod edicta Praefectorum Praetorio pauca tantum supersint: quamquam vel sic spero fore, ut, qui diligentius de iis tractaverim eaque mox collecta editurus sim, non dicar oleum et operam perdidisse.

Quod imprimis observare est in verbis „postea", „servari", et „aequum est".

33) Variar. lib. XI cap. 8.

CAPUT III.

De edictis Praefectorum Praetorio, quae supersunt.

---

§. 15. *Introductio.*

Servata nobis sunt edicta quaedam antiquiora Praefectorum Praetorio, ex quibus unum supra not. 66 (p. 234) descriptum exhibui, reliqua autem ab *Hauboldo* in Institutionibus iuris Rom. literariis p. 269 sq. enumerantur. Praeterea recentiorum edictorum vestigia habentur in constitutionibus Iustiniani, veluti in l. 16 C. *de iudiciis* 3, 1 et l. 27 C. *de fideiussoribus* 8, 40 et Nov. XXX cap. 3 supra laudatis. Has autem reliquias edictorum vel formarum Praefectorum Praetorio hoc loco simpliciter indicasse sufficiat: fusior enim tractatus, qui iam instituetur, ad alia edicta spectat.

Scilicet disputatio nostra tripartita erit. Primum dicetur de edictis Praefectorum Praetorio, quae partem faciunt collectionis CLXVIII Novellarum; deinde de collectione *τῶν ὑπαρχικῶν τύπων*, quae olim integra XXXIX edicta Praefectorum Praetorio continebat, cuius autem nunc nonnisi *πίναξ* superest; denique de alia collectione, quae paene eadem edicta, quamquam in breve contracta, comprehendit, quaeque nunc a nobis primum editur[34].

Caeterum non possum non hoc statim loco errorem *Cuiacii* notare, in quem deinde omnes, *Cuiacium* sequuti, similiter inciderunt. *Cuiacius* Obss. VI, 10 „*Basilica*“, inquit, „libri sunt, qui continent leges ab imperatoribus promulgatas vel compositas. *Eparchica* libri sunt, qui continent generales formas sive edicta praefectorum praetorio.“ Sumsisse haec *Cuiacius* videtur ex Harmenopulo, qui *ἐπαρχικὰ ἀπὸ τῶν τοῦ ἀσκαλωνίτου Ἰουλιανοῦ τοῦ ἀρχιτέκτονος ἐκ τῶν νόμων ἤτοι ἐθῶν τῶν ἐν παλαιστίνῃ* semet usurpasse profitetur. Verumenimvero haec *ἐπαρχικά*, quod supra monuimus[35]), nequaquam fuerunt edicta Praefectorum Praetorio, et titulus operis, quo Harmenopulus usus est et quod *ἐπαρχικά* illa continebat, non tam „*ἐπαρχικά*“, quam potius „*νόμοι ἤτοι ἔθη τῆς παλαιστίνης*“ audiisse videtur[36]). Si vel concedamus, edictum Praefecti Praetorio *ἐπαρχικόν* vocari potuisse, — quamquam hoc nusquam factum esse reperitur, — tamen pluralis *ἐπαρχικά* non magis collectionem edictorum sive formarum Praefectorum Praetorio indicabit, quam pluralis *νεαραί* collectionem Novellarum. Collectio Novellarum potest quidem *Νεαραί* inscribi; sed eiusmodi titulus non certam et absolutam collectionem, *συναγωγὴν τῶν νεαρῶν*, sed tantum complures Novellas ei titulo subiectas esse significat. Sic etiam apud Harmenopulum verbum *ἐπαρχικά* non collectionem Iuliani, sed singula excerpta ex opere Iuliani architectonis designat.

§. 16. I. *De collectione 168 Novellarum, quatenus edicta Praefectorum Praetorio continet.*

Redeo, unde digressus sum. In collectione CLXVIII Novellarum, de qua primo loco dicendum est, tria[37]) edicta Praefectorum Praetorio continentur, in fine sub numeris 166, 167

---

34) Noli cum *Heimbachio* (*Krit. Jahrbb. f. deutsche RW.* 1839. II p. 961) mirari, quod, quae *ἀλλότρια* ab edictis Praefectorum Praetorio esse videntur, plane non tellegerim. Quid enim nunc ad nos pertinent edicta Praefectorum Urbi, vel *τὰ ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ ἐπάρχου* (sc. *τῆς πόλεως*, non Praetoriorum, quod *Cuiacio* Obss. VI, 10 placuerat,) *περὶ συντεχνιῶν ἀνατασσόμενα*, ut habet Balsamon ad Photium VIII, 13, vel *τὸ ἐπαρχικὸν βιβλίον*, ex quo iusiurandum Iudaeorum extractum legitur in *Leunclav.* IGR. I p. 120, vel denique *ἐπαρχικά* Harmenopuli (cf. supra not. 10), quae ipsi *Heimbachio* provincialia fuisse videntur?

35) Cf. not. 10

36) Vidit hoc primus *Heimbachius* l. l.

37) Nov. 165 *Cuiacius*) formam Praefecti Praetorio esse arbitratus est (Obss. VI, 10). *Bienerus* contra (*Gesch. der Novv.* p. 99 sqq. formam Praefecti Urbi esse voluit. *Cuiacii* coniectura omnino improbanda est, uti iam satis a *Bienero* demonstratum est: orta esse videtur ex eo, quod *Haloander* rubricam eius Novellae exhiberet hanc: *Γενικὸς τύπος περὶ ἀπόψεως θαλάσσης, γραφεὶς τῷ Δομετικῷ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ τῶν πραιτωρίων.* Sed haec verba: *ὑπάρχῳ τῶν πραιτωρίων* ab Haloandro proprio Marte addita esse, quum in Codice MS, quo ille

et 168 disposita[38]), quorum particulae etiam in Basilica Leonis translatae sunt. Istius collectionis quatuor Codices MSS superesse constat, nimirum Marcianum 179 et Vaticano-Palatinum 387 ex eo descriptum, Laurentianum LXXX, 4 et Bononiensem (B, IV, 67) a Ludovico Bolognino ex Laurentiano descriptum. Praeterea etiam in Codice Paris. reg. gr. 1349 Index eius collectionis servatus est, quem Reginae appellare viri docti consueverunt[39]). — In hoc Indice, quem nuper integrum edidit *Heimbachius* Ἀνεκδότ. tom. II p. 237 sqq., non quidem Nov. 166, sed tamen Nov. 167 et 168 Forma Praefecti Praetorio esse dicitur, et ad rubricas Nov. 166—168 loci laudantur, quibus in Basilicis Leonis collocatae sint. — Codex Marcianus similiter indicem CLXVIII Novellarum habet, in quo Nov. 166—168 *τύποι τῶν ἐπάρχων* esse praedicantur: in textu autem collectionis CLXVIII Novellarum formae istae omittuntur, et lectores eas quaerere iubentur in peculiari collectione *τῶν ἐπαρχικῶν τύπων*, quae olim in fine Codicis Marciani posita erat, nunc autem ob defectum Codicis desideratur[40]). Codex Vaticano-Palatinus cum Marciano consentit nec supplet, quae ibi desiderantur, utpote ex eo descriptus, posteaquam aliquot foliis iam truncatus esset[41]). — Codex Laurentianus initio tabulam Novellarum exhibet, in cuius fine etiam Nov. 166—168 recensentur, sed ita, ut tantum Nov. 167 Forma Praefecti Praetorio esse expresse dicatur[42]). Ipsae Nov. 166—168 in Codice Laurentiano hodie non apparent, postquam inter annum 1542 et 1544 ultima folia eius Codicis sive fraude sublata sive casu quodam amissa sunt[43]). Sed Bononiensis ex eo descriptus est, antequam haec iactura fieret, atque ea saltem omnia habet, quae prototypo illo tum continebantur, quum Florentiam perveniret. Habet autem Bononiensis Nov. 166 et 167 integras: Nov. 167 excipit *Tractatus de peculiis*[44]) numero ρπθ' i. e. 189 insignitus: denique in fine Codicis, post alios tractatus et Novellas imperatorum Graecorum, extat fragmentum aliquod *περὶ ἐπιβολῶν* inscriptum[45]). Hoc fragmentum ad Nov. 168, quae suo loco in Codice desideratur, plerisque[46]) visum est pertinere. Nimirum *tractatui de peculiis* perperam numerum ρπθ' inscribi, eumque in ρξθ' (i. e. 169) mutandum esse putaverunt: quo facto apparere crediderunt, nihil praeter Nov. 168 in apographo Bononiensi deesse, quam librarius suo loco omiserit, sed in fine libri repetierit. De quo omnino audiendus est *Heimbachius*, qui sic disputavit: „*Man könnte an der Aechtheit des Stückes, welches ich als Eingang der Nov. 168 gebe, in so fern zweifeln, als es im* C. Bol. *nicht am rechten Orte steht. Doch ist ...bereits nachgewiesen worden, dass es dort nur zufällig ausgefallen sein kann; was war demnach natürlicher, als es am Ende der Handschrift nachzuholen? Dazu passt die Ueberschrift, welche auch im Titelverzeichnisse der Flor. Handschrift als die der Nov. 168 angegeben wird. Ferner kündigen sich die abgedruckten Worte von selbst als eine gesetzliche Verfügung an; diess zeigt der ganze Gedankengang; daraus erklärt sich der gesetzgeberische Plural, obschon nur Einer edicirt; darauf deutet endlich die materielle Aehnlichkeit mit den Eingängen von Nov. 166 und 167.*“ Mihi vero, ut ingenue dicam, quod sentio[47]), numerus 189, quo inscri-

---

usus est, plane desint, *αὐτόπτης* nuper affirmavit *Heimbach* (*Zeitschr. f. gesch. RW.* VIII p. 330). *Bieneri* autem coniectura, Nov. 165 formam Praefecti Urbi contineri, an probanda sit, magnopere dubito. Nam *γενικὸς τύπος*, ut ea vocatur, etiam formam generalem a principe datam significare potest: et formas etiam a Praefecto Urbi datas esse nondum demonstratum est, imo cum his, quae supra de significatione vocis Formae dixi, vix convenit. Itaque equidem *Cramero* (*Hugo Civ. Mag.* III p. 158) accesserim existimanti, Nov. 165 esse rescriptum Iustiniani.

38) De causis, ob quas eiusmodi edicta in collectionem Novellarum recepta sint, videatur *Biener Gesch. der Novell.* p. 102. Quamquam mihi non tam consilio, quam potius casu hoc factum esse videtur.

39) Etiam Breviario Theodori, quod initio huius voluminis publici iuris fecimus, Collectio CLXVIII Novellarum egregie illustratur. Id etiam continebat summas Nov. 166—168, quae in Indice recensentur: hodie autem ob defectum Codicis desiderantur. — Athanasii Epitome Novellarum, ab *Heimbachio* nuper edita, ad collectionem CLXVIII non est composita, nec formas Praefectorum Praetorio comprehendit.

40) Videsis *Biener Gesch. der Novellen* p. 618 sqq. et infra §. 18.

41) *Heimbach* in *Zeitschr. f. gesch. RW.* VIII p. 330 sqq. et in *Kind* Summarium iurid. III p. 148 sqq.

42) *Biener* l. l. p. 558. 565 sq.

43) *Biener* l. l. p. 568.

44) Quem nuper edidit *Heimbach* Ἀνεκδ. II p. 247 sqq.

45) Cf. *Heimbach in Zeitschr. f. gesch. RW.* VIII p. 330 sqq. et in *Kind* Summar. III p. 141 sqq.

46) Haec iam *Augustini* sententia fuisse videtur, cui postea accesserunt *Gaupp*, *Biener* et *Heimbach*. Videsis *Bienerum* l. l. p. 563. 565 sq. et *Heimbachium* ll. ll.

47) Cf. *Heidelb. Jahrbb.* 1841 p. 7.

ptus *tractatus de peculiis* Novellae 167 in Codice Bononiensi statim subiicitur, minime vitiosus esse, sed potius Codex Laurentianus iam olim mutilus fuisse videtur, ut iam tum temporis, quum ex illo Codex Bononiensis describeretur, inter Nov. 167 et tractatum de peculiis tum Nov. 168 tum alia viginti capita excidissent. Fragmentum autem *περὶ ἐπιβολῶν* in fine apographi Bononiensis positum non tam edictum Praefecti Praetorio, quam potius, si quid est in me iudicii, tractatum ICti alicuius sapit. Denique particula Nov. 168, quam nobis servaverunt Basilica, cum fragmento Bononiensi *περὶ ἐπιβολῶν* nihil commune habet, ut vel ideo hoc fragmentum ad Nov. 168 pertinere non videatur.

In Basilica, sicuti pleraeque Iustiniani Novellae, prologis et epilogis quamquam omissis, ita etiam particulae Nov. 166—168 ex collectione CLXVIII Novellarum translatae sunt. Tipucito teste[48]) in libro LVI Basilicorum erat tit. 20 *περὶ ἐπιβολῶν καὶ τοῦ τίνας δεῖ ἔχειν τὰ ἄπορα χωρία αὐτῶν*, et tit. 21 *περὶ τοῦ πῶς δεῖ στέλλεσθαι ἐπὶ νομῆς*, et in illo Nov. 166 et 168, in hoc autem Nov. 167 positam fuisse, Index Reginae, quem vocant, demonstrat[49]). Is liber Basilicorum hodie non extat, sed olim in *Cuiacii* manibus fuit, qui particulas Nov. 166—168 eo comprehensas descripsit et edidit.

Quod ad historiam literariam formarum Praefectorum Praetorio, quae collectione CLXVIII Novellarum comprehensae sunt, attinet, *Bienerum*, si placet, audiamus, qui in Historia Novellarum p. 477 de ea re sic disseruit: „*Haloander kannte sie aus der Bologninschen Abschrift, und hat in der Vorrede*[50]) *ihre griech. Rubriken angegeben; doch hat er sie nicht herausgegeben, und seine Ausgabe schliesst mit Nov. 165. Scrimger*[51]) *konnte nichts weiter, als das betreffende Scholion*[52]) *bekannt machen. Augustin hatte sie aus der Flor. und Bologn. Handschrift abgeschrieben, und kannte auch aus eigner Ansicht die Venetianische Handschrift. Diess bemerkt er in seinen Paratitlen zu Julian 1567 und giebt die griechischen Rubriken etwas genauer, als Haloander. Cuiacius fand die Rubriken in dem* Index reginae, *und die Novellen in den Basiliken; die erstern hat er lateinisch, die letzten griechisch 1570 in seiner* expositio (sc. Novellarum) *bekannt gemacht, auch eine* expositio *dazu gegeben. Contius*[53]) *gab 1571, wie er auch ausdrücklich bemerkte, die griech. Rubriken nach Haloander und Augustin, den Text nach Cuiacius, und statt eine Uebersetzung zu machen, fügte er die* expositio *des Cuiacius bei. Die letzte hat auch bisher statt lateinischen Textes in allen Ausgaben*[54]) *gestanden. Doch haben Hombergk 1717*[55]) *und Federigi 1770*[56]) *den Text des Cuiacius übersetzt. Neuerdings hat Herr Dr. Gaupp in Bologna diese drei Novellen in der Bologn. HS. untersucht, und da er sie vollständiger als den Text des Cuiacius befand, abgeschrieben.*“

Ex quo *Bienerus* haec scripsit, i. e. post annum 1824, *Christ. Joh. C. Maier* Codicem Bononiensem tractavit et a Nov. 166 usque ad finem Codicis omnia descripsit; cuius schedas beneficio *Tafelii*, philologi Tubingensis, inspicere mihi contigit. Tandem *G. E. Heimbachius* non solum accuratam descriptionem Codicis Bononiensis dedit, sed simul etiam Nov. 166 et 167 ex hoc Codice primus edidit[57]); eumque sequuti sunt *Beckius* et *Osenbrüggen* in editione Novellarum, quorum ille cum Heimbachianis Cuiaciana et Hombergkiana non satis apte confudit, hic autem, licet *Beckio* duce utatur, tamen ineptias quasdam Beckianae editionis vitavit.

---

48) Cf. *Biener* l. l. p. 477. *Heimbach in Zeitschr.* l. l. p. 342.

49) *Heimbach 'Ανέκδ.* II p. 246.

50) Ad editionem Novellarum, quae prodiit a. 1531.

51) Novellas edidit ex Cod. Vaticano a. 1558.

52) Sc. quod Cod. Vaticanus ex Cod. Marciano habet, et quo lectores Nov. 166—168 inter Formas Praefectorum quaerere iubentur.

53) In editione Novellarum, quae Lugd. 1571 prodiit.

54) Editio Gottingensis *Hombergkii* versionem continet.

55) In versione Novellarum, quae Marburgi 1717 prodiit.

56) In Diss. ad l. XII seu Zenonis Imp. const. de aedificiis privatis. Neap. 1770. 4.

57) *Heimbachii* dissertatio primum prodiit in *Zeitschr. f. gesch. RW.* VIII p. 317 sqq. Ibi quum σφάλματα complura commissa essent operarum vitio, iterum et quidem emendatior edita est in *Kind* Summarium. III p. 140 sqq. Quam editionem quod *Beckius* et *Osenbrüggen* non comparaverint, reprehensione dignum est.

§. 17. *Edicta Praefectorum Praetorio ex collectione CLXVIII Novellarum edita.*

Edam nunc edicta Praefectorum Praetorio, quae nobis in Collectione CLXVIII Novellarum servata sunt. Nov. 166 et 167 ex Codice Bononiensi[58]) dabo secundum *Heimbachii* editionem[59]) et *Maieri*[60]) schedas; addam variantes lectiones ex Basilicis secundum *Cuiacium*[61]), et lectiones ab *Hombergkio*, *Beckio*, *Osenbrüggenio*[62]) approbatas. Novellae 168, quae integra nobis non superest, eam particulam dabo, quam *Cuiacius* ex Basilicis communicavit. Denique adiiciam versionem latinam post *Hombergkii*, *Heimbachii*, *Beckii* et *Osenbrüggenii* curas, quantum potero, accuratiorem, et adnotationes tam criticas quam etiam exegeticas, sicubi opus esse videbitur.

Igitur Nov. 166 sic audit:

ρξϛ'. Περὶ ἐπιβολῶν[63]).

Φλάβιος[64]) *θεόδωρος πέτρος δημοσθένης*[65]), *ὁ μεγαλοπρεπέστατος ὕπαρχος τῶν ἱερῶν πραιτωρίων*[66]) *καὶ ἀπο ὑπάρχων τῆς βασιλίδος πόλεως καὶ ἀπὸ ὑπάτων, φλάβιος φαῦστος καὶ φλάβιος στέφανος*[67]) *φλαβίῳ ὀορταλίνῳ*[68]) *τῷ λαμπροτάτῳ ὑπατικῷ λυδίας*[69]).

Ἐπειδὴ χρὴ τὰ τοῖς νόμοις καὶ τοῖς τύποις τῶν ἡμετέρων[70]) *θρόνων διατεταγμένα καλῶς, εἴπου δεήσειεν, τοῖς ὑποτελέσιν σαφέστερα καθιστᾶν*[71]), *πρὸς [τὸ] μηδεμίαν*[72]) *αὐτοῖς ἐγείρεσθαι ζήτησιν*

CLXVI. De adiectionibus.

Flavius Theodorus Petrus Demosthenes, magnificentissimus praefectus sacrorum praetoriorum et ex praefecto regiae urbis et ex consule, Flavius Faustus et Flavius Stephanus Flavio Oortalino, clarissimo consulari Lydiae.

Quum oporteat, quae legibus et formis nostrorum thronorum bene constituta sunt, si quando indigeant, subditis clariora reddere, ut nulla iis quaestio excitetur tum circa alia tum circa ste-

---

58) Qui in animadversionibus indicabitur nota *Cod.*

59) In animadversionibus, quae infra sequentur, significatur notis *Heimb.* H[1] (editio in *Zeitschr. f. gesch. RW.* tom. VIII). H[2] (editio in *Kind* Summarium tom. III.)

60) *Mai.*

61) Basilicorum lectionem hac nota „*Cui.*" designabo, sequutus editionem operum *Cuiacii*, cuius tom. IV prodiit Paris apud Nivell. 1577; quae editio passim discrepat ab ea, qua *Hombergkius* et *Heimbachius* usi sunt.

62) *Hombergk. Beck. Os.*

63) Ita etiam Index Codicis Laurentiani. Index Reginae rubricam exhibet hanc: *περὶ ἀπόρων ἐπιβολῆς* (De sterilium adiectione). Theodori Breviar: *Γενικὸς τύπος περὶ ἀπόρων ἐπιβολῆς γραφεὶς δημοσθένει τῷ ἐνδοξοτάτῳ.* (Generalis forma de sterilium adiectione scripta Demostheni gloriosissimo.)

64) *Ducange* gloss. med. et inf. Latin. (Paris. 1733 fol.) tom. III p. 545: „Neque porro dumtaxat imperatores (*Flavii nomen*), sed proceres fere omnes, consules, praefecti praetorio, praesides et viri clarissimi et patricii illud sibi adscripsere, ut ex inscriptionibus Gruterianis passim colligitur." (Hunc locum *Heimbachius* excitavit).

65) *Heimbach:* „*Darf man als hinlänglich erwiesen voraussetzen, dass, wenn mehrere Namen Einer Person zusammen in diesen Zeiten angegeben werden, der letztere stets der ist, mit welchem man die Person kurzweg im Leben bezeichnete, und muss man den Demosthenes unter den* praef. pr. *dieses Zeitalters suchen, so ergiebt sich für Nov. 166 von selbst die Jahreszahl 521 n. Chr. Denn Demosthenes war zweimal* praefectus praetorio. (*S. Alemanni in den Noten zu Procop's Anekdota S. 96.*) *Es kann hier aber nur das erste Mal gemeint sein, weil wir wissen, dass die* pr. pr. iterum *die Wiederholung der Würde unter ihren Titeln anzugeben nie unterlassen haben.*" Demosthenes Pr. Pr. fuit prima vice ab anno 521 usque ad annum 523, deinde iterum anno 529 et 530. Cf. *Alemannus* ad Procopii hist. arc. edit. Paris. p. 159 sq. *Hase* ad Lyd. p. VI.

66) Cod. *πραιτορίων.*

67) *Heimb.:* „...*Flavius Faustus und Flavius Stephanus, von denen man wohl voraussetzen muss, dass sie gleichzeitig mit Demosthenes* praef. praet. *gewesen.*" Sed hoc falsum est vel propterea, quod a. 521, quo haec forma *Heimbachio* auctore data est, duo tantum Praefecti Praetorio fuerunt, alter Orientis, alter Illyrici. Faustus et Stephanus omnino non sunt magistratus, quippe quorum nominibus propriis semper etiam dignitatis administrationisve nomen apponatur: sed videntur potius esse principes sive primates officii Praefecti Praetorio Demosthenis. (Cf. *Bethmann-Hollweg Gerichtsverfass.* p. 174 sqq. l. 8 C. *de principibus* 12, 21.) Caeterum in Coll. conciliorum nova ed. *Mansi* tom. VIII p. 1201 legitur edictum Praefecti Praetorio, cui similiter inscribitur: *Felix Himelco* P. P. *Dioscorus, Aurelianus, Protadius* VV. CC. PP. DD.

68) Secundum *Mai.* Cod. legit: *φλ'*: ~ *Ὀορταλίνῳ.* — Caeterum H[1] habet: *Ὡρταλίνῳ*, quod sequuti sunt *Beck* et *Os.* Iidem in versione latina habent: *Ortalino.* H[2]: *Hortalino.* Quid si vertamus: *Cohortalino?*

69) Cod. *λυδειας.*

70) Cod. secundum H[1] *ἡμετέραν*, secundum H[2] *ἡμετέρων.*

71) H[1] *καθιστᾷν.*

72) Cod. *προς μὴ δὲ μίαν.* H[2] *πρὸς μηδεμίαν.* *Beck:* *καὶ μηδεμίαν.* H[1] *πρὸς [τὸ?] μηδεμίαν*, quod etiam recepit *Os.* Recte.

ἔν τε[73]) τοῖς ἄλλοις ἔν τε ταῖς τῶν ἀπόρων ἐπιβολαῖς, τῶν μὲν τοῖς ἐκ τῆς αὐτῆς[74]) περιουσίας εὔπορα κτησαμένοις[75]) ἐγγυτέροις καὶ προσεχέσι[76]) ταύτας ἐπάγεσθαι δικαιούντων, τῶν δὲ πρὸς τά[77]) ἀνωτέρω καὶ παλαιοτέρας ὁμοδούλους κτήσεις ἀναβαίνειν βιαζομένων, τῶν δὲ ἐφ' ἅπαντας ἅμα τοὺς πρὶν κτησαμένους ἀδιακρίτως χωρούντων· ἐξ αὐτῶν ἡμεῖς κινηθέντες τῶν πραγμάτων ἐπὶ τὴν ὀρθὴν καὶ δικαίαν τούτων διάκρισιν ἐλθεῖν, ἐδοκιμάσαμεν[78]) σαφῆ ταῦτα καὶ εὐδιάκριτα τοῖς ὑποτελέσιν [καθιστᾶν. εἴποτε[79]) τοίνυν τὶς κατά τινα τῷ νόμῳ γνώριμον αἰτίαν ἐκποιήσειεν][80]) ἀγρὸν ἢ χωρίον ἢ γήδια ἢ σύγκτησιν[81]) ὅλην, εἶτα τελευτήσας ὕστερον παραπέμψειεν[82]) τὴν αὐτοῦ[83]) περιουσίαν εἰς ἐξωτικοὺς ἢ παῖδας, κἀκεῖνοι[84]) τὸν ἴσον[85]) τρόπον ἐκποιήσειαν τῆς περιουσίας ἧς διεδέξαντο χωρία ἢ γήδια ἢ ἀγρὸν[86]) ἢ σύγκτησίν τινα[87]), καὶ τό παρὰ διαδόχων[88]) ἐκ-

rilium adiectiones, et quum alii ea vicinioribus et proximis ex his, qui ex eadem substantia fertilia possident, adiicienda esse censeant, alii vero retro ad antiquiores conservas possessiones redeundum esse urgeant, denique alii simul ad omnes priores possessores indistincte tendant: his ipsis nos rebus moti ad rectam iustamque earum diiudicationem venire, utile esse censuimus, perspicua haec et bene distincta subditis facere. Si quando igitur aliquis ex causa legi cognita alienaverit agrum vel praedium vel terras vel massam universam, deinde moriens postea transmiserit substantiam suam ad extraneos vel liberos, iique pari modo abalienaverint ex substantia, in quam successerant, praedia vel terras vel agrum vel massam aliquam, et id, quod a successoribus alienatum est, ad sterilita-

---

73) Cod. *ἔντε*.

74) Omnes *αὐτοῦ ἐκ τῆς*. *Heimb.* notat: *ἐκ τῆς steht nicht im Texte, aber mit einem Zeichen am gehörigen Orte wird es am Rande von der ersten Hand nachgetragen.*" Sed *Maiero* teste hoc signum non inter *αὐτοῦ* et *περιουσίας*, sed inter *τοῖς* et *αὐτοῦ* positum est, ut proinde secundum Cod. legendum sit *ἐκ τῆς αὐτοῦ περ.* Quum tamen verbum *αὐτοῦ* non habeat, quo referatur, omnino emendandum est *αὐτῆς*. Nimirum qui Cod. descripsit, abbreviationem *αὐτˢ*, quae in prototypo esset, male intellexisse videtur. (*Os.* *αὐτοῦ* adverbialiter positum esse existimavit, et vertit: *ibi*. Sed nec sic habet, quo referatur.)

75) Cod. et reliqui omnes *κτησαμένων* habent. Sed vitii quid inesse sensit H[1], ubi sic est: [*τῶν?*] *κτησαμένων*. Scilicet legendum est *κτησαμένοις*. Genitivus *κτησαμένων* referri debet ad *δικαιούντων*. Atqui sequentia ostendunt, non hoc dici, *τοὺς εὔπορα κτησαμένους* viciuis sterilia adiicienda esse praetendere, sed potius, esse nonnullos, qui sterilia tantum adiicienda esse dicant vicinioribus terrarum fertilium possessoribus. Igitur aut scribendum est: *τῶν μὲν τοῖς τῶν ἐκ τῆς αὐτῆς περ. κτησαμένων ἐγγυτέροις*, quod nimis durum est, aut, quod mihi placet: *τοῖς—κτησαμένοις ἐγγυτέροις*. Haec emendatio eo magis probatur, quo facilius, abbreviatione male intellecta, *κτησαμένων* ex *κτησαμένοις* oriri poterat.

76) Cod. secundum *Mai.* habet *προσέχεσι*.

77) Ita Cod. *Heimb.*, quem *Beck* et *Os.* sequuntur, *τάς*. Non opus.

78) H[1]. *εὐδοκιμάσαμεν* typothetae vitio, ut videtur.

79) Hinc incipit ea pars huius Novellae, quae in Basilica translata est, quamque *Cuiacius* ex Basilicis edidit.

80) Inclusa in Cod. desunt, nec ullum lacunae vestigium apparet. Supplevit *Heimb.* „*καθιστάντες. εἴτις οὖν κατά τινα τοῖς νόμοις γνώριμον αἰτίαν ἐκποιήσειεν*," vocem *καθιστάντες* ex coniectura, reliqua ex *Cuiacio* addens, secundum quem particula huius Novellae in Basilicis obvia incipiebat a verbis: *Εἴποτε τοίνυν τις κατά τινα τῷ νόμῳ γνώριμον αἰτίαν ἐκποιήσειεν ἀγρόν κ. τ. λ.* Sed cur idem *Heimb.* verba *εἴποτε τοίνυν τις* et *τῷ νόμῳ*, quae *Cuiacius* habet, mutaverit in *εἴτις οὖν* et *τοῖς νόμοις*, equidem non intelligo. Itaque cum *Beck* et *Os.* Cuiaciana pura puta restitui. Sed etiam *καθιστάντες*, quod *Beck* et *Os.* ab *Heimbachio* mutuati sunt, in *καθιστᾶν* mutavi, ut ab *ἐδοκιμάσαμεν* pendeat, et *ἐλθεῖν*, quod praecedit, cum verbo *κινηθέντες* iungatur. Sic enim fore putavi, ut orationis tenor melius procederet.

81) Cod. *σύνκτησιν*. Ad vocem *σύγκτησιν Cui.* haec notat: „*Σύγκτησιν* ex glossis veteribus interpretatus sum Compossessionem, id est, Universam possessionem plurium praediorum, ut l. 34 §. Lucius ff. de leg. 2. l. alumnae §. Titia D. de ad. leg. *Μετοχὴν* appellat d. l. 34 §. ult. nec enim eo nomine participatio significatur, sed universitas praediorum uno clausa consepto, ut auctore Suda illo Davidis loco, *ἧς ἡ μετοχὴ αὐτῆς ἐπὶ τὸ αὐτό*, id est, Cuius conseptum in semet revolvitur. Qua oratione summa coniunctio civium significatur. Glossae etiam veteres *σύγκτησιν* interpretantur massam ut in feudis docui: quod quidem massae nomen in ea significatione etiam imperatores, Leo et Anthemius, usurparunt in No. de bonis vacantibus. Ut communi, inquiunt, iure Cestiana massa, de qua quaeritur, praedictae dominae, illustri foeminae, restituatur." *Hombergk* addit: „*σύγκτησιν* multa praedia vicina esse notat Gothofr. ad dictam l. 34."

82) *Cui. Beck. Os.* *παραπέμψειε*.

83) Cod. *αὐτῶν*, unde *Heimb.* coniecit *αὐτοῦ*. *Cui. Beck. Os.* *αὐτοῦ*.

84) Cod. *κακεῖνοι*. *Cuj.* H[2]. *κἀκεῖνοι*.

85) *Cui. Beck. Os.* *ἴσον*.

86) *Cui.* *χωρίον ἢ ἀγρὸν ἢ γήδια*, quae lectio confirmatur Edictis Praefectorum Praetorio infra edendis (Ed. I).

87) Cod. *σύγκτησιν τινά*. Quod retinuit *Heimb.*

88) Sic *Heimb.* Cod. *διαδοχ'*, quod secundum vulgarem abbreviandi rationem non potest legi *διαδόχων*, sed quid significet, nescio. *Cui.* ut et Edicta a nobis infra edenda: *παρὰ τῶν διαδόχων*, quod fortassis praestat.

ποιηθὲν εἰς ἀπορίαν ἐλάσει[89]) ὥστε χώραν[90]) γενέσθαι τῇ τῶν ἀπόρων ἐπιβολῇ, οὔτε ἅμα πᾶσι τοῖς προκτησαμένοις οὔτε παρὰ τὴν τῆς διαδοχῆς τάξιν ἐπάγεσθαι τὸ βάρος τῆς τῶν ὁμοδούλων ἀπορίας κελεύομεν, ἀλλὰ πρότερον μὲν τὸν παρὰ[91]) τῶν ἐκείνου παίδων ἢ διαδόχων ἐξωτικῶν τοῦτο κτησάμενον[92]), ὃ νῦν εἰς ἀπορίαν ἤλασε[93]), καὶ τὴν ἀκίνητον[94]) αὐτοῦ περιουσίαν τὴν ἐπιβολὴν δέχεσθαι· ἀπόρου δὲ τούτου φανέντος καὶ τῆς οὔσης αὐτῷ κτήσεως[95]), ἐπὶ τοὺς εἰς αὐτὸν παραπέμψαντας φέρεσθαι τὸ βάρος· εἰ δὲ μήτε αἱ τούτων κτήσεις πρὸς τὴν ἐπιφορὰν τῆς συντελείας ἀρκέσουσι[96]), τότε ταύτην ἐπὶ τὸν πρῶτον κύριον, τὸν εἰς τοὺς παῖδας[97]) ἢ τοὺς ἐξωτικοὺς τοῦτο παραπέμψαντα τὴν ἀρχήν, καὶ τὴν ἀκίνητον κτῆσιν, εἰ[98]) τοῦτο ἔχοιτο ἡ ἐκείνου περιουσία, ἐπανιέναι, οὕτω τέ[99]) ἐκ τῆς τῶν[100]) ἁπάντων ἀπορίας εἰς τὸν παρὰ τοῦ πρώτου δεσπότου τὸ χωρίον ἢ τὸν ἀγρὸν ἢ τὰ γήδια ὠνησάμενον[1]) τὴν ἀρχὴν ἢ[2]) καθ' οἱανδήποτε[3]) νόμιμον αἰτίαν παρειληφότα. ταὐτὸν δ' ἂν[4]) εἴη λέγειν, κἂν εἰ πολλαὶ μεταξὺ τυγχάνοιεν διαδοχαὶ οὖσαι· ἕως γὰρ ἂν ὁ προσεχέστερος εὔπορος εἴη, οὐδὲν ἐνοχλεῖσθαι τοὺς ἐν πρεσβυτέροις χρόνοις τὰς κτήσεις ἐσχηκότας ἢ τὰς ἐκείνων οὐσίας προσήκει. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως διατετάχθω. τάς δέ γε[5]) τῶν ἀπόρων ἐπιβολὰς τοῖς[6]) ὅλως[7]) ἐπαχθεῖσι[8]), πολλοῖς οὖσι καὶ τὴν αὐτὴν ἐπέχουσι τάξιν ἢ καὶ ὀλίγοις, ἀναλόγως τῆς οὔσης παρ' αὐτοῖς[9]) ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας εὐπόρου κτήσεως καθ' οἱονδήποτε τρόπον[10])

tem redactum sit, ut locus fiat sterilium adiectioni, neque simul omnibus prioribus possessoribus neque secundum successionis ordinem imponi onus sterilitatis conservorum iubemus, sed prius quidem eum, qui ab illius liberis vel successoribus extraneis acquisiverit id, quod nunc ad sterilitatem redactum est, et immobilem eius substantiam adiectionem pati; sin autem is non idoneus esse apparuerit et quae ei est possessio, ad hos, qui eam illi transmiserint, onus transferri; si vero neque horum possessiones ad adiectionem collationis sufficiant, tunc eam ad primum dominum, qui ad liberos vel extraneos id transmiserit initio, immobilemque possessionem, si eam substantia eius contineat, redire, et sic in omnium istorum inopia ad eum, qui a primo domino praedium vel agrum vel terras comparaverit initio, vel ex qualibet legitima causa acceperit. Idem vero dicendum erit, etiamsi multae intercedant successiones; quamdiu enim proximior idoneus sit, non molestari eos, qui antiquioribus temporibus possessiones habuerunt, eorumve substantias convenit. Atque haec quidem ita sint constituta. Sterilium vero adiectiones his, quibus omnino imponi debent, sive multi sint eodem ordine constituti sive etiam pauci, pro portione fertilis possessionis, quae apud eos ex eadem substantia est quolibet modo, fieri [iubemus], et tunc collationum onus pro istis

---

89) *Cui. Beck. Os.* ἐλάσῃ.

90) Cod. χῶραν.

91) Cod. τὸν περί. *Cui.* (apud quem τοῦ παρὰ legi perperam auctor est *Heimb.*) et Edicta ex Cod. Bodlei. mox edenda: τὸν παρά, quod etiam habent *Heimb.* et *Os.* — *Hombergk* et *Beck.* τὸ παρά, pessime.

92) Cod. κτησαμένων.

93) Cod. ἤλα, quod *Heimb.* recte interpretatus est ἤλασε. *Cui.* et *Beck.* ἤλασεν.

94) Cod. ἀκήνητον. *Cui.* et *Hombergk* haec verba καὶ τὴν ἀκίνητον αὐτοῦ περιουσίαν a verbo ἤλασε regi credunt. Male.

95) Κτῆσιν *Heimb.* vertit *substantiam*. Male. Proprie enim non substantiae, sed possessionibus sterilia adiiciuntur.

96) H[2] ἀρέσκουσι. *Cui.* (cum quo conveniunt Edicta mox edenda) et *Beck.* ἀρκέσωσι.

97) Cod. παίδας.

98) Cod. εἰς. Ego interim cum *Cui. Heimb. Beck.* et *Os.* scripsi εἰ, quamquam hunc locum corruptela laborare credam. Nimirum εἰ τοῦτο ἔχοιτο ἡ ἐκείνου περιουσία, hoc sensu: *si eam substantia eius contineat*, ferri non potest; nam ut ita verti possit, legendum foret: εἰ ταύτην ἔχοι ἡ ἐκείνου περιουσία. Malim: οἷς εἰς τοῦτο ἔχοιτο ἡ ἐκείνου περιουσία. Nempe hoc dicitur, redeundum esse ad immobilem possessionem primi domini, i. e. *ad eos, a quibus hactenus possideatur eius substantia.*

99) *Cui. Beck. Os.* τε.

100) *Cui.* τῶν non habet. Quod ego praetulerim.

1) Cod. ὠνησαμένων.

2) Cod. ἤ.

3) *Heimbach* apud *Cui.* οἱονδήποτε legi auctor est, quamquam in mea editione aperte οἱανδήποτε scriptum est. Nimirum οἱονδ., siquidem in quibusdam editionibus *Cuiacii* legitur, typothetae σφάλμα est, nec ullo modo defendi potest. Tamen *Beck* et *Os.* οἱονδ. receperunt. Nempe quandoque bonus dormitat Homerus!

4) *Cui.* δὲ ἄν. Ita etiam *Beck. Os.*

5) Cod. videtur simpliciter habere δέ.

6) *Cui.* οἷς, in mea editione οἷς. *Beck.* οἷς.

7) Verbum ὅλως *Hombergk* et *Beck* in versione omittunt. *Heimb.* male reddit: „in totum." *Os.* rectum vidit.

8) Cod. ἐπαχθέσι, *Cui.* ὑπαχθεῖεν, ut *Heimb.* auctor est, vel ὑπάχθειεν, ut in mea editione est. *Beck.* ὑπαχθεῖεν.

9) *Cui.* αὐτῶν. Ita etiam *Beck.*

10) Haec verba καθ' οἱονδήποτε τρόπον *Hombergk* et *Beck* vertunt *quocunque modo*, *Heimb.* et *Os.* *omnimodo*, omnes autem cum γίνεσθαι perperam coniungunt, quum ad οὔσης pertineat.

γίνεσθαι[11], *καὶ τηνικαῦτα τὸ τῶν συντελειῶν*[12] *βάρος ὑπὲρ τούτων αὐτοῖς ἐπάγεσθαι, ἡνίκα καὶ τὴν*[13] *ἄπορον αὐτοῖς*[14] *κτῆσιν ἀναλόγως παραδοθῆναι συμβαίη*[15], *ἢ ὅτε πρὸς τὸ παραλαβεῖν ταύτην αὐτοὺς ἀπαγορεύσειαν*[16]· *πρὸ τούτου*[17] *οὐδὲ*[18] *δίκαιόν ἐστίν*[19] *τινα ταῖς ὑπὲρ τούτων συντελείαις βαρύνεσθαι. ὥστε πρόνοιαν τὴν σὴν λαμπρότητα ποιήσασθαι δεῖ ταῦτα κατὰ τοῦτον*[20] *τὸν τρόπον ἐξετάζεσθαί τε καὶ προϊέναι. εἰ γὰρ μὴ ταῦτα παραφυλαχθείη, καθὰ*[21] *διωρίσαμεν, ἴσθι ποινὴν ἅμα τῇ πειθομένῃ σοὶ*[22] *τάξει ἀνὰ δέκα χρυσίου λίτρας*[23] *καταθήσων*[24], *ἢ*[25] *ἑτέρᾳ, ὡς εἰκός, ἐπιτιμήσει μείζονι περιπεσούμενος, οὐδὲν ἧττον τῶν*[26] *παρ' ἡμῶν*[27] *διωρισμένων καὶ οὕτως*[28] *κρατεῖν ὀφειλόντων. ταύτης γὰρ ἕνεκα τῆς αἰτίας καὶ νικομήδης ἐκ τῆς ἡμετέρας ἀπέσταλται*[29] *τάξεως*[30].

imponi iis, quum etiam sterilem possessionem iis pro parte competente tradi contigerit, vel quum, ut eam accipiant, ipsis renuntiatum sit: ante id tempus enim minime aequum est, aliquem collationibus pro istis onerari. Itaque prospicere claritas tua debet, ut illa hoc modo examinentur et procedant. Nam si haec non observata fuerint secundum ea, quae definivimus, mulctam una cum officio tibi subiecto decem auri librarum solves, vel alii, si par est, maiori poenae subiacebis, ita ut nihilominus haec, quae a nobis definita sunt, vel sic obtinere debeant. Et ob hanc quidem causam etiam Nicomedes ex nostro delegatus est officio.

---

11) Videtur aliquid excidisse, veluti *κελεύομεν*, vel *προστάττομεν*.

12) Cod. *συντελῶν*, quod ex *Cui.* recte emendavit *Heimb.*

13) *Cui.* *τόν*, quod incogitanter etiam recepit *Beck.*

14) *Cui.* *αὐτοῖς* secundum *Heimb* Sed in editione, qua utor, est *αἰτοῖς*. *Beck* *αἰτοῖς*. — Caeterum nota hinc, non tantum onus collationum adiici, sed et ipsam terram, quae ad sterilitatem reducta est, iis, quibus adiicitur, tradi.

15) *Cui.* *συμβαίνει*, quod habet etiam *Beck.*

16) *Beck* totum hunc locum sic vertit: „et tunc ipsis tributorum onus pro illis imponatur, quoniam ipsis et sterilem possessionem secundum proportionem tradi contigit, qua eam accipere ipsos prohibuerunt.“ Quam versionem omni sensu carere nemo est, quin videat. — Verba: *ἢ ὅτε πρὸς τὸ παραλαβεῖν ταύτην αὐτοὺς ἀπαγορεύσειαν* *Hombergk* vertit: „vel (sc. quando) eam accipere ipsos prohibuerunt.“ Sed cur et quomodo prohiberi possint, quo minus sterilem possessinnem accipiant, plane non intelligitur: et *ἀπαγορεύειν πρός τι* non potest significare: prohibere *ab* aliqua re. Itaque reiecta *Hombergkii* versione *Heimb.* (quem *Os.* sequitur) vertit: „aut quum se eam accepturos negaverint.“ Sed tunc scribi debuisset: *ὅτε παραλαβεῖν ταύτην αὐτοὶ ἀπαγορεύσειαν*, nec *ἀπαγορεύειν πρός τι* verti potest: repudiare aliquid. Quare novam interpretationem equidem proponere ausus sum. Nimirum verbum *ἀπαγορεύειν* non tantum interdicendi i. e. prohibendi, vel renuntiandi i. e. repudiandi significationem habet, sed quemadmodum *interdicere* et *renuntiare* aliquando apud latinos scriptores accipitur pro *edicere* et *enuntiare*, ita etiam graecum *ἀπαγορεύειν* hoc sensu renuntiare significat. Itaque verba illa sic vertenda sunt: „vel quum, ut eam accipiant, ipsis renuntiaverint,“ sc. peraequatores. Quamquam non diffiteor, *ἀπαγορεύειν πρός τι* proprie significare: defatigari, ut etiam sic verba illa accipi possint: „vel quum accipiendis sterilibus possessionibus defatigati sint, ut amplius eas accipere nolint.“ Utut vertas, sensus totius loci hic est: Qui adiectionem patiuntur, tributa solvunt, ex quo iis sterilis possessio *tradita vel certe oblata sit.*

17) H [1] *πρὸς τούτῳ*, H [2] *Cui.* et reliqui: *πρὸς τοῦτο*. Sed utrumque ineptum est: legendum *πρὸ τούτου*, quod etiam suadent Edicta, quae infra ex Cod. Bodleiano edam.ı

18) *Cui.* *οὐδέν*. Sic etiam *Beck.*

19) *Cui.* *ἐστι*. *Beck.* *Os.* *ἐστί*.

20) *Cui.* *τοῦτο* teste *Heimb.* Editio Nivelliana *τοῦτον* habet.

21) *Cui.* *Beck.* *καθ' ἃ*.

22) Cod. *σοι*.

23) *Cuj.* *Beck.* *Os.* *λιτρῶν*.

24) Cod. *καταθήσαν*. — *Ἴσθι καταθήσων ... περιπεσούμενος* equidem verti: *solves ... subiacebis*, ita ut *ἴσθι* ab *εἰμί* derivarem. Reliqui *ἴσθι* ab *οἶδα* descendere putant, et vertunt: *Scito* etc.

25) *Cui.* *ἢ καί*, et sic etiam *Beck.* Non male.

26) *Cui.* *τῶν* non habet auctore *Heimb.* Sed in mea editione *τῶν* adest.

27) Cod. *ἡμῖν*.

28) Apud *Cui.* *ὅτως* scribi dicit *Heimb.* Editio, qua utor, habet *οὕτως*.

29) De inspectoribus etc. rei tributariae inspiciendae causa missis cf. *Gothofred.* ad. l. 31 C. Th. *de annona et tributis* 11, 1 et ad lib. XIII tit. 11 eiusdem Th. Codicis.

30) Subscriptio deest: quo tempore haec forma data sit, diximus supra not. 65. — Quod ad adiectiones attinet, de qua haec forma agit, consulendus est *Cuiacius* Obss. IV, 30 et in Exposit. Nov. 17 et 128, *Jac. Gothofredus* ad l. 2 C. Th. de senat. et de glebali 6, 2 (ed. *Ritter* tom. II p. 23) et ad l. 4 C. Th. de locat. fundi iur. emphyt. 10, 3 (ibid. tom. III p. 432) et ad l. 4. 31 C. Th. de annona et tribut. 11, 1 (ib. tom. IV p. 10. 43) et ad l. ult. C. Th. de censitorib. 13, 10 (ib. tom. V p. 153), *Alemannus* in notis ad Procopii Histor. arcanam ed. Paris. p. 163, *Ducange* s. v., et *Hombergkius* ad Nov. 128 cap. 7. — Caeterum adscribere visum est *Cuiacii* expositionem ad hanc Novellam, tum ob ipsam eius auctoritatem tuna quod in antiquioribus editionibus Corporis iuris versionis instar fuit. Est autem haec: „Haec est *περὶ ἐπιβολῶν*. Si defunctus iusta ex causa fundum aut territorium aut compossessionem alienaverit et moriens

ρξζ'. *Γενικὸς μέγιστος τύπος περὶ τοῦ πῶς δεῖ στέλλεσθαι ἐπὶ νομῆς βάσσου τοῦ ἐνδοξοτάτου ὑπάρχου*[31].

Φλάβιος κομίτας[32] *θεόδωρος βάσσος*[33] *ὁ μεγαλοπρεπέστατος ἔπαρχος τῶν ἱερῶν πραιτωρίων λέγει*[34].

Τὰ μὲν ἄλλα ὅσα διετυπώθη παρὰ[35] *τῶν ἡμετέρων θρόνων καὶ ἐν κοιναῖς δηλοῦνται*[36] *γράμμασιν ἢ καὶ ἄλλοις γενικοῖς τύποις τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς, ἢ περὶ τῶν ἐπιχωρίων ἀρχόντων καὶ τάξεων καὶ ὅλως ἀπαιτητῶν διαλεγομένοις, καθ' ὃν αὐτοὺς δέοι τρόπον τοῖς ὑπηκόοις προσφέρεσθαι, ἢ περὶ τῆς τῶν ὑπηκόων αὐτῶν ἐν τοῖς συναλλάγμασιν ὀρθότητος*[37] *καὶ τῆς περὶ τὰς εὐσεβεῖς εἰσφορὰς εὐγνωμοσύνης, τὴν ἑαυτῶν ἔχειν ἰσχὺν*

CLXVII. Generalis maxima forma, quomodo debeat mitti in possessionem, Bassi gloriosissimi Praefecti.

Flavius Comitas Theodorus Bassus magnificentissimus praefectus sacrorum praetoriorum dicit:

Caetera quidem, quae statuta sunt a nostris thronis et in communibus apparent literis aliisve generalibus formis nostri magistratus, quae vel de provincialibus magistratibus et cohortibus et simpliciter exactoribus tractant, quemadmodum eos oporteat cum subditis agere, vel de bona fide a subditis ipsis in contractibus observanda et de sacris illationibus devota mente inferendis, robur suum obtinere volumus etiam ex praesenti

---

residua bona liberis vel extraneis heredibus reliquerit, qui ex eis similiter praedia quaedam alienaverint, ex quibus possidente emptore aliquod forte postea defecerit, ita ut locus sit *ἐπιβολῇ*, quam praedia sustinent, quae sunt ex eadem substantia et origine. l. 10 et 12 C. de om. agro. deser. ut ne defecti vel deserti praedii onus irrogetur simul eiusdem substantiae praediis omnibus, sed caeteris primum praediis quae possidet is qui ea emit a liberis vel extraneis heredibus defuncti: vel, si hic idoneus non sit, heredibus defuncti, id est, praediis quae possident heredes defuncti ex eadem substantia: aut, si forte haec etiam non sufficiant publicae collationi, tum ut onus transferatur ad alia defuncti bona, quae ad alios quam ad heredes pervenerunt. Ad eum igitur, qui fundum aut compossessionem a defuncto emit, ut posuimus initio. Idemque dicendum est, si ea praedia per plures successiones transierint. Quamdiu enim proximiores sive posteriores possessores idonei sunt, *ἐπιβολή* antiquioribus non irrogatur, id est, defecta praedia, eorumque tributa antiquiores possessores non agnoscunt: quod si eiusdem gradus et ordinis plures sint possessores quibus iniungi *ἐπιβολήν* oporteat, ut inter eos oneris divisio non fiat ex aequo, sed pro rata fertilium bonorum quae possident ex eadem substantia. Haec est fere sententia huius constitutionis."

31) Inscriptio *Γενικός* (sive, ut in Cod. est: *ἐνικός*) — *ὑπάρχου* in Cod. ponitur post haec: *Φλάβιος — λέγουσιν*. Sed id per errorem factum esse, docet index Novellarum initio eiusdem Cod. nec non Codicis Laurentiani collocatus, ubi Nov. 167 recensetur tamquam *γενικὸς μέγιστος τύπος περὶ τοῦ πῶς δεῖ στέλλεσθαι ἐπὶ νομῆς βάσσου ἐνδοξοτάτου ἐπάρχου*. Index Novellarum, qui Theodori Breviario praemissus est, sic habet: ρξζ'. *Γενικὸς τύπος περὶ νομῆς γραφεὶς βάσσῳ τῷ ἐνδοξοτάτῳ.* — Index Reginae: ρξζ'. *γενικὸς τύπος περὶ νομῆς πῶς δεῖ στέλλεσθαι εἰς αὐτήν, βάσσου τοῦ ἐνδοξοτάτου ὑπ...* (*Heimbachio* teste post *ὑπ* lacuna est in Codice, qui solus indicem Reginae continet. Quamquam *Cuiacius*, qui rubricam illam ex eodem indice, — non ex Basilicis, quod *Biener*us *Gesch. d. Nov.* p. 102 voluit, — cognitam habuit, ibi *ὑπάτου* legi auctor est.) Verba *βάσσου τοῦ ἐνδοξοτάτου ὑπάρχου Beckius*, Cuiaciana cum Heimbachianis miscens, inepte vertit: Bassi gloriosissimi *Consulis*.

32) *Heimb.* notat: „*Der Name* Comitas *ist mir verdächtig, weil er weder in der römischen, noch in der byzantinischen Geschichte vorkommt. Zudem hat die Handschrift statt des Jota das gewöhnliche Zeichen für ευ in Handschriften. (?) Ich lese also Κομέντας. Der Name Κομεντίολος ist unter* Mauricius *sehr bekannt. Und dieser muss das Diminutiv eines andern kürzeren Namens sein...*" Sed non video, cur quicquam mutandum sit. *Κομητᾶς* poeta in Anthologia occurrit: cf. edit. *Jacobs* tom. XIII p. 873.

33) Cod. *κάσσος*, quod *Heimb.* in *βάσσος* mutandum esse vidit, propter inscriptionem et indicum rubricas not. 31 laudatas. Scilicet *κ* et *β*, quum per literam, quae latinae literae u similis est, in Codicibus MSS. fere scribantur, passim a librariis permutantur.

34) Cod.: *οἱ μεγαλοπρεπέστατοι ἔπαρχοι — λέγουσιν*. *Heimb.* ad haec notat: „*Ist Bassus nach den angegebenen Quellen* (cf. not. 31) *als alleiniger Verfasser anzuerkennen (wozu der nur einmal gebrauchte Name Flavius recht gut passt), so kann es keinem Zweifel unterliegen, dass die folgenden Worte: οἱ μεγαλοπρεπέστατοι — λέγουσιν, so zu emendiren sind: ὁ μεγαλοπρεπέστατος ἔπαρχος τῶν ἱερῶν πραιτωρίων λέγει. Ein Fehler, welcher gewiss nur durch falsche Auflösung von Abbreviaturen entstanden ist.*" *Heimbachii* coniecturam omnino probandam esse censeo, nisi quis credat scribendum esse: *ὁ μεγαλοπρεπέστατος ἔπαρχος τῶν ἱερῶν πραιτωρίων .... λέγουσιν*, i. e. nomina quaedam, fortassé principum officii, excidisse existimet. Quod autem *Beckio* placuit et ab *Os.* receptum est, nimirum ut scribatur *Φλάβιος κομίτας, θεόδωρος, βάσσος*, hoc falsum imo falsissimum esse, nemo est quin sentiat. — Caeterum *λέγει* verti: *dicit*, non *edicit*, quod *Heimbachio* placuit. Nam *dicere* his temporibus solenne est.

35) Cod. *περί*.

36) Sic in Cod. legitur teste *Mai.* — *Heimb.* *δοκοῦντα* habet, quod ferri nullo modo poterat.

37) Cod. *οἰθότητες*. — In his verbis vertendis sequutus sum dicendi rationem a Cassiodoro passim usurpatam.

βουλόμεθα καὶ ἐκ τῆς παρούσης ἡμῶν προστάξεως. ἐκεῖνο δὲ σαφέστερον ἔτι προσδιορίσασθαι δεῖν ἔγνωμεν[38]. *εἰ*[39] *γάρ τις ἀκινήτου τινὸς ἀντιλαβέσθαι σπουδάζων ἀρχικὰς ψήφους πορίσοιτο, ἐπὶ μὲν τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως ἀρκέσει τυχὸν ἡ τάξις τὴν σχολὴν μαρτυροῦσα τῆς τῶν πραγμάτων τούτων νομῆς*[40], *εἰ*[41] *καὶ τῶν γειτόνων*[42] *ἡ αὐτὴ τάξις λέγει*[43] *μαθεῖν, ὡς οὐδεὶς τῶν πραγμάτων τούτων*[44] *ἐπιλέληπται*[45]· *ἐπὶ δὲ τῶν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις κειμένων ὑπὸ*[46] *τοῖς τῶν τόπων ἐκδίκοις ὑπομνήματα, ἃ παραπλησίως ταὐτὸ τοῦτο πράττονται*[47], *δεήσει*[48] *συνίστασθαι,. μαρτυρίας*[49] *μὲν*[50] *ἔχοντα τῶν γειτόνων, τηνικαῦτα δὲ ἄδειαν παρεχόμενα τοῖς*[51] *τὰς ψήφους ᾐτηκόσι τὰ πράγματα κατασχεῖν. καὶ τοῖς μέλλουσι δὲ ἐκ συναλλαγμάτων τινῶν πρᾶγμα*[52] *λαμβάνειν καὶ νομὴν τοιαύτην ἢ δεσποτείαν ὑπὸ τὴν ἑαυτῶν ποιεῖσθαι κατοχήν, ἀναγκαίας τὰς τῶν ἐκδίκων*[53] *ἐν ταῖς ἐπαρχίαις μαρτυρίας νομίζομεν, ὥστε ὑπομνημάτων συνισταμένων ὑπ' αὐτοῖς δηλοῦσθαι τὴν παράδοσιν, εἴτε ἐπιστάλματα τύχοι γραφέντα φροντισταῖς*[54], *εἴτε ἐπισταλμάτων χωρὶς ἡ παρά-*

nostra praeceptione. Illud autem clarius iam definiri debere cognovimus. Nimirum si quis rem immobilem apprehendere cupiens decreta iudicis acceperit, in hac quidem felici civitate sufficiet testimonium forte officii, vacuam earum rerum possessionem esse dicentis, si etiam a vicinis officium sese dicat audivisse, neminem in earum rerum detentione esse; in his autem, quae in provinciis sitae sunt, sub defensoribus locorum acta, quae similiter id ipsum faciant, debebunt confici, ita ut quidem testimonia vicinorum contineant, tunc autem his, qui decreta impetraverunt, veniam rerum apprehendendarum concedant. Sed et his, qui ex contractibus quibusdam rem accipere et eiusmodi possessionem vel dominium in suam detentionem redigere volunt, necessaria defensorum in provinciis testimonia esse censemus, hoc modo, ut actorum sub iis confectione manifestetur traditio, sive forte mandata scripta sint ad curatores, sive absque man-

---

38) Cod. *ἔγνομεν.*

39) Hinc (*εἴ τις*) incipit ea pars huius Novellae, quam *Cui.* ex Basilicis edidit.

40) *Cui. νομῆς τούτων.*

41) Cod. et reliqui omnes *ἢ*. Sed *ἢ καὶ — λέγει* sensum non habet. Itaque legendum *εἰ* pro *ἢ*, ut etiam habent Edicta mox edenda.

42) Cod. *γετόνων.*

43) *Cui. λέγει.* Cod. *λε*, quae abbreviatio similiter *λέγει* significat. *Heimb. Os. λέγουσα* scribunt ex coniectura; id quod sane faciendum iis erat, quum paulo ante vitiosum *ἢ* servassent.

44) *Cui.* et *Beck τούτων* non habent.

45) *Cui.* et *Beck ἐπιλέλειπται.* Sed hoc quum non satis aptum sit, malui cum Cod. et *Heimb. Os. ἐπιλέληπται* ponere, quamquam insolitum sit, et potius scribendum fuisset: *ἐπείληπται.* Male autem *Heimb.* vertit: „neminem earum possessionem desiderasse."

46) *Hombergk* et *Beck* vertunt: *a defensoribus. Heimb.* et *Os.* ambiguo sermone utentes: *auctoritate defensorum.* Sed *ὑπὸ* cum dativo significat *sub:* itaque vertendum: *sub defensoribus.* Nec credas forte *παρὰ* pro *ὑπὸ* legendum esse: nam paulo post iterum occurrit *ὑπομνημάτων συνισταμένων ὑπ' αὐτοῖς.*

47) Cod. *πράττοντα. Heimb.* notat: „*Will man diess beibehalten, so lese man statt ἃ vielmehr τόν.*" Male: ut enim *πράττοντα* legi possit, vix alio opus est, quam ut *ἃ* deleatur. Sed *πράττονται* omnino praeferendum est.

48) *Cui. δεῖ.* Sic et *Beck.*

49) *Cui. Beck. μαρτυρίαν.*

50) Hoc *μέν*, quod tamen an in Cod. habeatur, dubitasse videtur *Heimb.*, firmatur lectione, quam *Cuj.* ex Basil. exhibuit et quam Edicta a nobis mox edenda praestant. Sed quod mox in Cod. et apud *Cuj. παρέχομεν* scriptum est, hoc emendatione indiget; haec enim verba: *μαρτυρίας μὲν ἔχοντα* et illa *τηνικαῦτα δὲ ἄδειαν κ. τ. λ.* invicem iungenda esse, usus particularum *μέν, δέ* significat. Itaque *παρεχόμενα* reposui ex Edictis infra a me edendis. Sensus hic est: Constantinopoli sufficit testimonium officii, in provinciis autem opus est testimonio non solum defensoris, sed etiam vicinorum.

51) Articulus *τοῖς* deest apud *Cui. Beck. Os.*

52) Edicta mox edenda *πράγματα* legunt: non male.

53) Verbum *ἐκδίκων* operarum vitio, ut videtur, apud *Beck.* deest; eius tamen vestigia pressit *Os.*

54) Sic *Cui.* et *Beck.* Cod. *γράμματα φροντιστεῖν*, *Heimb.*, quem *Os.* sequitur, coniecit: *γράμματα φροντιστῶν*, rationem addens: „*das zweite Substantiv ist Apposition des ersteren.*" Sed tunc verbum *τύχοι* vertendum esset: *adsit*, id quod nullo modo fieri potest. Itaque Basilicorum lectio recipienda est, quam etiam confirmant quodammodo Edicta inferius edenda. — Caeterum interpretes omnes totum hunc locum pessime tractaverunt: *ἐπιστάλματα γραφέντα φροντισταῖς* (sive *ἐπιστ. γράμματα φροντιστῶν*) interpretantur *epistolas sive mandata a curatoribus scripta:* verba autem *προσόντος ἐνταῦθα τοῦ κ. τ. λ.* sic vertunt: *addito ibi (?) hoc*, vel: *in quo et illud observetur.* Sed sensus, ut iam Cuiacius vidit, hic est: Si quis Constantinopoli degens possessionem in provinciis habeat, eamque mandatis ad colonos vel administratores directis alteri tradi iusserit, non solum acta super traditione apud defensorem loci conficienda sunt, sed etiam mandatis ipsis haec clausula inserenda est, ut coloni vel curatores sive administratores novum dominum agnoscant et hoc se iussu prioris domini facere apud

δοσις μέλλοι[55]) *γίνεσθαι, προσόντος ἐνταῦθα τοῦ καὶ τοὺς γεωργοὺς ἢ*[56]) *φροντιστὰς χρῆναι συνομολογεῖν ἐπὶ τῶν ὑπομνημάτων, ὡς τὸν ἕτερον*[57]) *εἰδοῖεν νομέα καὶ δεσπότην καὶ τῇ τοῦ παραδόντος ἀκολουθήσαιεν*[58]) *γνώμῃ τοῦτο αὐτοῖς*[59]) *ἐπιτρέψαντος. ἔνθα δὲ ἂν ἔκδικος μὴ παρῇ, τὸν λαμπρότατον τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντα τὰ τοιαῦτα συνιστᾶν*[60]) *ὑπομνήματα προστάττομεν, ἢ τὸν ὁσιώτατον*[61]) *τῆς πόλεως ἱερέα, ὑφ' ἣν ἡ κτῆσις ἐστὶν*[62]) *ὑπὲρ ἧς τὰ τοιαῦτα πράττεται, εἰ πολλῷ τυχὸν ὁ τῆς ἐπαρχίας ἡγούμενος ἀπολίποιτο*[63]) *τῶν τόπων, ἐν οἷς ἡ παράδοσις γίνεται. ἐν δὲ*[64]) *τῇ βασιλίδι ταύτῃ πόλει καὶ τοὺς καλουμένους ἐκβιβασμοὺς καὶ τὰ ὑπὲρ τῶν παραδόσεων*[65]) *συνιστάμενα ἐκμαρτύρια*[66]) *ῥοπὴν ἱκανὴν διδόναι τοῖς παρειληφόσιν*[67]) *ἡγούμεθα. προστάττομεν*[68]) *τοίνυν τῇ σῇ μεγαλοπρεπείᾳ καὶ τῇ πειθομένῃ σοι τάξει καὶ πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν ἰθυνομένην ὑπὸ σοῦ χώραν διαιτωμένοις πάντων ἐφεξῆς*[69]) *ἐπιμελήσασθαι τῶν παρεγγυησαμένων*[70]) *ὁμοίως*[71]).

datis traditio facienda sit; illo casu (mandatis) adiiciendo, etiam colonos vel curatores debere apud acta confiteri, quod alterum agnoverint possessorem et dominum, et tradentis voluntati obtemperaverint, qui hoc ipsis permiserit. Sicubi vero defensor non sit praesens, clarissimum provinciae praesidem huiusmodi acta conficere praecipimus, vel sanctissimum sacerdotem civitatis, sub qua sita est possessio de qua haec acta conficiuntur, si forte provinciae praeses longe ab iis locis absit, ubi traditio celebratur. In hac vero regia urbe executiones, quae vocantur, et quae super traditionibus scribuntur testimonia, idoneam auctoritatem accipientibus praebere arbitramur. Praecipimus igitur magnificentiae tuae et officio tibi subiecto et cunctis in provincia a te gubernata degentibus, omnium, quae imperata sunt, deinceps similiter curam habere.

ρξη'.[72]) —

Προστάττομεν κήνσῳ ἤγουν ἀπογραφῇ χωρία

CLXVIII.

Praecipimus, ut in censum sive descriptionem

---

acta profiteantur. Sin autem sine mandatis, i. e. a praesentibus, traditio celebretur, acta tamen apud defensorem cum vicinorum attestationibus conficienda sunt.

55) *Cui.* et *Beck.* *μέλλει.*

56) *Cui.* et *Beck.* *ἤτοι.* Legendum existimo: *ἢ τούς.*

57) *Cui.* et *Beck.* *νεώτερον.* Haud male: confirmatur etiam Edictis infra edendis.

58) Ita *Cui.* et *Beck.* et Edicta, quae mox edam. Cod. *ἀκολουθήσειε*, quod *Heimb.* in *ἀκολουθήσειαν* mutare voluit. *Os.:* *ἀκολουθήσαιαν* (sic).

59) *Cui. Beck.* *αὐτῷ.* Perperam.

60) *Cui.* H[2] *συνιστᾷν.*

61) Cod. *ὁσιώτ.*

62) *Cui. Beck.* *κτῆσίς ἐστιν.*

63) *Cui. Beck.* *ἀπολείποιτο.*

64) Cod. *ἐν τε*, quod probant *Heimb.* et *Os.* Sed rectius *Cui.* et *Beck:* *ἐν δέ.* Opponitur enim urbs regia provinciis: ibi ambagibus, quibus in provinciis, minime opus est.

65) *Cuj. Beck.* *τῆς παραδόσεως.*

66) Cod. haec verba abbreviata habet (cf. H[2]), sed ita ut potius *συνισταμένην μαρτυρίαν*, quam cum *Cui.* *συνιστάμενα ἐκμαρτύρια*, legi posse videantur. Si illud praeferas, scribendum erit: *τὴν ὑπὲρ κ. τ. λ.*

67) Edicta mox edenda ex Cod. Bodleiano habent: *προλαβοῦσιν.* Itaque legendum fortasse hoc loco: *προειληφόσιν*, ut sensus sit, hos, qui ante hoc edictum alio modo possessionem accepissent, securos esse.

68) Haec verba *προστάττομεν — ὁμοίως* rursus apud *Cui.* desunt.

69) Cod. *ἐφ' ἑξῆς.*

70) *Heimbachio* (quem *Os.* sequitur) *οἱ παρεγγυησάμενοι* esse videntur, qui traditiones rerum peragunt (?). Sed non de personis *παρεγγυησαμένοις* hoc loco sermo est, sed magistratus, officia et subditi omnes *τὰ παρεγγυησάμενα*, i. e. adhortationes et praeceptiones, quas haec forma continet, observare iubentur.

71) Subscriptio desideratur. Tempus, quo haec forma data sit, *Heimb.* sic definit: „*Sie ist gewiss jünger, als* [*Nov.*] *166*.... Bassus, *ihr Verfasser, war* praef. pr. *nach dem ersten Jahrzehnte der Justinianischen Regierung.*“ — *Cuiacii* Expositio Nov. 167: „Hoc quod vult, breviter ut dicam et summotenus, ex sententia iudicis non recte apprehenditur nisi possessio vacua, et quam in urbe quidem vacuam esse executorum testimonia adseverent, in provinciis acta defensorum plebis vicinorum testimonio confirmata. Et similiter ex contractu in provinciis quoties quis ingredi possessionem desiderat, acta apud defensores civitatum fieri debent traditae possessionis, simulac consentientium voluntati tradentis novoque domino colonorum vel actorum possessionis. Si non sit copia defensoris, apud praesidem: vel etiam, si hic longe absit ab eo loco quo traditio fit apud episcopum.“ — Caeterum conferantur, quae de gestis super traditione factis exponit *de Savigny Gesch. d. RRs. im Mittelalter* tom. I p. 110 et 344 sqq. (ed. II). Noli tamen *epistulas traditionis*, de quibus hoc loco sermo est, et *ἐπιστάλματα*, de quibus supra dixi, invicem confundere.

72) Rubricam sive inscriptionem huius Novellae index Codicis Laurent. et Bonon. simpliciter sic efferunt: *περὶ ἐπιβολῶν.* Index Reginae autem habet: *ρξη'. ἐπαρχικὸς τύπος περὶ ὁμοδούλων.* Denique index Breviarii Theodori

φέρεσθαι μόνον οὐ μὲν[72a]) οἰκίας ἢ ἄλλα πράγματα. ἡ δὲ ἐπιφορὰ[73]) ὁμοκήνσοις γίνεται. φυλάξει δὲ τοῦτο ὁ τοῦ ἔθνους ἡγούμενος καὶ ἡ πειθομένη αὐτῷ τάξις καὶ οἱ πράκτορες τῶν δημοσίων εἰσφορῶν, ἀνὰ τριάκοντα χρυσίου λιτρῶν ὑφορώμενοι ποινήν. ταύτῃ τῇ ψήφῳ[74]) καὶ νῦν ἀκολουθοῦντες γενικοὺς ποιούμεθα τύπους, ὥστε μηδένα διδόναι ὑπὲρ ὁμοδούλων ἢ ὁμοκήνσων ἐπιβολὴν[75]) ἐπὶ οἰκίαις ἢ ἄρτοις πολιτικοῖς ἢ ἑτέρῳ τινὶ μὴ ἐγγεγραμμένῳ τῷ κήνσῳ. ταῦτα φυλαττέσθω, ταῦτα πέρατι παραδιδόσθω, τῶν παραβαινόντων αὐτὰ ποινὴν δέκα χρυσίου λιτρῶν καταθέντων, καὶ κατὰ τῆς ἑαυτῶν οὐσίας οὐ μετρίαν ἐπιφερόντων ζημίαν. οἱ γὰρ διὰ ταῦτα ἀδικούμενοι ἕξουσι κατὰ τῶν παραβαινόντων καὶ τῶν ἐκείνοις κληρονομούντων καὶ πραγμάτων αὐτῶν ἀγωγὴν ὑπὲρ τοῦ παρὰ τὸν νόμον ὑπομεῖναι ζημίαν, τῶν λαμπροτάτων ἀρχόντων καὶ τῶν ὑπηρετουμένων αὐτοῖς τάξεων καὶ των ἁπανταχοῦ γῆς ἐκδίκων τὰ παρ' ἡμῶν γενικῶς διατεταγμένα φυλαττόντων καὶ ὑφορωμένων τὰ ὡρισμένα κατὰ ταὐτὸν ἐπιτίμια[76]).

praedia referantur solum, non autem domus vel aliae res. Adiectio autem contributariis fit. Observabit hoc rector gentis et officium ei subiectum et exactores publicarum illationum, triginta librarum auri mulctam metuentes. Hanc sententiam etiam nunc sequuti generales facimus formas, ut nemo propter conservu vel contributaria adiectionem praestet nomine domuum vel panum civilium vel alius rei censui non inscriptae. Haec observentur, haec effectui tradantur, his, qui ea transgrediantur, poenam decem auri librarum soluturis, et substantiae suae non mediocre illaturis damnum. Nam qui ea re laesi sunt, adversus transgredientes et successores eorum et res eorum actionem habebunt propter hoc, quod praeter legem damnum passi sunt, clarissimis praesidibus et officiis, quae ipsis inserviunt, et defensoribus ubique terrarum constitutis, quae a nobis generaliter disposita sunt, observaturis et statutas simul poenas reformidaturis.

---

sic: ρξη'. ἐπαρχικὸς τύπος καταπεμφθεὶς περὶ ὁμοδούλων ἰωάννῃ τῷ λαμπροτάτῳ ἄρχοντι κύπρου. — Editiones Corporis iuris plerumque rubricam habent hanc: γενικὸς τύπος περὶ ὁμοδούλων, eamque a *Cui.* prolatam esse auctor est *Heimb.* Sed apud *Cui.* invenio quidem rubricam ex Indice Reginae desumtam (Obss. VI, 10), non autem hanc, quam ex editoribus Corporis iuris nescio quis proprio Marte effinxisse videtur. — Caeterum hoc, quod edimus fragmentum, non est integra Nov. 168, sed particula eius, quae in Basilica translata et ex Basilicis a *Cuiacio* eruta est. Exordium integrae Novellae viri docti sibi invenisse visi sunt in Cod. Bononiensi, qui continet fragmentum, cui inscribitur περὶ ἐπιβολῶν, in finem totius Codicis reiectum. Sed equidem supra §. 16 rationes exposui, propter quas haec coniectura improbanda esse videatur. Ne tamen quid deesse dicatur, fragmentum Bononiense περὶ ἐπιβολῶν hoc loco subiiciam, recensionem et versionem *Heimbachii*, primi editoris, sequuturus. Est autem hoc:

Περὶ ἐπιβολῶν.

Τὰς τῶν ὁμοδούλων ἐπιφορὰς ὁ νόμος οἶδε καὶ τῶν ὁμοκήνσων, καὶ τίς ἐστιν ἡ τούτου ἀρχὴ πολλάκις ἐν τοῖς δικαστηρίοις δεδήλωται, καὶ περὶ πραγμάτων ἃ γίνεται ἐν τοῖς κοινοῖς τὰς ἀπογραφὰς ἐχόντων οὐ μόνον τῶν ἀπογεγραμμένων ἢ ἀναγεγράφθαι δυναμένων. ἐπειδὴ τοίνυν τινὲς κατὰ διαφόρους χρόνους παρέβησαν τοῦτο ἀλλοιοτέροις τρόποις καὶ τοὺς ὑποτελεῖς ἐβάρυνον ἡμεῖς οὐ παρωλισθήσαμεν οὐδὲ τὸ δοκοῦν τῷ νόμῳ παρελύσαμεν.

De adiectionibus.

Conservorum adiectiones praediorum lex agnovit et contributariorum, quaeque sit huius rei ratio, saepenumero in iudiciis est manifestatum, et quid fiat de rebus, quae communem censum habent, non tantum de iis, quae iam in censum deductae sunt, vel certe accensitae esse debebant. Quum igitur quidam diversis temporibus hoc neglexissent variis modis, subditosque aggravarent, nos id non praeterivimus, neque, quod legi placet, iacere sivimus.

72a) Malim οὐ μήν.

73) *Hombergk* recte notat: „ἐπιφορὰν puto idem esse, quod ἐπιβολή.“ Sed minus recte vertit: *illatio.*

74) Hinc colligendum esse videtur, verbis, quae praecedunt, ψῆφον quandam contineri aut anterioris Praefecti Praetorio aut ipsius Imperatoris.

75) *Hombergk* (quem *Beck.* et *Os.* sequuntur) haec verba: διδόναι ἐπιβολὴν vertit: *adiectionem imponere.* Sed significant dare sive praestare adiectionem, i. e. solvere tributa per adiectionem imposita.

76) *Cuiacius* in expositione huius Novellae sic ait: „Haec est περὶ ὁμοδούλων, id est, de praediis hominibusve praediorum ratione eidem domino servientibus. His solent accrescere invitis defecta desertave praedia eiusdem substantiae ut diximus Nov. 128 et 166., denique ἐπιβολὴ onus est ὁμοδούλων ἢ ὁμοκήνσων, et irrogatur rusticis praediis tantum. Nam et haec sola referuntur in censum, non annonae civiles, non aedes. Et ideo in tit. Dig. de censibus, agrorum tantum censendorum mentio fit: ac quod est de servis, l. 4 §. in servis. id de rusticis tantum accipio, qui pars agrorum sunt, ut dixi supra No. 7. Sed et quod dicitur de tributo capitis, l. 3 id in agris tantum locum habet, non in urbibus aut metrocomiis, l. 1 C. de cap. civ. l. 8 C. de exact. trib.

§. 18. *II. De collectione τῶν ὑπαρχικῶν τύπων, cuius index in Codice Marciano 179 superest.*

Posteaquam de edictis Praefectorum Praetorio, quae partem collectionis CLXVIII Novellarum efficiunt, satis abundeque diximus, perveniamus nunc ad alterum disputationis nostrae caput.

In Codice Marciano collectionis CLXVIII Novellarum nonnisi priores 162 Novellae descriptae sunt, et post Nov. 162 adnotatio est librarii sive scholiastae cuiusdam, reliquas Novellas in appendice, quae tamen hodie ob defectum Codicis non amplius extat, inferius quaerendas esse significantis. Et de Novellis quidem 166—168 scholiastes ille haec dicit: *ἡ δὲ ρξς' ἐστὶ τύπος α' τῶν ἐπάρχων. — ἡ δὲ ρξζ' ἐστὶ τύπος κδ' τῶν ἐπάρχων. — ἡ ρξη' ἐστὶ τύπος β' τῶν ἐπάρχων.* — Hinc *Bienerus* [77]) iam olim coniecerat, appendice Codicis Marciani, dum integra esset, etiam Collectionem formarum Praefectorum Praetorio comprehensam fuisse.

Bieneri coniectura deinde a *Blumio* corroborata est, qui de indice istius collectionis in Codice Marciano etiamnum superstite *Bienerum* fecit certiorem [78]). Hunc indicem ego postea in Delineatione historiae iuris G. R. p. 105—107 edidi ex schedis *Maieri* et *Heimbachii*, quarum illas beneficio *Tafelii*, philologi Tubingensis, has vero ipsius *E. Heimbachii*, viri mihi amicissimi, liberalitate nactus sum. Eundem indicem hac occasione data iterum edam, versione latina et adnotationibus criticis [79]) nunc primum instructum.

Prius autem praefationis causa de Collectione formarum Praefectorum Praetorio, quam Codex Marcianus olim complectebatur, paucis dicam. — Collectio ista formarum sive edictorum exemplaria integra praestitisse videtur. Nam tres illas formas, quas, ut supra vidimus, collectio CLXVIII Novellarum integras in se continebat, scholiastes Codicis Marciani modo laudatus in Collectione formarum Praefectoriarum repetitas fuisse indicat, ut proinde et haec collectio integris Praefectorum formis, non decurtatis aut in epitomen contractis, constitisse videatur.

Edicta autem sive formae, quas ea collectio continebat, omnes a Praefectis Praetorio Orientis datae fuisse videntur. Nam secundum rubricas, quas index Codicis Marciani exhibet, Edicta 2. 23. 25—33. 35 a Praefectis Praetorio proposita sunt, et Edicta 1 et 24 aliunde [80]) novimus edicta Praefectorum Praetorio esse; reliqua vero edicta, quorum auctor in indice Codicis Marciani vel omnino non indicatur (Edict. 3—19), vel ita, ut quaeri possit, an Praefectus Praetorio fuerit (Edict. 20—22. 34. 36—39), nihilominus pro Edictis Praefectorum Praetorio habenda sunt propter inscriptionem illius indicis „ἀρχὴ τῶν ὑπαρχικῶν τύπων," quippe quae omnes formas ibi enumeratas similiter a Praefectis Praetorio datas esse significet. Praefectos autem, a quibus hae formae emissae sunt, omnes Orienti praefuisse probabile est. Nonnullae enim ad magistratus provinciales, quos sub dispositione Praefectorum Praetorio Orientis fuisse constat, directae sunt, veluti Edict. 27 ad Alexandrum Consularem Ciliciae, ut habet index Marcianus, et Edict. 1 (ut ex inscriptione Nov. CLXVI didicimus) ad Cohortalinum (?) Consularem Lydiae, et Edict. 2 ad Joannem praesidem Cypri (ut indicat Theodori Breviarium); aliae a Praefectis Praetorio datae esse dicuntur, quos aliquando Orienti praefuisse demonstrari potest [81]), Illyrico vel Africae Italiaeve non item; denique collectio, de qua agimus, perinde atque collectio CLXVIII Novellarum, cui tamquam appendix in Codice Marciano adiecta fuit, in Oriente et quidem Constantinopoli confecta esse videtur, ut vel ideo orientalium dumtaxat Praefectorum formas comprehenderit.

Praediis igitur urbanis aut annonis civilibus non irrogatur agrorum ἐπιβολή, quia nec sunt ὁμόκηνσα nec satis est si sint eiusdem originis." Caeterum vix opus est, ut moneam, in his, quae *Cuiacius* et alii circa ἐπιβολὴν exposuerunt, nonnulla post *Savinii* de re tributaria Romanorum lucubrationes emendatione indigere. — Quod ad quaestionem attinet, quo tempore haec forma data sit, *Heimbachius*, Nov. 168 post Nov. 167 datam esse statuit. Infra tamen demonstraturus sum, hanc formam a Zotico, qui sub Anastasio a. 512 Praefectus Praetorio fuerit, datam esse.

77) *Gesch. der Novellen* p. 101. 119.

78) *Gesch. der Novellen* p. 619 sq.

79) Quod enim ad exegesin attinet, melius ea dabitur ad Edicta, quae deinde ex Cod. Bodleiano edam.

80) Cf. §. 17 inscriptiones Nov. CLXVI et CLXVII.

81) Vide notas ad §. 19.

Temporis, quo hae formae datae sunt, definitio facienda est secundum nomina Praefectorum Praetorio, qui in indice Codicis Marciani formarum, quas ille recenset, auctores esse dicuntur. Inter haec sunt nonnulla, veluti Bassi, Constantini nomina, quae tam antiquioribus quam recentioribus Praefectis Praetorio Orientis indita fuerunt; longe plura autem, quibus Praefecti Praetorio Orientis sub Anastasio, Iustino et Iustiniano, non autem antiquiores, quantum scimus, appellati sunt [82]). Itaque probanda est *Bieneri* [83]) coniectura, qui omnes formas indice Marciano enumeratas a Praefectis Praetorio emissas esse statuit, qui sub Anastasio vel Iustino vel Iustiniano Praefectura Orientis functi sint. Quae coniectura etiam eo confirmatur, quod haec Collectio, de qua agimus, post Iustinianum demum confecta esse videtur, quo tempore vix quicquam ex antiquioribus edictis superfuit [84]).

Singulae formae, quas index Codicis Marciani recenset, a quibusnam Praefectis Praetorio datae sint, §. sequenti in notis ad hunc indicem disputabitur. Quae disputatio simul hoc ostendet, in colligendis his formis non magis ordinem chronologicum observatum esse, quam id factum est in collectione CLXVIII Novellarum; sicuti in hac, ita etiam in illa ordo dispositionis plane fortuitus est.

§. 19. *Index collectionis τῶν ὑπαρχικῶν τύπων ex Cod. Marciano 179.*

Tenor Indicis formarum Praefectorum Praetorio, qui extat in Codice Marciano fol. 72 sq., hic est [85]):

Ἀρχὴ τῶν ὑπαρχικῶν [86]) *τύπων.*	*Incipiunt Formae Praefectorum Praetorio.*
α'. ἴδικτον περὶ ἐπιβολῶν [87]).	I. Edictum de adiectionibus.
β'. ἴδικτον περὶ ἐπιβολῶν, ζωτικοῦ ὑπάρχου πραιτωρίων [88]).	II. Edictum de adiectionibus, *Zotici* Praefecti Praetorio.
γ'. περὶ τῶν [89]) *ζιγοστατῶν προβολῆς, καὶ ὅτι οἱ τῶν πόλεων ζιγοστάται ψήφῳ τῶν ἐν αὐταῖς ἐπισκόπων καὶ κτητόρων καὶ οἰκητόρων προχειρίζονται, καὶ ἀμφοτέρων κεφαλαίων* [90]).	III. De ponderatorum creatione, et quod civitatium ponderatores decreto episcoporum, qui in ipsis sunt, et possessorum et habitatorum constituantur, et duorum capitum.
δ' [91]). *περὶ τῆς τῶν ἀγορανόμων προβολῆς, καὶ ὅτι καθ' ὁμοιότητα τῶν ἐκδίκων* [92]) *καὶ οἱ ἀγορανόμοι* [93]) *χειροτονοῦνται, ψηφισμάτων*	IV. De aedilium creatione, et quod ad instar defensorum etiam aediles ordinantur, decretis super eorum creatione faciendis a Deo

82) De quo vide notas ad §. 19.

83) *Gesch. der Novellen* p. 620.

84) Unicum Edictum est, quod anno 490 imperante adhuc Zenone propositum esse videtur. Cf. Edicta ex Codice Bodleiano edenda not. 140.

85) Lectiones Codicis dabo secundum apographa *Maieri* et *Heimbachii*, de quibus supra dixi. In Codice iota subscriptum, accentus et spiritus passim deesse videntur: haec tacite emendavi.

86) *Biener Gesch. d. Novv.* p. 619 ex *Blumii* apographo habet *ἐπαρχικῶν*.

87) Haec rubrica indicat formam a Demosthene PP. Or. annis 521—523 datam, quae nobis servata est tamquam Nov. 166. Nam scholiastes Codicis Marciani ad Nov. 166 notat: *ἐστὶ τύπος α' τῶν ἐπάρχων*.

88) Est Nov. 168, ad quam idem scholiastes adscripsit: *ἐστὶ τύπος β' τῶν ἐπάρχων*. — Docemur igitur hac rubrica, Nov. 168 formam s. edictum esse Zotici cuiusdam P. P. Or., quod iam observaverat *Biener Gesch. der Novv.* p. 619 et *Heimbach Zeitschr. f. gesch. RW.* VIII p. 344. Idem *Heimbachius* hunc Zoticum Demosthene illo, de quo not. 87 diximus, iuniorem esse existimat, addens: *„Doch lässt sich kein bestimmtes Jahr angeben, weil Zoticus sonst nirgends vorkommt.“* — Enimvero is est *Zoticus*, qui a. 512 sub Anastasio Praefectus Praetorio fuit, de quo videatur *Hase* ad Lydum p. IV. X et *Lydus* ipse de magistr. III, 26 sqq.

89) *Maier: τῆς*. Sed *Heimb.* abbreviationem in Codice esse refert, quae, licet τῆς legi possit, rectius tamen τῶν explicabitur. Fortasse legendum: τῆς τῶν.

90) Hoc dicendi genus (*καὶ ἀμφοτέρων κεφαλαίων*) illustratur schol. I. in Basil. *Fabroti* tom. V p. 83, ubi sic est: *ἡ μετὰ τὸν κώδικα ρς' νεαρὰ ἐπιγεγραμμένη περὶ προγαμιαίας δωρεᾶς, καὶ ἄλλων κεφαλαίων*, i. e. Novella post Codicem CVI (nobis CXIX), quae inscribitur: De antenuptiali donatione, *et alia capitula habet.* (Sic enim vertendum, non autem „et de aliis capitulis.“) Ita etiam hoc nostro loco verba *καὶ ἀμφοτέρων κεφαλαίων* sic accipienda sunt: *et duorum capitum est*, sive: *et duo capita habet.* —

91) Numeri in extremo margine positi vestigia se vidisse testatus est *Maierus.*

92) *Heimb. ἰνδίκων* legisse videtur.

93) *Heimb. ἀγοράνομοι.*

ἐπὶ τῇ τούτων προβολῇ γινομένων παρὰ τοῦ θεοφιλοῦς ἐπισκόπου τῆς πόλεως καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν εὐλαβεστάτων κληρικῶν καὶ κτητόρων καὶ πολιτευομένων καὶ λογάδων, καὶ πρόσγε καταθέσεως ἀνωμότου[94]*) μὲν παρὰ τοῦ ἐπισκόπου, μεθ' ὅρκου δὲ παρὰ τῶν λοιπῶν.*

ε'[95]*). ὅτι οὐκ ὀρθῶς οἱ βουλευταὶ πρὸς ἀπαλλαγὴν οἰκείας τύχης διαλύονται πρὸς τοὺς βουλευτάς, καὶ ἀμφοτέρων κεφαλαίων.*

ς'. ὅτι οἱ ἔκδικοι καὶ πατέρες τῶν πόλεων πάντα τὸν εὐλαβούμενον[96]*) δικάσασθαι παρὰ θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ἢ εὐλαβεστάτοις ἐκκλησιεκδίκοις*[97]*), καὶ ἀμφοτέρων κεφαλαίων.*

ζ'. ὅτι οὐδὲ ἐπίσκοποι οὐδὲ ἐκκλησιέκδικοι οὐδὲ οἰκονόμοι[98]*) δύνανται λόγον διδόναι τινί, εἰ καὶ τὸν διδόμενον ἀσυλίας λόγον παρὰ τῶν ἀρχόντων*[99]*), καὶ ἀμφοτέρων κεφαλαίων.*

η'. ὅτι βουλόμενος ἐκ ψήφων ἐν νομῇ γενέσθαι πραγμάτων ἀκινήτων, τηνικαῦτα τὸ βέβαιον ἐπὶ τοῖς πράγμασιν ἕξει, ἐπειδ' ἂν αἱ[100]*) μὲν τὴν νομὴν*[1]*), καὶ ἀμφοτέρων κεφαλαιων.*

θ'. ὅτι οἱ ὑποτελεῖς ἓν καὶ μόνον κέρατιν[2]*), καὶ ἀμφοτέρων κεφαλαίων.*

ι'. ὅτι ὁ ἐν εὐαγέσι χωρίοις ὑπομνησθεὶς προσηκόντως ἐπὶ δημοσιευόντων καὶ μὴ δικαζόμενος[3]*), καὶ ἀμφοτέρων κεφαλαίων.*

ια'. ὅτι ὁ μὴ ὑποκείμενος στρατιωτικῷ ἄρχοντι καὶ ὁ[4]*) λαβὼν παρ' αὐτοῦ*[5]*), καὶ ἀμφοτέρων κεφαλαίων.*

ιβ'. ὅτι ὁ ἐξωμοσίᾳ καταπιστευόμενος ἀναγκάζεται προβάλλεσθαι ἐντολέα, παρασχεῖν δέ[6]*), καὶ ἀμφοτέρων κεφαλαίων.*

ιγ'. ὅτι οὐ δεῖ τὰς τῶν υπομνημάτων[7]*) πράξεις ἐν παραβύστῳ*[8]*) ἐνίστασθαι, καὶ ἀμφοτέρων κεφαλαίων.*

ιδ'. ὅτι ὁ[9]*) ἐν δημοσίοις ἀρχεί[οις]*[10]*) τὰ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις πραττόμενα διὰ τοῦ σκρινίου τοῦ* AB ACTIS[11]*), καὶ ἀμφοτέρων κεφαλαίων.*

amabili episcopo urbis et reliogisissimis clericis sub eo constitutis et possessoribus et curialibus et honoratis, et insuper depositione ab episcopo quidem sine iuramento, a reliquis vero cum iuramento facienda.

V. Quod non recte decuriones, ut a conditione sua liberentur, cum decurionibus transactionem faciunt, et duorum capitum.

VI. Quod defensores et patres civitatium quemlibet, qui vereatur iudicium accipere apud Deo amantissimos episcopos vel religiosissimos ecclesiarum defensores, et duorum capitum.

VII. Quod neque episcopi neque ecclesiarum defensores neque oeconomi possunt *λόγους* alicui dare, licet *ἀσυλίας λόγον* a praesidibus datum, et duorum capitum.

VIII. Quod, qui ex decretis in possessione rerum immobilium constitui vult, tunc res firmiter habebit, postquam possessionem, et duorum capitum.

IX. Quod tributis obnoxii unum solum ceratium, et duorum capitum.

X. Quod, qui in venerabilibus locis convenienter praesentibus publicis personis citatur et iudicium non accipit, et duorum capitum.

XI. Quod, qui non subiacet militari magistratui et ab eo accipit, et duorum capitum.

XII. Quod, qui iuratoriam cautionem praestitit, cogitur constituere procuratorem, dare autem, et duorum capitum.

XIII. Quod non oporteat actorum confectionem in occulto loco celebrari, et duorum capitum.

XIV. Quod in publicis archiis acta in provinciis confecta per scrinium eius, qui ab actis est, et duorum capitum.

---

94) *Maier* et *Heimb.* *ἐνωμότου*. Sed omnino legendum: *ἀνωμότου*. Nam *κατάθεσις* simplex ab episcopo facienda opponitur iuriiurando a reliquis praestando.

95) Numerum *Heimb.* legere non potuit, sed *Maier* eius vestigia reperiit.

96) *Maier*: *εὐλαβόμενον*.

97) Nimirum subintelligendum est: *καὶ τὰ λοιπά*, sive *καὶ τὰ ἑξῆς*, ut apud Athanasium est.

98) *Maier*: *οἰκόνομοι*.

99) Cf. not. 97.

100) Ni fallor, legendum *οἱ*. Nam sequi debebat *ἐμβιβάζοντες*.

1) Cf. not. 97.

2) Legendum videtur *κεράτιον*. — Vide tamen Theodori Breviar. Nov. XXXII not. 5. — Caeterum etiam hic supplendum: *καὶ τὰ ἑξῆς*.

3) Cf. not. 97. — Codex per abbreviationem scribit *δικαζομένων*.

4) Articulus *ὁ* omnino delendus est.

5) 6) Cf. not. 97.

7) *Maier*: *ἀπομνημάτων*.

8) Codex: *παραβίστω*.

9) Articulus *ὁ* delendus est.

10) Codex: *ἀρχ*'', quod proprie legi debet *ἀρχεῖν*.

11) Cf. not. 97.

ιε'. ὅτι ὁ ἄρχων [12]) μὴ ἐκδοὺς τὸ καθαρὸν εἴσω ιε' ἡμερῶν μετὰ LECTUM [13]) ε' χρυσίου λίτρας προστιμᾶται.

ις'. ὅτι ὁ ψευδέσι καὶ πλαστοῖς ἔν τινι κεφαλαίῳ μάρτυσι χρησάμενος, εἴτε ἐνάγει εἴτε ἐνάγεται, πάσης τῆς περὶ τὸ κεφάλαιον, διὸ τοῖς μάρτυσιν ἐχρήσατο, δικαιολογίας ἐκπίπτει.

ιζ'. ὅτι τότε τὶς ἀπαιτεῖ συστάσεις περὶ τῶν γραμμάτων τοῦ οἰκείου πατρός [14]), καὶ ἀμφοτέρων κεφαλαίων.

ιη'. ὅτι ὁ τὸν μέχρι τρίτου βαθμοῦ συγγενῆ τὰς περὶ τοῦ γένους ἀπαιτῶν συστάσεις [15]) καὶ ἀμφοτέρων κεφαλαίων.

ιθ'. ὅτι ἀρκεῖ εἰς ἀπόδειξιν τοῦ μὴ κεκομίσθαι τὴν προῖκα τὴν ἐν διαθήκῃ τῆς αὐτοῦ [16]) γαμετῆς μαρτυρίαν, καὶ ὅτε ἰσχυριζομένου τοῦ φεύγοντος [17]), καὶ ἀμφοτέρων κεφαλαίων.

κ'. ἴνδιξ [18]) ἄσπορος [19]), ἀλυπίου κωνσταντίνου [20]).

κα'. ἴνδιξ τῶν αὐτῶν [21]).

κβ'. ἴνδιξ τῶν αὐτῶν [22]).

κγ'. ἴδικτον ἀδδαίου ὑπάρχου πραιτωρίων [23]), περὶ τῶν ἀπολυομένων εἰς δημοσίας ἀποδείξεις [24]).

κδ'. γενικὸς μέγιστος τύπος περὶ τοῦ πῶς δεῖ στέλλεσθαι ἐπὶ νομῆς, βάσσου τοῦ ἐνδοξοτάτου ἐπάρχου [25]).

κε'. ἴδικτον ζωτικοῦ ὑπάρχου πραιτωρίων [26]), περὶ τῶν ὑποδεχομένων ἀλλοτρίους γεωργούς.

κς'. τοῦ αὐτοῦ τύπος περὶ συμβολαιογράφων.

κζ'. περὶ τοῦ μὴ ἐμβάλλειν τινὰ ἐν εἱρκτῇ [27]) δίχα ἄρχοντος καὶ ἐκδίκου, καὶ περὶ τοῦ ποιεῖν

XV. Quod praeses, si non ediderit *τὸ καθαρὸν* intra XV dies post *Lectum*, quinque auri libris mulctatur.

XVI. Quod, qui falsis et subornatis testibus in aliqua re usus est, sive agit sive convenitur, omni circa rem, propter quam testibus illis usus est, iustificatione excidit.

XVII. Quod tunc aliquis exigit probationes de literis patris sui, et duorum capitum.

XVIII. Quod, qui a cognato usque ad tertium gradum de genere exigit probationes, et duorum capitum.

XIX. Quod sufficit ad probationem non numeratae dotis uxoris in testamento testimonium, et quod affirmante reo, et duorum capitum.

XX. Index *Asperi Alypii Constantini.*

XXI. Index eiusdem. (?)

XXII. Index eiusdem. (?)

XXIII. Edictum *Addaei* Praefecti Praetorio, de his, qui liberantur secundum publicas probationes. (?)

XXIV. Generalis maxima forma, quomodo debeat mitti in possessionem, *Bassi* gloriosissimi Praefecti.

XXV. Edictum *Zotici* Praefecti Praetorio, de his, qui suscipiunt alienos agricolas.

XXVI. Eiusdem forma de tabellionibus.

XXVII. De eo, ut ne quis aliquem coniiciat in carcerem absque praeside et defensore, et

---

12) Codex: *ἔχων*.

13) Codex: *LECTU*. Nimirum lineola super literam *U* ponenda a librario omissa est.

14) 15) Cf. not. 97.

16) Nempe ad *ἀρκεῖ* subintelligendum *τῷ ἀνδρί*, et de viro hoc *αὐτοῦ* accipiendum est.

17) *Maier: φάγοντος*. — Caeterum cf. not. 97.

18) *Index* quid significet, supra exposui §. 11.

19) Nomen *ἄσπορος* emendatione indigere videtur, utpote insolitum. Fortasse legendum *ἄσπαρος*, (— de Aspero et Aspare videntur *Almeloveen* fastor. ad ann. 434, —) aut *πρόσπορος*, quum *προ* in Codicibus saepenumero scriptum sit per abbreviationem *α̅*.

20) *Constantini* nomen huic Praefecto *κύριον ὄνομα* fuisse videtur, priora autem praenomina. Neque enim tres magistratus esse crediderim, quibus hic Index vindicandus sit, quoniam tum scribendum fuisset *καὶ κωνσταντίνου*. Nec obstat, quod, qui sequitur, Index *τῶν αὐτῶν* i. e. eorundem esse dicitur, quasi plures fuerint prioris Indicis auctores; nam verba *τῶν αὐτῶν* facillime in *τοῦ αὐτοῦ* mutari possunt, quum abbreviationes, quibus syllabae finales *ῶν* et *οῦ* in Codicibus MSS exprimuntur, nonnunquam notis invicem similibus a librariis efformatae sint. — Caeterum *Constantinus* Pr. Pr. is esse videtur, quem sub Anastasio annis 502 et 505 Praefectum Praetorio Orientis fuisse novimus; cf. l. 5 C. *de emancipationib.* 8, 48 et l. 22 C. *de advoc. div. iud.* 2, 7.

21) 22) Legendum *τοῦ αὐτοῦ*, ut not. 20 demonstravimus.

23) *Addaeus* Pr. Pr. Or. sub Iustiniano circa a. 551 fuisse videtur. Cf. *Alemannus* ad Procopii histor. arcan. edit. Paris. p. 160. *Biener Gesch. d. Novell.* p. 532. *Heimbach 'Ανέκδ.* tom. I p. 44.

24) Verba *περὶ τῶν ἀπολυομένων εἰς δημοσίας ἀποδείξεις* corrupta esse videntur. Fortasse scribendum *δημοσίων ἀποδ.* Sed nec sic satis intelligo, quid sibi ista velint.

25) Est Nov. 167, ad quam in Codice Marciano scholium adscribitur: *ἐστὶ τύπος κδ' τῶν ἐπάρχων*. — *Bassus* Pr. Pr. Or. fuit sub Iustiniano annis 533, 541 (quo tempore vicarius Pr. Pr. erat), et 547. Cf. *Alemannus* ad Procopii hist. arc. edit. Paris. p. 160. *Hase* ad Lyd. p. VI. *Biener Gesch. der Novell.* p. 531 sq. *Heimbach 'Ανέκδ.* I p. XXVIII sq.

26) De *Zotico* vide supra not. 88.

27) *Heimb.: εἱρκτῇ*.

τὸν ἄρχοντα ν' [28]) ἡμέρας μετὰ διαδοχάς [29]), ἀρχελάου ὑπάρχου πραιτωρίων [30]) ἀλεξάνδρῳ ὑπατικῷ κιλικίας.

κη'. τοῦ αὐτοῦ, ὅτι ἐπὶ [31]) χρήμασιν αἰτιαθεὶς καὶ ἐγγυῶν ἀπορῶν περαιτέρω ι' ἡμερῶν ἐν εἱρκτῇ [32]) οὐκ ἀποκείσεται.

κθ'. τοῦ αὐτοῦ, περὶ νομῆς καὶ παραδόσεως αὐτῆς [33]).

λ'. τοῦ αὐτοῦ, περὶ τοῦ τὸν ἐχόμενον ὁδοῦ ἀφίεσθαι ἐξομνύμενον, ὅτι ὑποστρέψει [34]).

λα'. τοῦ αὐτοῦ, περὶ τοῦ [35]) τὸν ἀντεναγόμενον, ἐγγύας διδόναι τῶν ζημιῶν, καὶ περὶ τοῦ τὴν ἀκίνητον οὐσίαν ἐκεῖ συμβάλλεσθαί τινι [36]), ἔνθα διάκειται.

λβ'. τοῦ αὐτοῦ, περὶ δημοσίων, περὶ προστάξεων, καὶ περὶ τοῦ ὀφείλειν ἐντάττεσθαι τοῖς πραττομένοις πάντα τὰ δικαιώματα.

λγ'. ἴδικτον βασιλίδου ὑπάρχου πραιτωρίων [37]), περὶ νομῆς, περὶ ἐκκλήτου, καὶ ἀμφοτέρων κεφαλαίων.

λδ'. θεοδότου ἐπάρχου [38]), περὶ νομῆς.

λε'. ἴδικτον πέτρου τοῦ ἐνδοξοτάτου ἐπάρχου πραιτωρίων [39]).

λϛ'. τύπος εὐγενίου ἐπάρχου [40]), περὶ ἀποδείξεως δημοσίων.

λζ'. τύπος ἡφαίστου τοῦ ἐνδοξοτάτου [41]).

λη'. τύπος ἀρεοβίνδου [42]).

λθ'. τύπος λέοντος τοῦ ἐνδοξοτάτου [43]).

ut faciat praeses L dies post successiones, *Archelai* Praefecti Praetorio ad Alexandrum Consularem Ciliciae.

XXVIII. Eiusdem, quod, qui ob pecuniarias causas conventus est et fideiussorum copiam non habet, ultra quam X dies in carcere non detinebitur.

XXIX. Eiusdem, de possessione et traditione eius.

XXX. Eiusdem, ut is, qui iter facturus est, dimittatur iuramento praestito, quod revertet.

XXXI. Eiusdem, ut reconventus fideiussores det de damno, et ut immobilis substantia cuique ibi computetur, ubi sita est.

XXXII. Eiusdem, de publicis, de commonitoriis, et quod gestis omnia documenta inseri debeant.

XXXIII. Edictum *Basilidis* Praefecti Praetorio, de possessione, de appellatione, et duorum capitum.

XXXIV. *Theodoti* Praefecti, de possessione.

XXXV. Edictum *Petri* gloriosissimi Praefecti Praetorio.

XXXVI. Forma *Eugenii* Praefecti, de probationibus publicorum.

XXXVII. Forma *Hephaesti* gloriosissimi.

XXXVIII. Forma *Areobindi.*

XXXIX. Forma *Leonis* gloriosissimi.

---

28) Codex: η', quod eo magis corrigendum erat, quo saepius in Codicibus η et ν confunduntur.

29) Malim *διαδοχήν*, quia numero singulari de praeside sermo est.

30) *Archelaus* Pr. Pr. Or. fuit sub Iustino annis 524 et 525. Cf. *Alemannus* ad Procop. hist. arc. edit. Paris. p. 159, l. 27 C. *de advocatis div. iud.* 2, 7, l. 23 C. *de testamentis* 6, 23, et l. 7 C. *de praescript. XXX.* 7, 39. — (Archelaus Pr. Pr. Illyrici laudatur a Procopio de bello Vand. 1, 11; Archelaus Pr. Pr. Africae in l. 1 C. *de off. Pr. Pr. Africae* 1, 27).

31) Legendum existimo: *ὁ ἐπὶ.*

32) *Heimb. εἱρκτῇ.*

33) Sic *Maier.* *Heimb.*: *αὐτῶν.*

34) *Heimb. ὑποστρέφει*, quae lectio, utpote difficilior, fortasse praeferenda est.

35) Articulum *τοῦ Maieri* apographum non habet.

36) *Heimb.*: *συμβάλλεσθαι τινί.*

37) *Basilides* Pr. Pr. Or. commemoratur in const. *Summa de Iustinianeo Codice confirmando* (de anno 529), ubi §. 2 laudatur „vir excellentissimus ex Praefecto Praetorio per Orientem et patricius, et nunc Praefectus Praetorio per Illyricum Basilides."

38) *Theodotus* Pr. Pr. Or. fuit annis 541. 542 et 549 sub Iustiniano. Videatur Procop. *'Ανεκδ.* cap. 22. Suidas s. v. *Alemannus* in notis ad Procop. edit. Paris. p. 160. *Hase* ad Lyd. p. VI. *Biener Gesch. d. Novv.* p. 532. *Heimbach 'Ανεκδ.* I p. XXVIII.

39) *Petrus* Pr. Pr. Or. fuit annis 543—546, 556 et 559 sub Iustiniano. Cf. loci not. 38 laudati.

40) *Eugenius* Pr. Pr. Or. fuit anno 540 vel 547. Cf. *Biener Gesch. d. Novv.* p. 532. — Apud Theophanem edit. Paris. p. 199 occurrit Eugenius ex Praefecto Praetorio.

41) *Hephaestus* Pr. Pr. Or. a. 552 sub Iustiniano. Videatur *Biener* l. l. *Hase* ad Lyd. p. VIII, et Lydus ipse de magistratib. III, 30.

42) *Areobindus* Pr. Pr. Or. occurrit annis 551 (?) 553. 554. 563 (?) sub Iustiniano. Cf. *Alemannus* ad Procop. hist. arc. edit. Paris. p. 98. 160. *Hase* ad Lyd. p. VI. *Biener Gesch.* p. 532. — Non confundendus est cum Areobindo στρατηγοῦντι τῆς ἑῴας καὶ ἐξαρχοῦντι αὐτῆς apud Theophanem edit. Paris. p. 125.

43) *Leo* Pr. Pr. Or. alius occurrit sub Anastasio (l. 6 C. *de praescript. XXX.* 7, 39), alius a 563 sub Iustiniano. Cf. *Biener Gesch.* p. 532. — Haec forma Leonis laudatur a Theodoro in schol. ad Basil. ed. *Fabrot.* tom. IV p. 414 his verbis: *πλὴν ἔξωθεν μάθε, ὅτι παρακελεύεται τύπος τις λέοντος τῶν ἐπάρχων, δύνασθαι τὴν γυναῖκα ἐπὶ*

§. 20. III. Collectio edictorum Praefectorum Praetorio, quae in Codice Bodleiano 264 (Roe. 18) servata est.

Quae hactenus exposuimus de edictis Praefectorum Praetorio in collectione CLXVIII Novellarum extantibus et de collectione *τῶν ὑπαρχικῶν τύπων*, cuius index in Codice Marciano 179 superest, introductionis loco voluimus esse ad aliam collectionem edictorum Praefectorum Praetorio, quam in Codice quodam Bodleiano a nobis repertam nunc prima vice sumus edituri. Verum etiam de hac ipsa collectione in fine dissertationis nostrae isagogicae pauca praemonenda esse videntur, ut intelligatur, tum quae ratio inter eam atque reliquias Edictorum, de quibus §. 16—19 diximus, intercedat, tum quid consilii in editione nostra sequuti simus.

Collectio ista manu scripta habetur in Codice Bodleiano 264. Is Constantinopoli exaratus est anno 1349 *διὰ χειρὸς κωνσταντίνου τοῦ σοφοῦ* i. e. *manu Constantini librarii;* eumque initio saec. XVII *Thomas Roe*, Britanniae quondam Regis apud Turcarum Imperatorem Orator, in insula Chalce prope Constantinopolin comparatum ex Oriente redux secum advexit, et bibliothecae Bodleianae donavit. Contenta Codicis accurate recensui in libro: *Ὁ πρόχειρος νόμος* p. 315—322; Edicta Praefectorum Praetorio habentur fol. 91—96 Codicis.

Haec edicta non diversa sunt ab iis quae enumerat index Codicis Marciani §. antecedente editus: ideoque ea, quae §. 18 diximus de edictis Praefectorum Praetorio in hoc Codice olim extantibus, tantum non omnia etiam in illa edicta quadrant. In nonnullis tamen inter haec et illa differentiae sunt, quas nunc explicabimus.

Ac primum quidem, quum index Codicis Marciani XXXIX edicta recenseat, in Codice Bodleiano nonnisi XXXIII habentur. Itaque Codex Marcianus aliquot edictis locupletior fuisse videtur, nisi forte, de quo infra in notis dicetur, edictum, quod in Codice Bodleiano trigesimum tertium est, ex pluribus edictis in Codice Marciano separatim enumeratis errore vel incuria librarii conflatum sit.

Deinde edicta, quae collectio Codicis Bodleiani continet, alio ordine, quam edicta in Codice Marciano olim collecta, sunt disposita. Quod quatenus factum sit, ut uno quasi obtutu ob oculos ponatur, tabulam synopticam contexuimus, quae indicaret, quo loco quodque edictum in Codice Marciano enumeratum in collectione, quam nobis Codex Bodleianus servavit, quaerendum sit. Est igitur:

Cod. Marc.	*Cod. Bodl.*	*Cod. Marc.*	*Cod. Bodl.*	*Cod. Marc.*	*Cod. Bodl.*	*Cod. Marc.*	*Cod. Bodl.*
Ed. I.	= Ed. 1.	Ed. XI.	= Ed. 14.	Ed. XXI.	= Deest.	Ed. XXXI.	= Ed. 31.
Ed. II.	= Ed. 24.	Ed. XII.	= Ed. 15.	Ed. XXII.	= Deest.	Ed. XXXII.	= Ed. 32.
Ed. III.	= Ed. 7.	Ed. XIII.	= Ed. 16.	Ed. XXIII.	= Deest.	Ed. XXXIII.	= Ed. 33.
Ed. IV.	= Ed. 8.	Ed. XIV.	= Ed. 18.	Ed. XXIV.	= Ed. 2.	Ed. XXXIV.	= Deest.
Ed. V.	= Ed. 9.	Ed. XV.	= Ed. 19.	Ed. XXV.	= Ed. 25.	Ed. XXXV.	= Deest.
Ed. VI.	= Ed. 10.	Ed. XVI.	= Ed. 21.	Ed. XXVI.	= Ed. 26.	Ed. XXXVI.	= Ed. 3.
Ed. VII.	= Ed. 11.	Ed. XVII.	= Ed. 22.	Ed. XXVII.	= Ed. 27.	Ed. XXXVII.	= Ed. 4.
Ed. VIII.	= Ed. 12.	Ed. XVIII.	= Ed. 20.	Ed. XXVIII.	= Ed. 28.	Ed. XXXVIII.	= Ed. 5.
Ed. IX.	= Ed. 13.	Ed. XIX.	= Ed. 23.	Ed. XXIX.	= Ed. 29.	Ed. XXXIX.	= Ed. 6.
Ed. X.	= Ed. 17.	Ed. XX.	= Deest.	Ed. XXX.	= Ed. 30.		

Porro quum Codex Marcianus integra edictorum exemplaria praestitisse videatur, collectio in Codice Bodleiano superstes nonnisi epitomas edictorum illorum continet; easque nonnunquam adeo in breve contractas, ut vel rubricis in Codice Marciano extantibus breviores sint.

νομῆς εἶναι τῶν πραγμάτων καὶ χωρὶς δικαστικῆς ψήφου, ποιοῦσαν μέντοιγε inventarium. Quem locum Cod. Bodl. 3399 fol. 27b sic effert: *πλὴν παρακελεύεται τύπος λέοντος οὗ ἡ ἀρχή· ὁ κράτιστος καὶ γαληνότατος βασιλεύς, δύνασθαι τὴν γυναῖκα ἐπὶ νομῆς εἶναι τῶν πραγμάτων ποιοῦσαν μέντοιγε καταγραφὴν κατὰ τὴν διάταξιν τῶν ἐκλογῶν.*

Quamquam tribus locis Codex Bodleianus subscriptiones edictorum latinas servavit, quae fortasse in Codice Marciano, sicuti in collectione CLXVIII Novellarum, desiderabantur.

Denique collectio edictorum Praefectorum Praetorio, quae olim Codice Marciano comprehensa fuit, tempore antiquior fuisse videtur, quam collectio, quam Codex Bodleianus praestat. Quod non tam ex hoc colligitur, quod illa integris edictorum exemplaribus, haec vero epitomis tantum constat, quam potius ex hoc, quod in illa nominibus eorum saltim Praefectorum, qui sub finem imperii Iustiniani fuerunt, dignitatis epitheta addita sunt, in hac vero nominibus eorum nec titulus Praefecti Praetorio nec epitheton *τοῦ ἐνδοξοτάτου* adscribitur. Nimirum collectio edictorum in breve contractorum, quam Codex Bodleianus continet, post Tiberii tempora confecta esse videtur, i. e. eo tempore, quo etiam Novellarum Iustiniani Epitomae variae sive Breviaria ab ICtis elaborata sunt [44]).

Caeterum haec ipsa recentior huius collectionis origo effecisse videtur, ut ea antiquiori illi a posteris praeferretur. Antiquioris enim collectionis praeterquam in Codice Marciano [45]) vix ullum deprehenditur vestigium; recentioris autem collectionis fragmenta sive capita ex ea excepta iu varios libros sive Codices translata reperiuntur. Ex quibus nominandi sunt:

1. *Codex Bodleianus 3399* (Selden. 11), de quo videatur: *Ὁ πρόχειρος νόμος* p. 329 sqq. In eo Codice Edict. IV cap. 3 habetur fol. 59, Ed. VI cap. 2 — fol. 5, Ed. XX — fol. 140, Ed. XXI — fol. 105 sq., Ed. XXII — fol. 5, Ed. XXIII — fol. 5 sq., Ed. XXVI — fol. 74 [46]).

2. *Codex Marcianus 579*. Idem, quod Cod. Bodl. 3399, opus continet, sed ab initio mutilum: incipit enim ab eo, quod legitur in Bodl. fol. 83. (Cf. Wiener Jahrbb. d. Lit. to. LXXXVI p. 200). Itaque praestat Edicta XX et XXI, reliqua autem, quae in Bodl. habentur, non item.

3. *Codex Marcianus 172* (al. 192). Is continet Edict. XXI. Videatur *Witte* in Zeitschr. f. gesch. RW. VIII p. 215.

4. *Codex Vindobonensis iurid. gr. 7*. Is inter leges rusticas (fol. 46—49) habet etiam *κεφ. ϟ'* Edict. XXV.

5. *Codex Laurentianus LXXX, 6*. In eo Ed. XXV legitur titulo *περὶ νόμων γεωργικῶν*.

§. 21. *Editionis ratio.*

In edenda collectione edictorum Praefectorum Praetorio ex Codice Bodleiano 264 inprimis hoc egi, ut textum Codicis quantum fieri posset, fideliter repraesentarem: sicubi tamen a vitiis apertis purgari debere videretur, tum aliorum Codicum auctoritate tum etiam coniecturis emendationem inducere studerem. Quamquam vel sic nonnulli loci supersunt, de quorum medicina equidem desperavi, quosque aliorum acumini atque ingenio sanandos reliqui.

Textui graeco e regione addidi versionem latinam, quantum potui, *κατὰ πόδα* factam. Quae si forte minus elegans esse videatur, propter peculiarem epitomas conficiendi rationem, qua Graeci utuntur, cum latino dicendi genere parum convenientem, ab aequis harum rerum iudicibus veniam me impetraturum esse confido.

---

44) Cf. Delineatio §. 19 (et §. 14, 5).

45) Et in loco supra §. 19 not. 43 excitato, siquidem is ad eam collectionem spectat.

46) *Bienerus*, quocum apographum Codicis Bodl. 3399 communicaveram, etiam fol. 12 formam Praefecti Praetorio sibi detexisse visus est, quo loco haec habentur: *Λέοντος. Ἀρτίως δὲ διάταξις γέγονε τοῦ γαληνοτάτου ἡμῶν δεσπότου μὴ ἔχειν ἄδειαν τοὺς ἐν ἐπαρχίᾳ ἡγεμονεύοντας μηδαμῶς συναλλάγματα ἢ μνηστείας ποιεῖν κ. τ. λ.* Sed mihi videtur indicari hoc loco Nov. Leonis XXIII. — Longe magis Edictum sapit, quod legitur in eodem Cod. Bodl. 3399 fol. 58: *περὶ μετάξης. Χρὴ τὴν μέταξον τοὺς κομμερκιαρίους πρὸς τοὺς βαρβάρους πραγματεύεσθαι ιε' νομίσματα τὴν λίτραν, καὶ μεταπωλεῖν τοῖς μεταξαρίοις ἢ τοῖς ἄλλοις οὐ πλέον καθαραν δίχα σφικώματος ἢ ἄλλης προσθήκης ἢ ῥύπου. εἰ δέ τις πρὸς βαρβάρους μὴ ὢν κομμερκιάριος πραγματεύσηταί τε καὶ μέταξον ἐκεῖθεν ἀγάγῃ, δύναται αὐτὴν ἀφαιρεῖσθαι ὁ κομμερκιάριος, καὶ ὁ πραγματευσάμενος δημεύεται καὶ διηνεκῶς ἐξορίζεται. εἰ δὲ ὁ κομμερκιάριος ἢ ὁ μεταξάριος ὑπὲρ τὸ ῥηθὲν ποσὸν πωλήσῃ ἢ ἀγοράσῃ, ὁμοίως τιμωρεῖται. χρὴ δὲ τοὺς πραγματευτὰς τῶν τοιούτων ἐγγύας διδόναι τῇ πολιαρχίᾳ, ὡς οὐ πωλοῦσι κρυφᾶ ἀλλὰ δημοσίᾳ πᾶσαν ἣν ἔχουσι πραγματείαν, ἐπεὶ τιμωροῦνται. χρὴ δὲ κατὰ ταῦτα λογίζεσθαι τῷ δημοσίῳ τὴν τιμὴν παντὸς τοῦ ὁλοσηρήκου παρὰ τοῦ κόμητος τῶν λαργητιόνων τοῦ διδομένου παρ' αὐτοῦ τῷ δημοσίῳ. ὁ δὲ ἀγοράσας ὑπὲρ τὸ ταχθὲν ἀναγκαζόμενος δοῦναι, προσαγγέλλει τῷ πράτῃ καὶ τὸ διπλοῦν ἀναπράττει· λοιπὸν γὰρ ὁ πράτης τα λεχθέντα πείσεται.* — Cf. l. 2 C. *quae res venire*. 4, 40. Procop. Hist. arc. cap. 25.

Notas textui subieci tam criticas quam exegeticas. In illas conieci varietatem lectionum ex Codicibus §. 20 laudatis, et meum de iis iudicium addidi, si quando observationibus criticis indigere viderentur. Praeterea etiam meas coniecturas in his notis proposui, et eas, quas in textum recepi, confirmare studui. Animadversiones exegeticae eo potissimum spectant, ut tum auctor et tempus cuiusque edicti definiatur, tum tenor edicti et verba eius, ubi opus est, illustrentur et explicentur.

Haec sunt, quae de edictis Praefectorum in genere, et de collectione eorum, quam ex Codice Bodleiano 264 nunc primum edo, dicenda habui. Et hic esto finis Ἀνεκδότων hoc volumine edendorum. Quod reliquum est, spero fore, benevole lector, ut, quum multum sudoris in conquirendis et elaborandis hisce Ἀνεκδότοις impenderim, operam tibi non videar frustra consumsisse.

INDEX EDICTORUM PRAEFECTORUM PRAETORIO.

α'. *Τύπος δημοσθένους* [1] *περὶ ἐπιβολῆς ἀπόρων* [2].
β'. *Περὶ τοῦ πῶς δεῖ στέλλεσθαι ἐπὶ νομῆς, βάσσου.*
γ'. *Περὶ ἀποδείξεων, εὐγενίου.*
δ'. *Τύπος ἡφαίστου.*
ε'. *Τύπος ἀρεοβίνδου.*
ς'. *Τύπος λέοντος.*
ζ'. *Τύπος περὶ ζυγοστατῶν ἱερείου* [3].
η'. *Περὶ ἀγορανόμων, ἴλλου.*
θ'. *Περὶ βουλευτῶν, ἴλλου.*
ι'. *Περὶ τῶν δικαζομένων παρ'* [4] *ἐπισκόποις καὶ ἐκκλησιεκδίκοις καὶ οἰκονόμοις, ζωτικοῦ.*
ια'. *Περὶ λόγου διδομένου τοῖς προσφεύγουσι* [5], *ζωτικοῦ.*
ιβ'. *Περὶ τῶν διδομένων ἐπὶ νομῆς, εὐσταθίου.*
ιγ'. *Τύπος περὶ τοῦ καθ' ἕκαστον ἰοῦγον ἓν κεράτιον ὑπὲρ τὴν μερικὴν δίδοσθαι.*
ιδ'. *Περὶ λόγου δόσεως, ζωτικοῦ.*
ιε'. *Περὶ ἐξωμοσίας* [6] *διδομένης ὑπὸ τοῦ αἰτιαθέντος, ζωτικοῦ.*
ις'. *Περὶ συστάσεως ὑπομνημάτων, κωνσταντίνου* [7].
ιζ'. *Περὶ τῶν προσφευγόντων* [8], *κωνσταντίνου*
ιη'. *Περὶ τῶν ἐν ἐπαρχίαις ἀρχείων* [9] *καὶ τοῦ ἀβάκτις* [10], *κωνσταντίνου.*
ιθ'. *Περὶ ἐκδόσεως χαρτῶν, κωνσταντίνου.*
κ'. *Περὶ συστάσεως γένους, παρνασίου.*
κα'. *Περὶ ψευδομαρτυρίας, βασιλείου.*
κβ'. *Περὶ γραμμάτων πίστεως, λεοντίου.*
κγ'. *Περὶ προικὸς καὶ περὶ ἐναγωγῆς ἀκινήτων* [11] *πραγμάτων ψῆφος σεργίου.*
κδ'. *Ἴδικτον ζωτικοῦ περὶ τῶν ὁμοδούλων.*
κε'. *Ἴδικτον ζωτικοῦ περὶ τῶν ὑποδεχομένων ἀλλοτρίους γεωργούς.*
κς'. *Τοῦ αὐτοῦ, περὶ συμβολαιογράφων.*
κζ'. *Περὶ τῶν ἐν εἱρκτῇ ἐμβαλλομένων καὶ περὶ τῶν μετὰ διαδοχὴν πεντήκοντα ἡμερῶν, ἀρχελάου.*
κη' [12]. *Τοῦ αὐτοῦ, περὶ τῶν ἐπὶ χρηματικαῖς αἰτίαις ἐμβαλλομένων εἰς φυλακὴν* [13].
κθ' [14]. *Τοῦ αὐτοῦ, περὶ νομῆς καὶ παραδόσεως αὐτῆς.*
λ' [15]. *Περὶ ἐξωμοσίας* [16] *τῶν βουλομένων ὁδεῦσαι* [17].

I. Forma *Demosthenis* de adiectione sterilium.
II. Quomodo debeat mitti in possessionem, *Bassi.*
III. De probationibus, *Eugenii.*
IV. Forma *Hephaesti.*
V. Forma *Areobindi.*
VI. Forma *Leonis.*
VII. Forma de ponderatoribus *Hierii.*
VIII. De aedilibus, *Illi.*
IX. De curialibus, *Illi.*
X. De his, qui apud episcopos et ecclesiarum defensores et oeconomos litigant, *Zotici.*
XI. De *λόγῳ* confugientibus dato, *Zotici.*
XII. De his, quae in possessionem dantur, *Eustathii.*
XIII. Forma, ut pro unoquoque iugo unumceratium ultra particularem delegationem praestetur.
XIV. De *λόγῳ* dando, *Zotici.*
XV. De iuratoria cautione praestita a reo, *Zotici.*
XVI. De confectione gestorum, *Constantini.*
XVII. De confugientibus, *Constantini.*
XVIII. De archiis in provinciis et de ab actis, *Constantini.*
XIX. De editione chartarum, *Constantini.*
XX. De probatione generis, *Parnasii.*
XXI. De falso testimonio, *Basilii.*
XXII. De literarum fide, *Leontii.*
XXIII. De dote et de actione super rebus immobilibus decretum *Sergii.*
XXIV. Edictum *Zotici* de conservis.
XXV. Edictum *Zotici* de his, qui suscipiunt alienos agricolas.
XXVI. Eiusdem, de tabellionibus.
XXVII. De in carcerem coniectis et de quinquaginta diebus post successionem, *Archelai.*
XXVIII. Eiusdem, de his, qui ob pecuniarias causas in carcerem coniiciuntur.
XXIX. Eiusdem, de possessione et traditione eius.
XXX. De iuratoria cautione ab iis praestanda, qui iter facere volunt.

---

1) Haec verba *Τύπος δημοσθένους* maioribus literis scripta tanquam inscriptio in Codice praeponuntur, ut deinde index ipse sic incipiat: *α'. περὶ ἐπιβ.*
2) Codex: *ἀνδρῶν.* Sed infra recte est *ἀπόρων.*
3) Infra est *ἱερίου.*
4) Infra est *παρα.*
5) Codex *φυτεύουσι.* Sed textus infra habet: *προσφεύγουσιν.* Rectius.
6) Codex: *ἐξομωσίας.*
7) In textu *ζωτικοῦ* esse dicitur, non *κωνσταντίνου.*
8) Infra additur: *καὶ μὴ δικαζομένων περὶ ἐκσφραγίσματος.*
9) Codex: *ἀρχόντων.* Textus vero recte *ἀρχείων.*
10) Codex: *ἀβάστις.* Infra *ἄβαστις.* Nempe initio scriptum erat latinis literis *abactis,* et latinam literam C librarius *σίγμα* esse putavit.
11) Codex: *κινητῶν.* Veriorem lectionem textus suppeditat.
12) Codex: *κζ'.*
13) Infra *εἱρκτήν.*
14) Codex: *κη'.*
15) Codex: *κθ'.*
16) Codex: *ἐξομωσίας.*
17) Hactenus index in Codice: omissae sunt rubricae Edictorum XXXI—XXXIII.

EDICTA PRAEFECTORUM PRAETORIO[18]).

α'. Τύπος δημοσθένους περὶ ἐπιβολῆς ἀπόρων[19]).

Εἴ τις νομίμως ἐκποιήσει ἀγρὸν ἢ χωρία ἢ γήδια ἢ σύγκτησιν ὅλην, εἶτα τελευτήσας παραπέμψῃ τὴν οὐσίαν ἐξωτικοῖς ἢ παισί, κἀκεῖνοι πάλιν ἐκ τῆς οὐσίας ἐκποιήσειαν ἧς[20]) διεδέξαντο χωρίον ἢ ἀγρὸν ἢ γήδια ἢ σύγκτησίν τινα, καὶ τὸ παρὰ τῶν διαδόχων ἐκποιηθὲν εἰς ἀπορίαν ἔλθοι· πρῶτον μὲν τὸν παρὰ τῶν ἐκείνου παίδων ἢ διαδόχων τοῦτο κτησάμενον, ὃ νῦν[21]) εἰς ἀπορίαν ἤλασε, καὶ τὴν ἀκίνητον τούτου περιουσίαν ἐπιβολὴν δέχεσθαι· ἀπόρου δὲ τούτου φανέντος καὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ἐπὶ τοὺς εἰς αὐτὸν παραπέμψαντας φέρεσθαι τὸ βάρος· εἰ δὲ μηδὲ αἱ τούτων κτήσεις πρὸς τοῦτο ἀρκέσωσιν, ἐπὶ τὸν πρῶτον εἰς τοὺς παῖδας ἢ τοὺς ἐξωτικοὺς τοῦτο παραπέμψαντα καὶ τὴν ἀκίνητον ἐκείνου κτῆσιν ἐπανιέναι· οὕτω δὲ[22]) ἐκ τῆς ἁπάντων ἀπορίας εἰς τὸν παρὰ τοῦ πρώτου δεσπότου τὸ χωρίον ἢ τὸν ἀγρὸν ἢ τὰ γήδια τὴν ἀρχὴν ὠνησάμενον ἢ ἄλλως παρειληφότα. ταὐτὸν δὲ κρατεῖν, κἂν εἰ πολλαὶ διαδοχαὶ γένωνται· ἕως γὰρ ὁ προσεχέστερος εὔπορος εἴη, οὐδὲ[23]) ἐνοχλεῖσθαι τοὺς ἐν πρεσβυτέροις χρόνοις τὴν κτῆσιν ἐσχηκότας ἢ τὰς ἐκείνων περιουσίας προσήκει. τὰς δὲ συντελείας, ἀφ' οὗ ἂν αἱ ἐπιβολαὶ γένωνται, τοὺς καταδεξαμένους ἐπιγινώσκειν χρή, οὐ μὴν πρὸ τούτου. εἰ δὲ μὴ ταῦτα παραφυλαχθείη, τριῶν[24]) λιτρῶν ποινὴν τὴν τάξιν διδόναι καὶ ἑτέρᾳ μείζονι ἐπιτιμήσει ὑποκεῖσθαι.

I. Forma Demosthenis de adiectione sterilium.

Si quis rite abalienaverit agrum vel praedia vel terras vel massam universam, postea moriens transmiserit substantiam [suam] ad extraneos vel liberos, et illi rursus ex substantia, in quam successerant, alienaverint praedium vel agrum vel terras vel massam aliquam, idque, quod a successoribus alienatum est, ad sterilitatem pervenerit: primum quidem eum, qui ab illius liberis vel successoribus acquisiverit id, quod nunc ad sterilitatem redactum est, et immobilem eius substantiam adiectionem pati; sin autem is eiusque substantia non idonea esse apparuerit, ad eos, qui id ad illum transmiserint, onus transferri; si vero neque horum possessiones ad hoc sufficiant, id ad eum, qui primus ad liberos vel extraneos illud transmiserit, et, ad immobilem eius possessionem redire; et sic in omnium inopia ad eum, qui a primo domino praedium vel agrum vel terras initio comparaverit vel aliter acceperit. Idem valere, etiamsi multae successiones factae sint: quamdiu enim proximior idoneus sit, nec molestari eos, qui antiquioribus temporibus possessionem habuerunt, eorumve substantias convenit. Collationes vero, ex quo adiectiones factae fuerint, accipientes solvere oportet, non anterioris temporis. Si vero haec non fuerint observata, trium librarum poena officium mulctandum vel alii maiori poenae subiiciendum esse.

β'. Περὶ τοῦ πῶς δεῖ στέλλεσθαι ἐπὶ νομῆς. βάσσου[25]).

Εἴ τις ἀκινήτου[26]) ἐπιλαβέσθαι θέλων ἀρχικὰς ἔχοι[27]) ψήφους, ἐν βυζαντίῳ μὲν ἡ τάξις ἀρκέσει τὴν σχολὴν μαρτυροῦσα τῆς τῶν πραγμάτων τούτων νομῆς, εἴ γε καὶ ἐκ τῶν γειτόνων ἡ αὐτὴ τάξις λέγοι μαθεῖν, ὡς οὐδεὶς τῶν πραγμάτων αὐτῶν ἐπείληπται· ἐν δὲ ταῖς

II. Quomodo debeat mitti in possessionem. Bassi.

Si quis rem immobilem apprehendere cupiens decretum iudicis habeat, Byzantii quidem sufficiet testimonium officii vacuam earum rerum possessionem esse dicentis, si etiam a vicinis officium dicat sese audivisse, neminem in earum rerum detentione esse.

---

18) Ut Indici (cf. not. t), ita et textui ipsi in Codice inscriptio nulla praeponitur.

19) Est epitome eius Edicti, quod in collectione CLXVIII Novellarum Nov. 166 constituit. (Nov. 166 supra edidi cum animadversionibus, quas conferas.) In collectione Codicis Marciani *τύπος α'* erat. — Cf. etiam infra Ed. XXIV.

20) Codex *οἷς*. Sed recte Nov. 166: *ἧς διεδέξαντο ἐκποιήσειαν*.

21) Codex: *ὃν οὖν*. Correxi ex Nov. 166.

22) Nov. 166 *τέ* habet. Rectius, ni fallor. Nam si *δέ* scribas, his verbis: *οὕτω δὲ κ. τ. λ.* novum gradum eorum, qui adiectionem pati debeant, significari credendum esset. Verum sunt iidem, qui iam his verbis: *καὶ τὴν ἀκίνητον ἐκείνου κτῆσιν ἐπανιέναι* continentur: ideoque sequentia magis explicationis causa addita esse putaverim, ut proinde scribendum sit *οὕτω τέ*.

23) Nov. 166: *οὐδέν*.

24) Nov. 166: *δέκα*.

25) Est Nov. 167. In collectione Codicis Marciani *τύπος κδ'*. — De auctore et argumento huius Edicti vide, quae observavimus in Prolegomenis §. 17 ad Nov. 167 et §. 19 not. 25. De eodem argumento conferas etiam infra Ed. V cap. 3, Ed. XII. XXIX. XXXIII cap. 1.

26) Codex: *ἀκινήτους*, quod ex Nov. 167 correxi.

27) Codex: *ἔχων*. Sed aut *ἔχοι* legendum aut paulo ante *θέλοι* pro *θέλων*. Illud tamen suadere videtur textus Nov. 167, ubi sic est: *εἰ γάρ τις ἀκινήτου τινὸς ἀντιλαβέσθαι σπουδάζων ἀρχικὰς ψήφους πορίσοιτο.*

ἐπαρχίαις τοὺς ἐκδίκους ὑπομνήματα πράττειν ταὐτὸ τοῦτο δηλοῦντα, καὶ μαρτυρίας μὲν ἔχοντα τῶν γειτόνων, τότε δὲ ἄδειαν παρεχόμενα τοῖς τὰς ψήφους λαβοῦσι τὰ πράγματα κατασχεῖν. καὶ τοῖς μέλλουσι δὲ ἐκ συναλλαγμάτων πράγματα λαμβάνειν καὶ νομὴν ἢ δεσποτείαν ὑφ' ἑαυτοὺς ποιεῖσθαι, τοὺς ἐκδίκους [28]) προσμαρτυρεῖν καὶ ὑπομνήματα πράττειν δηλοῦντα τὴν παράδοσιν, εἴτε ἐπιστάλματα [29]) γράφειεν πρὸς τοὺς φροντιστάς.........[30]) χρῆναι συνομολογεῖν ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν, ὡς τὸν νεώτερον εἰδοῖεν [31]) νομέα καὶ δεσπότην καὶ τῇ τοῦ παραδόντος ἀκολουθήσαιεν ἐπὶ τούτῳ γνώμῃ. εἰ δὲ μὴ πάρεστιν ἔκδικος, παρὰ τῷ ἄρχοντι τὰ τοιαῦτα πράττεσθαι, ἢ τοῦ ἄρχοντος ἀπολιμπανομένου παρὰ τῷ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως, ὑφ' ἣν ἡ κτῆσις τελεῖ. ἐν δὲ τῇ βασιλικῇ [32]) πόλει τοὺς ἐκβιβασμοὺς [33]) καὶ τὰ ὑπὲρ τῶν παραδόσεων ἐκμαρτύρια μεγάλην ῥοπὴν διδόναι τοῖς προλαβοῦσιν [34]).

in provinciis vero defensores [debent] conficere gesta hoc ipsum declarantia, quae quidem testimonia vicinorum continere debent, tunc autem his, qui decreta acceperunt, veniam rerum apprehendendarum praebent. Sed et his, qui ex contractibus res accipere et possessionem vel dominium sibi habere desiderant, [oportet] defensores testimonium praebere et acta conficere traditionem manifestantia, sive mandata scripta sint ad curatores,....... [curatores] debere apud acta confiteri, quod novum agnoverint possessorem et dominum, et tradentis voluntati hac in re obtemperaverint. Quodsi non adest defensor, coram praeside haec peragenda sunt, vel absente praeside coram episcopo urbis, sub qua possessio sita est. In regia autem urbe executiones et quae super traditionibus facta sunt testimonia, magnam auctoritatem praebere his, qui ea antea acceperunt.

γ'. Περὶ ἀποδείξεων. εὐγενίου [35]).

Εἴ τις ἀποδείξεις δημοσίων τελῶν προφέρει τρεῖς ἐφεξῆς μάλιστα περὶ τοῦ αὐτοῦ γραφείσας, ἱκανὴν ἀσφάλειαν ἔχει περὶ τοῦ φθάσαντος [36]). Τοῦτο δὲ αὐτὸ κἀν τοῖς ἰδιωτικοῖς συναλλάγμασι κρατεῖ [37]), καὶ εἴπου τις ἀποδείξεις προσφέρει περὶ προσώπων ἢ ἐνοικίων ἢ τόκων ἢ ὑπὲρ ἑτέρου τινὸς τῶν πάντων, μηδὲν αὐτὸν ὑπὲρ τῶν πρεσβυτέρων διενοχλεῖσθαι χρόνων, ἀλλ' ἔχειν αὐτὸν τὸ ἀσφαλές, κἂν εἰ μὴ ὁ δεσπότης τῶν ἀκινήτων ἔγραψε τὰς ἀποδείξεις, ἀλλ' ἕτερός τις τὸν τόπον αὐτοῦ ἐπέσχεν, ἐνοικιολόγος, ἢ κουράτωρ, ἢ ἄλλος τὶς τὰ τοιαῦτα ὑποδέχεσθαι καὶ γράφειν ἐπιτραπείς. Εἴ τις ἔμπορος ἐν τῇ βασιλίδι πόλει πρᾶγμα οἱονδήποτε πωλήσοι ἢ χορηγήσοι, ῥηθείη [38]) δὲ μηδὲν εἰληφέναι, εἰ μὲν τριῶν ἐνιαυτῶν εἶναι λέγοιτο τὰ συναλλάγματα καὶ δεικνύει τὴν χορηγίαν ὁ ἔμπορος, ἀνάγκην ἔχειν τὸν συμβάλλοντα τὴν τῶν τιμημάτων ἀπόδοσιν δεικνύειν· εἰ δὲ λέγοι δ' τυχὸν ἐνιαυτοὺς ἢ πλεῖον [39]) ἐφεξῆς χορηγῆσαι τῇ τοῦ δεῖνος οἰκίᾳ καρποὺς ἢ ἐσθῆτα ἢ πράγματα [40]) μηδὲν κομισάμενος, μὴ πιστεύοιτο περὶ τοῦ πλείονος διαλεγόμενος. Τὰς ψήφους [41]), αἵτινες προσώπων ἀπαγωγὰς ἢ παράστασιν ἔχουσιν, ἢ πόλεώς τινος δικαίοις ἢ τῷ δημοσίῳ λυμαίνονται, μονομερεῖς οὖσαι μηδεμίαν ἔχουσιν ἰσχύν.

III. De probationibus. Eugenii.

[Cap. 1.] Si quis apochas publicorum tributorum profert tres scilicet deinceps de eodem scriptas, idoneam securitatem habet circa praeteritum. [2.] Id ipsum etiam in privatis pactis obtinet, et si quis forte apochas profert super personis sive pensionibus sive usuris sive super alia quacunque re, nequaquam eum propter antiquiora tempora molestari, sed esse eum securum, etiamsi non dominus rerum immobilium apochas illas scripserit, sed alius quispiam vicem eius sustinuerit, rerum locatarum administrator, vel curator, vel alius quis haec accipere et scribere iussus. [3.] Si quis mercator in regia urbe rem quamcunque vendiderit vel suppeditaverit, dicatur autem alterum nihil accepisse, si quidem pacta trium annorum esse perhibeantur, et praestationem mercator ostendat, necesse habere eum, qui cum illo contraxerit, pretii solutionem probare; si vero se dicat quatuor verbi gratia annos pluresve deinceps suppeditasse eius familiae frumentum vel vestem vel merces, nec quicquam accepisse, de ulteriore disserenti fides non habeatur. [4.] Decreta, quae personarum abductiones vel exhibitionem continent, vel civitatis alicuius iuribus fiscove officiunt, ex una parte lata nullum valorem habent.

28) Codex: ἐκδικεῖν.
29) In Codice sic est: ἐπιστάλματα.
30) In Codice non est lacunae signum. Nimirum librarius, a voce φροντιστάς ad vocem φροντιστάς aberrans, haec omisit: εἴτε ἐπισταλμάτων χωρὶς ἡ παράδοσις μέλλοι γίνεσθαι, προσόντος ἐνταῦθα τοῦ· καὶ τοὺς γεωργοὺς ἢ φροντιστάς κ. τ. λ. i. e. sive absque mandatis traditio facienda sit: illo casu mandatis adiiciendo, etiam colonos vel *curatores* etc.
31) Codex: εἴδη ἂν pro εἰδοῖεν.
32) Inusitatius dictum est: fortasse scribendum βασιλίδι.
33) Codex: ἐμβιβασμούς. Nimirum κ, quod in Codd. MSS per u scribitur, facile potest cum μ confundi.
34) Nov. 167: παρειληφόσιν. Sed nil mutandum esse videtur; cf. enim, quae notavimus ad Nov. 167 supra in prolegomenis §. 17.
35) De *Eugenio* Pr. Pr. dixi §. 19 not. 40. — In indice Codicis Marciani est Ed. XXXVI.
36) Videatur l. 3 C. *de apochis publicis* 10, 22. Cf. infra Ed. VI cap. 1.
37) *Archiv für civil. Praxis.* tom. IV p. 9 sqq.
38) Codex: ῥηθείσῃ.
39) Codex: πλεῖον.
40) Verti *merces*, quum πραγματευτής sit mercator. — Sed fortasse excidit aliquid, veluti ἄλλα πράγματα· fortasse etiam verbo πράγματα significantur *iumenta*, quo sensu verbum illud a recentioribus Graecis in nonnullis provinciis usurpatur.
41) Malim αἱ ψῆφοι — ἔχουσιν, quamquam ab epitomatore nostro, ab alia constructione verborum ad aliam saepenumero transitum faciente (vide not. 74. 77. 95), vel ἀνακόλουθον non abhorrere crediderim. — Caeterum quod ad personarum ἀπαγωγάς et παραστάσεις attinet, conferas etiam Ed. IV cap. 1. Ed. XXXII, 4. Cod. IX, 3 et Nov. 53.

552

δ'. Τύπος ἡφαίστου[42]).

Ὥστε τοὺς ὑποτελεῖς εὐγνωμόνως τὰ δημόσια διδόναι, καὶ πείθεσθαι τοῖς ἀρχικοῖς προστάγμασι, καὶ τῆς μὲν ἐν τοῖς συναλλάγμασιν ἔχεσθαι πίστεως, τὴν δὲ πρὸς ἀλλήλους μεταδιώκειν εὔνοιαν[43]). τούτου γὰρ οὕτως ἔχοντος οὐδὲ τὰς παραστάσεις ἢ τὰς ἀπαγωγὰς τῶν προσώπων συγχωρεῖ κρατεῖν, εἰ μὴ θεῖος τοῦτο κελεύσει τύπος[44]). Εἴπου μήτηρ ὑπὲρ ὀρφανοῦ παιδὸς ἐν χηρείᾳ μέχρι ν' χρυσῶν ἀπαίτησιν ποιοῖτο, μήτε κηδεμὼν ἀναγκαζέσθω γίνεσθαι τῷ νέῳ μήτε ἄλλον ὀνομάζειν, ἀλλ' αὐτὴ πρός ἀπαίτησίν τε καὶ ὑποδοχὴν ἀρκείτω· μηκέτι δυναμένου τοῦ παιδὸς πρὸς ἀποκατάστασιν βλέπειν διὰ τὸ καὶ τοὺς οὕτως εἰσπραττομένους τὸ ἀσφαλὲς ἔχειν. Εἴπου[45]) τις ἐμφυτευτὴς εἶναι λέγων μὴ τὴν ἐμφυτευτικὴν συγγραφὴν[46]), ἀποδείξεις δὲ πρὸς ἑαυτὸν ἀπὸ κυρίου προσώπου γραφείσας μέχρι ι' τὸν ἀριθμὸν μεμνημένας τῆς ἐμφυτεύσεως προσαγάγοι[47]), διηνεκὴς ἐμφυτευτὴς οὗτος εἶναι κρινέσθω, κἂν μὴ τὸ διηνεκὲς ὄνομα ταῖς ἀποδείξεσιν ἐγγέγραπται. δῆλον δὲ ὅτι μὴ δεικνυμένων ἑτέρων συμφώνων ἀνάγκη κατὰ τοὺς περὶ τῶν ἐμφυτεύσεων νόμους τὸ τοιοῦτον[48]) σκοπεῖσθαι. DKSEPCPDNIUSTOHIPBAbiSS[49]).

IV. Forma Hephaesti.

[Cap. 1.] Ut subditi devota mente tributa solvant, et pareant magistratuum praeceptionibus, et in contractibus bonam fidem servent, et erga se invicem bene affecti sint. Nam hoc si ita sit, etiam exhibitiones vel abductiones personarum obtinere non concedit, nisi id sacra forma imperet. [2.] Sicubi mater vidua nomine filii minoris usque ad quinquaginta aureos exactionem faciat, neque ipsa minori curatrix fieri cogatur, neque alium nominare, sed ipsa ad exigendum et accipiendum sufficiat: nec potest amplius filius ad in integrum restitutionem respicere, quoniam etiam ii, a quibus id exactum est, securitatem habent. [3.] Sicubi quis se emphyteutam dicens non chartam emphyteuticam, sed apochas a domino ad ipsum scriptas ad decem usque protulerit, quae emphyteuseos mentionem faciant, is perpetuus emphyteuta esse iudicetur, licet verbum „perpetuum" documentis non sit inscriptum. Patet autem, huiusmodi contractum, nisi aliae conventiones probentur, necessario secundum leges de emphyteusibus latas diiudicandum esse. *D. K. SEP. CP. DN. IUSTINI. P. BASILI. V. C.*

ε'. Τύπος ἀρεοβίνδου[50]).

Εἴ τις ἀτελὴς ὢν βουληθείη γάμον συμβαλεῖν, θελήσοι δὲ ἐπὶ τούτῳ μόνον κηδεμόνα προβαλέσθαι, εἰ μὲν τὸ[51]) μέλλον πρόσωπον συνάπτεσθαι τὴν προῖκα λαμβάνει, πρῶτον κηδεμόνα δέον εἶναι καὶ ἐγγυητὰς κατὰ τὸν νόμον δοθῆναι· εἰ δὲ τὸ μέρος τῆς γυναικὸς ἀτελὲς ον ἐπιδοίη τὴν προῖκα τῷ ἀνδρὶ τελείως κατὰ θείαν φιλοτιμίαν ἢ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς τῶν χρόνων παραδρομῆς ὂν τὸ μὴ χρῆναι ἐγγυητὴν ἐπιζητεῖ[52]). Τὴν μέντοι πληναρίαν τῆς προικὸς ὑπόληψιν ἐμφανίζεσθαι καὶ μαρτυρεῖσθαι ἐπὶ πράξεως συνισταμένης, ἐνταῦθα μὲν παρὰ τῷ μαγίστρῳ κίνσω[53]), ἔξω δὲ παρὰ τοῖς ἐκδίκοις[54]). Τὰς τῶν σχολαζουσῶν νομῶν ἐξετάσεις καὶ παραδόσεις

V. Forma Areobindi.

[Cap. 1.] Si quis minor matrimonium contrahere voluerit, et ad hoc solum curatorem [sibi] dari desideraverit, siquidem persona, quae matrimonium contractura est, dotem accipit, primum curatorem esse oportet et fideiussores legitime dari; sin pars mulieris in minori aetate constituta dederit dotem viro perfecte ex sacro beneficio vel etiam ex ipso annorum decursu... quod non oportet fideiussorem quaerit (?) [2.] Plenariam autem dotis susceptionem insinuari et testimoniis confirmari in actis, hic quidem apud magistrum census, extra autem apud defensores. [3.] Vacuarum possessionum cognitiones

---

42) Haec forma in indice Marciano no. XXXVII collocata est. Ibi vide, quae de *Hephaesto* Pr. Pr. diximus.

43) Videtur hoc esse edictum, quo Hephaestus Pr. Pr. annuam indictionem publicavit, utpote quo subditi admoneantur tributa solvere. (Conferatur edictum Cassiodori huic quodammodo simile Variar. lib. XII cap. 2.) Caeterum coniecturam istam confirmat etiam hoc, quod subscriptione teste haec forma data est Kalendis Septembribus, quod erat anni et indictionis initium.

44) De exhibitionibus et abductionibus personarum vide Ed. III cap. 4.

45) Quae sequuntur, leguntur etiam in Codice Bodlei. 3399 fol. 59. Inscriptio ibi haec est: *Ἡφαίστου τύπος. Εἴπου τις κ. τ. λ.*

46) Bodl. 3399: *τὴν ἐμφυτευτικὴν γραφὴν ἀποδείξοι. ἀποδείξεις κ. τ. λ.* Non male: certe *γραφὴν* verbo *συγγραφὴν* praeferendum est, quum syngraphae potius de personalibus et pecuniariis debitis factae esse videantur.

47) Idem: *προαγάγοι.*

48) Idem: *τηοῦτο.*

49) Hanc subscriptionem librarius Codicis nostri inscriptioni sequentis formae postposuit: arbitratus scilicet, rubricam esse formae Areobindi Pr. Pr. — Cod. Bodlei. 3399 post verbum *σκοπεῖσθαι* statim addit: DKSEPCPDN IUSTINPBABASUCSS. — Subscriptionem in utroque Codice mancam esse, non est quod demonstrem. Equidem sic legendum esse censeo: D. (*Data*) K. (*Kalendis*) SEP. (*Septembribus*) CP (*Constantinopoli*) DN (*Domini*) IUSTINI (*Iustiniani* — cf. *Heimbach 'Ανεκδ.* II p. 176. 180) PP. A. (*Perpetui Augusti* — adde: *anno XXIV vel XXV post consulatum*) BASIL. V. C. (*Basilii viri clarissimi* — adde: *anno X vel XI.*) Hephaestum enim anno 552 Pr. Pr. fuisse supra vidimus. — Caeterum constituitur hac forma quasi quaedam praescriptio emphyteuseos: nam is, qui decem apochas a domino super praestatione canonis scriptas profert, i. e. qui per decem annorum spatium consentiente domino emphyteutam sese gessit, emphyteusin tanquam perpetuam firmiter tenere iubetur.

50) *Areobindus* Pr. Pr. quando fuerit, supra dixi §. 19 not. 42. — Index Marcianus hanc formam habet no. XXXVIII.

51) Codex: *μέντοι.*

52) Locus corruptus, de quo sanando prorsus desperavi. — Conferas l. 25 C. *de nuptiis* 5, 4 et l. 28 C. *de iure dot.* 5, 12.

53) Lege *κήνσου.*

54) Videatur l. 31 C. *de iure dot.* 5, 12.

κατὰ τοὺς ἤδη κειμένους γίνεσθαι νόμους. εἴσω μέντοι ἡμερῶν κ', ἀφ' οὗπερ ἡ τοῦτο βουλομένη ψῆφος ἐμφανισθείη, τὴν περὶ τούτου προϊέναι ζήτησιν, καὶ εἴσω ι' ἑτέρων ἡμερῶν προϊέναι τὴν παράδοσιν[55]). *Ὥστε μηκέτι τὸν δὶς καταδικαζόμενον ὑπὸ τῶν ἐπάρχων διδόναι διδασκαλίαν ἀναψηλαφήσεως*[56]). *DKAGSGCDNICITH NPPAGASILIGSEξS*[57]).

et traditiones secundum iam latas leges fieri; sed intra XX dies, ex quo sententia haec iubens insinuata fuerit, eiusmodi cognitionem procedere, et intra X alios dies traditionem subsequi debere. [4.] Ut, qui bis condemnatus est a praefectis, non amplius possit offerre libellum retractationis. *D. K. AUGUS. DN. IUSTIN. PP. A. BASILI. V. C. P. CS.*

ϛ'. Τύπος λέοντος[58]).

Εὐγνωμόνως δεῖ τὰ δημόσια κατατιθέναι τοὺς ὑποτελεῖς καὶ περὶ τὰ συναλλάγματα μετρίους εἶναι. ἐκ διαφόρων προσώπων ἀλλὰ μὴ τοῦ αὐτοῦ προφέρειν τῶν δημοσίων ἀποδείξεις[59]), *καὶ μὴ ἀρκεῖν τρεῖς καὶ μόνας προκομιζομένας εἰς το μὴ τοῦ φθάσαντος ἕνεκεν ὀχλεῖσθαι χρόνου, ἀλλὰ δέκα κἂν ἐκ διαφόρων προσώπων ἦσαν γραφεῖσαι*[60]).

Ἐὰν[61]) *γαμετὴ προῖκα καὶ γαμικὴν*[62]) *προτειnομένη δωρεὰν ἐν*[63]) *κατοχῇ τῶν τοῦ ἀνδρὸς εἴη πραγμάτων καὶ μὴ ἀναγραφὴν ἐπὶ τούτοις δημοσίαν ποιήσῃ*[64]), *τοῖς τοῦ μεγάλου βασιλέως ὑποκείσεται νόμοις δόλον ἅπαντα καὶ πᾶσαν ἀποστρεφομένοις περίνοιαν*[65]). *DKNICPDN IGSTINIANIPEBAβSISϽS*[66]).

VI. Forma Leonis.

[Cap. 1.] Devota mente oportet publica solvere subditos et in contractibus moderatos esse. A diversis personis non ab eodem scriptas proferre publicorum apochas [?], nec satis esse tres tantum proferri, ut ne quis molestetur praeteriti temporis causa, sed decem, licet a diversis personis scriptae sint.

[2.] Si mulier dotem et nuptialem donationem praetendens in possessione rerum mariti sit, nec inventarium earum publicum confecerit, magni Imperatoris legibus subiacebit, quae omnem dolum et omnem circumventionem cohibent. *D. K. NI (?) CP. IUSTINIANI. P. C. BASILIU. V. C.*

ζ'. Τύπος περὶ ζυγοστατῶν[67]) ἱερίου[68]).

Ὥστε ψήφῳ τῶν ἐπισκόπων καὶ οἰκητόρων καὶ κτητόρων προχειρίζεσθαι τὸν ζυγοστάτην, καὶ ὅρκον ἐν ὑπομνήμασιν αὐτὸν παρέχειν, ὡς οὐδεμίαν αὐτὸς οὐδὲ ὁ τῆς αὐτῆς κοινωνῶν αὐτῷ φροντίδος ῥᾳδιουργίαν περὶ τὰ στάθμια[69]) *ἐργάσονται*[70]).

VII. Forma de ponderatoribus Hierii.

Ut decreto episcopo rumet habitatorum et possessorum ponderator constituatur, et iusiurandum apud acta praestet, nec semet ipsum nec suum in hac cura socium aliquam negligentiam circa pondera esse commissurum.

η'. Περὶ ἀγορανόμων[71]). ἴλλου[72]).

Ὥστε καὶ ἐπὶ τοῖς ἀγορανόμοις καθ' ὁμοιότητα ἐκδίκων[73]) *ψήφισμα γίνεσθαι*[74]) *παρὰ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν τοῦ κλήρου καὶ κτητόρων καὶ πολιτευομένων καὶ λογάδων*[75]).

VIII. De aedilibus. Illi.

Ut etiam de aedilibus ad instar defensorum decretum fiat episcopi et cleri et possessorum et curialium et honoratorum.

---

55) Vide not. 25.

56) Cf. l. 5 C. *de precibus imperat. offerendis.* 1, 19, l. un. C. *ne liceat in una eademque causa* 7, 70.

57) Haec subscriptio in Codice rubricae sequentis formae postposita est. (Cf. not. 49.) Eam sic lego: D. (*Data*) K. (*Kalendis*) AUGUS. (*Augustis* — adde: *Constantinopoli*) DN. (*Domini*) IUSTIN. (*Iustiniani*) PP. A. (*Perpetui Augusti* — adde: *anno* XXVI vel XXVII) BASILI. V. C. P. CS. (*Basilii viri clarissimi post consulatum*) — adde *anno* XII vel XIII.) Literam ϥ librarii graeci saepenumero pro U usurpant; ϤASILI scribitur pro *Basili*; denique Rξs cur legerim „post consulatum", intelligetur ex *Heimbach 'Ανεκδ.* tom. II p. 234.

58) In indice Marciano est Ed. XXXVI, ibique de *Leone* Pr. Pr. dixi.

59) Haec aperte corrupta sunt, sed quaenam iis medicina paranda sit, ingenue me nescire confiteor.

60) Cf. Edict. III cap. 1.

61) Quae sequuntur, absque tamen subscriptione, habentur in Cod. Bodlei. 3399 fol. 5.

62) Ita Bodl. 3399. Noster: *γαμικὴ*.

63) Codex: *ἐὰν*. Emendavi ex Bodl. 3399.

64) Bodl. 3399: *ποιήσηται*.

65) Cf. l. 9 C. *soluto matrim.* 5, 18 et supra §. 19 not. 43.

66) Etiam haec subscriptio rubricae sequentis formae postposita est a librario. Cf. not. 49. 57. Subscriptionem sic lego: D. (*Data*) K. (*Kalendis*) NI. (?) CP. (*Constantinopoli*) IUSTINIANI. (adde: *anno* XXXV vel XXXVI) P. C (*post consulatum*) BASILIU. V C. (*Basilii viri clarissimi* — adde: *anno* XXI vel XXII). — Pro NI. scribendum crediderim SEP. Nam principium huius formae docet eam ad publicationem indictionis pertinuisse, quae fere Kalendis Septembribus fiebat. Cf. not. 43.

67) Videatur index Marcianus Ed. III.

68) Pro *ἱερίου* index supra habet *ἱερείου*. *Hierius* Pr. Pr. Or. fuit sub Anastasio a. 496. Cf. l. 16 C. *de testam. militis.* 6, 21.

69) Codex: *στάθμα*.

70) De ponderatoribus, qui Graecis *ζυγοστάται* audiunt, videatur Cod. Theod. XII, 7 *de ponderatoribus*, ibique *Gothofredus*; Cod. Iust. X, 73 *de ponderatoribus*; Edict. Iustin. XI; et *Cuiacius* ad l. 6 D. *de excusationib.* 27, 1.

71) In indice Marciano est Ed. IV, ibique rubrica vel melius et fusius exponit, quod fuerit huius edicti argumentum, quam epitome, quae hoc loco habetur.

72) *Illus* Pr. Pr. nusquam occurrit. Sub Zenone Illus magister fuit: sub eodem alius, ni fallor, a 478 Consul. Hic fortasse postea sub Anastasio Pr. Pr. fuit. Cf. etiam Theophanes in Chronogr. ed. Paris p. 150. D.

73) Cf. l. 8 C. *de defensorib.* 1, 55, l. 19 C. *de episcopali audient.* 1, 4. Nov. 15 c. 1.

74) Cod. *γίνεται*, quod ferri vix poterat.

75) De aedilibus civitatium cf l. 2 C. *si servus* 10, 32 et *Otto* tr. de aedilibus coloniarum etc. Francf. 1713.

θ'. Περὶ βουλευτῶν. ἴλλου[76]).

Εἴ τις ἀπὸ διαλύσεως πρὸς τοὺς βουλευτὰς γενομένης βουλευτικῆς ἀπαλλάττεσθαι δόξῃ τύχης, ἄκυρος ἔστω ἡ διάλυσις[77]) καὶ εἰς τὴν βουλὴν ἐπαναγέσθω. προστιμῶνται δὲ οἱ βουλευταὶ ι' χρυσίου λίτρας, εἰ μὴ μηνύσωσι τοῖς τοιούτοις κατὰ τοῦ λοιποῦ τούτων ἀπέχειν[78]).

IX. De curialibus. Illi.

Si quis transactione cum curialibus facta a curiali conditione se liberari putaverit, transactio irrita sit et ille in curiam reducatur. Mulctantur autem decuriones X auri libras, nisi illis significaverint, ut in futurum his rebus sese abstineant.

ι'. Περὶ τῶν δικαζομένων παρὰ ἐπισκόποις καὶ ἐκκλησιεκδίκοις καὶ οἰκονόμοις[79]). ζωτικοῦ[80]).

Οἱ ἔκδικοι καὶ πατέρες τῶν πόλεων πάντα ἑλκόμενον[81]) δικάσασθαι παρὰ ἐπισκόποις ἢ ἐκκλησιεκδίκοις ἢ οἰκονόμοις, εἰ καὶ κληρικὸς[82]) εἴη πρὸς δίκην καλούμενος, ἀφαιρείσθωσαν. ἐναντίωσιν δὲ ὑπομένοντες πρᾶξιν συνιστάτωσαν, καὶ μηνυέτωσαν τῷ ἄρχοντι καὶ τῇ μεγίστῃ ἐξουσίᾳ, καὶ ποινὴν ε' χρυσίου λίτρας ἀπαιτείτωσαν τὸν ἁμαρτάνοντα εἰς ἔργα τῆς πόλεως ὀφείλουσαν προχωρῆσαι[83]). Ὥστε τοὺς προεστῶτας τῶν ἐκκλησιῶν μὴ ἀναγκάζειν τινὰς παρ' αὐτοῖς δικάζεσθαι ἢ ὁμολογεῖν μὴ χρῆσθαι ὅροις, ἀλλὰ μηδὲ ἐκδιώκειν αὐτοὺς ἐκ τῶν ὅρων τοὺς προσφεύγοντας[84]).

X. De his, qui apud episcopos et ecclesiarum defensores et oeconomos litigant. Zotici.

[Cap. 1.] Defensores et patres civitatium quemlibet, qui ad episcopos vel defensores ecclesiae vel oeconomos iudicii causa trahitur, licet clericus sit in ius vocatus, abripiant. Quodsi iis restitum fuerit, acta conficiant, et ad praesidem summamque potestatem referant, et ab eo, qui in culpa est, poenam V librarum auri exigant, quae in opera civitatis impendi debet. [2.] Ne ecclesiarum propositi quosquam cogant coram ipsis iudicium accipere, vel promittere ne iure septorum utantur, sed nec eiiciant confugientes ex septis.

ια'. Ζωτικοῦ[85]). περὶ λόγου διδομένου τοῖς προσφεύγουσιν[86]).

Ὅτι οὐ δεῖ τοὺς ἐπισκόπους ἢ ἐκκλησιεκδίκους ἢ οἰκονόμους λόγον διδόναι. εἰ δὲ καί τισι δοῖεν, ἀντὶ μηδενὸς εἶναι, μηδὲ τὸν λαμβάνοντα ὠφελεῖσθαι. φυλάττειν δὲ αὐτοὺς τὸν διδόμενον λόγον παρὰ τῶν ἀρχόντων, οἷς καὶ μόνοις διδόναι μὲν λόγον ἔξεστι, παραβαίνειν δὲ οὐκ ἔξεστι. διδόναι δὲ αὐτοὺς[87]) λόγον ἐντὸς λ' ἡμερῶν καὶ ἅπαξ τοῦ ἔτους τῷ αὐτῷ προσώπῳ. τὸν δὲ παρὰ ταῦτα διδόμενον λόγον ἄκυρον εἶναι[88]).

XI. Zotici. De λόγῳ confugientibus dato.

Quod non oportet episcopos vel ecclesiarum defensores vel oeconomos *λόγον* dare: et si quibus dederint, irritum nec accipienti utilem esse. Ipsos autem servare debere *λόγον* a praesidibus datum, quippe quibus solis *λόγον* dare licet, praetergredi autem non licet. Dare autem eos oportere *λόγον* intra XXX dies, et semel per annum eidem personae. Et *λόγον*, qui contra haec datus fuerit, irritum esse.

ιβ'. Περὶ τῶν διδομένων ἐπὶ νομῆς[89]). εὐσταθίου[90]).

Ἐάν τις πορίσηται ψῆφον περὶ τοῦ ἐπὶ νομῆς γενέσθαι, ἐν μὲν τῇ βασιλίδι πόλει καὶ ἐν τοῖς χωρίοις καὶ προαστειίοις αὐτῆς τὸν ἐκβιβάζοντα[91]) τὸ πρᾶγμα ἐπὶ δημοσιευόντων πυνθάνεσθαι παρὰ τῶν οἰκούντων τὴν οἰκίαν ἢ γεωργούντων[92]) τὸ προάστειον ἢ τὸ χωρίον

XII. De his, quae in possessionem dantur. Eustathii.

Si quis decretum protulerit de in possessionem missione, in regia quidem urbe et in terris et suburbiis eius executorem rei coram publicis personis quaerere oportere ab iis, qui in aedibus habitant, vel ab iis, qui suburbanum vel terram colunt, et a

---

76) De Illo Pr. Pr. vide not. 72. — Hoc edictum in indice Marciano habetur no. V.

77) Codex: *ἄκυρον ἔστω τὴν διάλυσιν εἶναι.* Cf. not. 41.

78) Codex: *ἀφίξεων.* Emendavi: *ἀπέχειν.* Sed fortassis vel maior corruptela huic loco inest, ut legendum sit: *εἰ μὴ μηνύσωσι τοὺς τοιούτους καὶ τοῦ λοιποῦ τούτων ἀφίξωνται,* i. e si non detulerint eiusmodi decuriones et ipsi de caetero his rebus sese abstinuerint.

79) In indice Marciano est Ed. VI.

80) De *Zotico* Pr. Pr. dixi §. 19 not. 88.

81) Index Marcianus, rectius ni fallor, *εὐλαβούμενον* habet.

82) Codex: *ἢ καὶ κληρικῶν*, quod necessario corrigendum erat. Idem paulo ante *ἐπισκόπου.*

83) De iudicio ecclesiastico conferatur l. 7. 8 C. *de episc. aud.* 1, 4. Nov. Valentiniani III in iure civ. anteiust. tom. II p. 1347. Iustinianus haec aliquantum immutavit Nov. 83 et 123 cap. 21. 22.

84) De iure asyli intra *ὅρους* i. e. septa ecclesiae locuples auctor est *Iac. Gothofredus* ad Cod. Theod. 9, 45. Videatur etiam *Ducange* s. v. *ὅροι*, et infra Ed. XI et XIV.

85) De *Zotico* Pr. Pr. dixi §. 19 not. 88.

86) In indice Marciano est Ed. VII.

87) Codex: *αὐτοῖς.*

88) De *λόγῳ*, (— Iulianus vertit „*fidem publicam*,“ liber Authenticorum „*verba*“ i. e. *iusiurandum*,“ *Alciatus* denique interpretatur „*salvum conductum*“.—) cf. *Cuiacius* ad Nov. 17, *Ducange* s. v., *Hombergk* ad Nov. 5 not. 15 et Nov. 17, not. 24. — Videsis etiam infra Ed. XIV.

89) Index Marcianus hoc edictum habet no. VII.

90) *Eustathius* Pr. Pr. Or. sub Anastasio anno 506 fuit. Cf. l. 23 C. *de advocatis divers. iudic.* 2, 7.

91) Codex: *ἐκβιάζοντα.*

92) Codex: *γεωργὸς τῶν.*

καὶ ἐκ τῶν γειτόνων, τίνος γέγονε τὸ πρᾶγμα δεσπότου καὶ εἰ μηδεὶς τοῦτο νέμεται, καὶ πρὸς τούτοις καὶ αὐτὰς εὐθὺς ἐν ἀρχῇ[93]) προστιθέναι τὰς ψήφους τῶν ἐπάρχων ἢ τοῦ ἄρχοντος ἐν αὐτοῖς τοῖς τόποις ἐπὶ δημοσιευόντων[94]). ὁ δὲ παρὰ ταῦτα γινόμενος ἐπὶ νομῆς τοῖς περὶ τῆς βίας ὑποκείσεται[95]) νόμοις, ἀποδιδοὺς καὶ τὴν ἐπενεχθεῖσαν ζημίαν τῷ τὴν νομὴν ἀφῃρημένῳ[96]).

vicinis, cuius domini res sit et an nemo eam possideat, et praeterea statim initio decreta praefectorum vel iudicis in ipsis locis praesentibus publicis personis proponere. Qui praeter haec in possessione constitutus fuerit, legibus de vi subiacebit, et damnum ei, cui possessio ablata est, illatum resarcibit.

ιγ'. Τύπος περὶ τοῦ[97]) καθ' ἕκαστον ἰοῦγον ἓν κεράτιον ὑπὲρ τὴν μερικὴν δίδοσθαι[98]).

Ὥστε τοὺς ὑποτελεῖς τὰ δημόσια κατατιθέναι, ὡς αἱ μερικαὶ δηλοῦσι διατυπώσεις, καὶ πρὸς τούτοις λόγῳ παντοίας τῶν τα δημόσια πραττόντων παραμυθίας[99]) καὶ τοῦ λεγομένου διαζημίου καὶ καθέκαστον ἰοῦγον κεράτιον[100]) ἓν καὶ μηδὲν περαιτέρω χάριν οἱουδήποτε προσώπου ἢ ἐνταῦθα ἢ ἐπὶ χώρας δημόσια μετερχομένου ἢ συνηθείας λαμβάνοντος· ἀλλὰ τὸ ἐκ τοῦ κερατίου συναγόμενον καὶ ταξεώτας[101]) καὶ βουλευτὰς καὶ σκρινιαρίους τῶν ἐπάρχων καὶ κανονικαρίους τῶν λαργιτιόνων[102]) καὶ πᾶν πρόσωπον συνηθείας κομιζόμενον μερίζεσθαι· τοῦ παραβαίνοντος καὶ πλέον τι ἀπαιτοῦντος ν' χρυσίου λίτρας κατα τὸν νόμον[103]) ποινὴν κατατιθέντος, καὶ τοῦ ἐκδίκου τοῦ μὴ ταῦτα παραφυλάττοντος γ' λιτρῶν πρόστιμον διδόντος[104]).

XIII. Forma, ut pro unoquoque iugo unum ceratium ultra particularem [delegationem] praestetur.

Ut subditi tributa persolvant, quemadmodum particulares delegationes significant, et praeterea nomine solatii cuiuscunque exactoribus praestandi et nomine *διαζημίου*, quod vocant, etiam pro unoquoque iugo ceratium unum, nec quicquam ultra pro quacunque persona sive in urbe sive in provinciis tributa exigente vel consuetudines accipiente. Quod autem ex illo ceratio colligitur, et cohortales et curiales et scriniarios praefectorum et canonicarios largitionum et quamlibet personam consuetudines accipientem inter se partiri; eo, qui haec transgressus fuerit et aliquid plus exegerit, L auri librarum secundum legem poenam soluturo, et defensore, qui haec non observaverit, III librarum mulctam daturo.

ιδ'. Ζωτικοῦ[105]). περὶ λόγου δόσεως[106]).

Μηδὲ στρατιωτικὸς ἄρχων μηδὲ στρατιῶται διδότωσαν λόγον τισὶ τῶν μὴ ὑποκειμένων αὐτοῖς. εἰ δέ τις λάβοι καὶ βιαίως ὑπ' αὐτῶν ἀφαιρεθείη, ὁ ἄρχων ἐκδικείται, καὶ αὐτόν, εἰ παρά τινος αἰτιαθείη, καλείτω ἢ μὴ ὑπακούοντος αὐτοῦ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ τοῦ αἰτιωμένου[107]) ποιείτω τὸ ἱκανόν, καὶ πρόσγε τριῶν χρυσοῦ λιτρῶν ποινῇ σωφρονιζέτω τοῦτον, ἀναλωθησομένῃ περὶ τὰ ἔργα τῆς πόλεως, ὅθεν ὁρμᾶται ὁ τὸν λόγον λαβών[108]).

XIV. Zotici. De *λόγῳ* dando.

Ne quis militaris iudex neve milites *λόγον* aliquibus eorum dent, qui ipsis non sunt subiecti. Sin autem quis [*λόγον*] acceperit et ab iis violenter abreptus fuerit, iudex eum defendat: eumque citet, si a quo conventus fuerit, et si non obtemperaverit, ex substantia illius, qui conventus est, [actori] satisfaciat, et insuper III librarum auri poena eum mulctetur, quae in opera civitatis, ex qua est, qui *λόγον* accepit, impendi debeat.

ιε'. Περὶ ἐξωμοσίας[109]) διδομένης ὑπὸ τοῦ αἰτιαθέντος[110]). ζατικοῦ[111]).

Ὁ ἐξωμοσίᾳ[112]) καταπιστευόμενος ἐντολέα πᾶσι τρόποις προβαλλέσθω κατὰ τὸν νενομισμένον τῆς IUDICATUM SOLVI *τρόπον γινόμενον[113]) καὶ ἐγγυητοῦ διδομένου τῶν δαπανημάτων μέχρι ν' νομισμάτων, εἰ τὴν*

XV. De iuratoria cautione praestita a reo. Zotici.

Qui iuratoriam cautionem praestitit, omnino procuratorem facere potest, secundum legitimum modum cautionis iudicatum solvi, et fideiussore dato pro expensis usque ad L aureos, si causa C aureorum

---

93) Codex: *ἀρχη.*
94) Codex: *ἐπιδημ.*
95) Codex: *ὑποκεῖσθαι.* Cf. not. 41.
96) De traditione possessionis vide quae observavimus not. 25.
97) Codex: *τοῦ περί.* Veriorem lectionem ex indice repraesentavi.
98) In indice Marciano est Ed. IX. — Cuiusnam Praefecti sit, ignoratur. Est autem edictum, quo Praefectus Praetorio indictionem publicavit; cf. not. 43.
99) Vide l. 9 C. *de exactoribus. Savigny* Zeitschr. XI p. 44 sqq.
100) i. e. siliquam sive vigesimam quartam partem solidi. Vide *Ducange* s. v. et *Hombergk* ad Nov. 34 not. 11.
101) Codex: *ταξεώτας.*
102) Codex: *κανονικαρίων τῶν λαργιτιώνων.*
103) Videtur indicari l. 4 C. *de modo mulctarum.*
104) Codex: *διδοντος.*
105) De *Zotico* Pr. Pr. vide §. 19 not. 88.
106) Index Marcianus hoc edictum habet no. XI.
107) Codex: *αἰτιαομένου.*
108) De *λόγῳ* quaedam observavimus not. 88 ad Ed. XI.
109) Codex: *ἐξομοσίας.*
110) Hoc edictum in Indice Marciano est no. XII.
111) De *Zotico* Pr. Pr. vide §. 19 not. 2.
112) Codex: *ἐξομοσίᾳ.* — De hac iuratoria cautione cf. §. 2 I. *de satisdat.* 4, 11 et infra Ed. XXX.
113) Cf. §. 4 I. eod.

τῶν ρ' νομισμάτων ποσότητα ἡ αἰτίασις[114]) *ὑπερβαίνοι· εἰ δὲ μέχρι τούτων ἐστίν, εἰς ιβ' νομίσματα καὶ μόνον ἐπὶ τοῖς δαπανήμασι διδότω τὸν ἐγγυητήν.*

quantitatem excedat; sin minor sit, usque ad XII tantum aureos pro expensis fideiussorem praestet.

ις'. Περὶ συστάσεως ὑπομνημάτων[115]). *ζωτικοῦ*[116]).

Ὥστε μὴ συνίστασθαι πρᾶξιν ἐν παραβύστῳ, ἀλλὰ τὰ πραττόμενα παρούσης τῆς τάξεως ἢ τοῦ πλείονος αὐτῆς μέρους πράττεσθαι, πρόστιμον ε' χρυσίου λίτρας τοῦ τε κατὰ καιρὸν ἄρχοντος καὶ τοῦ περὶ ταῦτα κοινωνοῦντος αὐτῷ ὑφορωμένων[117]).

XVI. De confectione gestorum. Zotici.

Ne acta in occulto loco conficiantur, sed ut gesta praesente ordine vel maiori parte eius fiant; alioquin V auri librarum poenam subeat tum qui pro tempore praeses est, tum qui illi in hac re socius est.

ιζ'. Περὶ τῶν προσφευγόντων καὶ μὴ δικαζομένων [καὶ] περὶ ἐκσφραγίσματος[118]). *κωνσταντίνου*[119]).

Εἴ τις τοῖς προσφεύγουσιν εὐθύνης πέμψοι βιβλίον καὶ προσηκόντως ὑπομνήσοι κατὰ τοὺς ἱεροὺς τόπους, ὁ[120]) *δὲ μὴ ὑποδέξηται τὴν δίκην, καὶ τοῦτο δείξειε τῷ ἐν τοῖς μεγίστοις δικαστηρίοις ὁ αἰτιασάμενος, δι' ἐκσφραγισμάτων δημοσίων κηρύγμασι τὸν τοιοῦτον καλεῖσθαι, κατεξεταζομένων δὲ μετὰ ταῦτα τῶν δικαίων αὐτοῦ τοῦ αἰτιαθέντος τὰ λειπόμενα προβήσεσθαι*[121]).

XVII. De confugientibus et iudicium non accipientibus, et de literis publicis. Constantini.

Si quis confugientibus exactionis miserit libellum, eosque rite admonuerit in sanctis locis, is vero iudicium non acceperit, et hoc probaverit actor iudici summi iudicii, per literas publicas edictis illum vocari, deinde vero examinatis iuribus rei reliqua procedere oportet.

ιη'. Περὶ τῶν ἐν ἐπαρχίαις ἀρχείων καὶ τοῦ ἀβάκτις[122]). *κωνσταντίνου*[123]).

Ὥστε ἀρχεῖα εἶναι δημόσια, ἐν οἷς δεῖ[124]) *τὰ πραττόμενα κατὰ τὸ ἐπιχώριον φυλάττεσθαι δικαστήριον. προβάλλεσθαι δὲ παρὰ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν λογάδων καὶ τοῦ ἄρχοντος καὶ τῆς τάξεώς τινα ἐκ τοῦ σκρινίου τῶν ἀβάκτης εὐϋπόληπτον*[125]) *ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων πραττομένων παρὰ τῷ ἄρχοντι, τὸν ὀφείλοντα τῷ ἰδίῳ κινδύνῳ παραλαβεῖν καὶ φυλάττειν καὶ τοῖς δεομένοις ἐκδιδόναι τὰ πραττόμενα ὡς πέπρακται, τῶν χαρτῶν*[126]) *ὑπὸ ἀναγραφὴν ἐπὶ πράξεως δηλουμένων καὶ παραδιδομένων αὐτῷ· κατατιθέμενον*[127]) *μέν, ὡς ἀῤῥαδιούργητα φυλάξει καὶ ἐκδώσει, εἰδότα*[128]) *δέ, ὡς εἴ τινα κακουργήσει καὶ ἐλεγχθῇ ἢ ὡς παρέλαβε μὴ παραδῷ τῷ μετ' αὐτὸν παραλαμβάνοντι τὰς χάρτας καὶ τὰ ὑπομνήματα, οὐ τῆς οὐσίας ἐκπεσεῖται μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν σωτηρίαν κινδυνεύσει, καὶ πρόστιμον ε' χρυσίου λιτρῶν ἐκ παραβασίας τῇ μεγίστῃ καταθήσει τραπέζῃ*[129]).

XVIII. De archiis in provinciis et de ab actis. Constantini.

Ut sint archia publica in quibus acta iudicii loci servari debent. Ut autem ab episcopo et honoralis et praeside et officio ex scrinio eorum, qui ab actis sunt, vir bonae existimationis, actis apud praesidem conficiendis constituatur, qui suo periculo acta, sicuti facta sunt, accipiat et conservet et petentibus edat, ita scilicet ut chartae inventario in actis designentur et tradantur illi; isque promittat, se incorruptas eas servaturum et editurum esse, et sciat, si qua corrupisse probatus fuerit, vel successori suo chartas et acta non tradiderit qualia accepit, se non substantiae solum suae iacturam esse facturum, verum etiam animae periculum incursurum et mulctam V librarum auri ob contumaciam maximae mensae illaturum esse.

---

114) Codex: *εἰ ἡ τὴν τῶν ρ' νομισμάτων ποσότητα αἰτίασις*, quod ferri non poterat. Nempe transponendus erat articulus *ἡ*.

115) In indice Marciano est Ed. XIII.

116) Index supra habet *κωνσταντίνου*. De *Zotico* Pr. Pr. quaere §. 19 not. 88, de *Constantino* Pr. P. ibid. not. 20.

117) De confectione gestorum insignis locus est l. 151 C. Th. *de decurionib.* 12, 1. Nov. Valentiniani III in Iure civ. anteiust. tom. II p. 1318. *v. Savigny Gesch. des RRs. im Mittelalter.* I p. 110 sqq. *Spangenberg* tabulae negot. solenn. p. 46 sq. — Vide etiam infra Ed. XVIII et XIX.

118) Habes hoc edictum in indice Codicis Marciani no. X. — In nostro copula *καὶ* ante *περὶ ἐκσφ.* deest. Hoc ipsum autem verbum *ἐκσφραγίσματος* quid significet, non satis in aprico est. Ego interpretatus sum literas formales, sigillo publico munitas.

119) De *Constantino* Pr. Pr. dixi §. 19 not. 20.

120) *Ἀνακόλουθον.* Scribere oportebat: *οἱ δὲ sc. προσφεύγοντες* etc.

121) De confugientibus videantur auctores, quos not. 84 allegavi, et l. 6 §. 4 C. *de his qui ad ecclesias* 1, 12.

122) Codex: *ἄβαστις.* Cf. supra not. 10. — In indice Marciano est Ed. XIV.

123) De *Constantino* Pr. Pr. videatur §. 19 not. 20.

124) Codex: *δή.*

125) Codex: *εὐυπολήπτων.*

126) Codex: *χάρτων.*

127) Codex: *κατατιθεμένων.* Mox idem: *ἀῤῥαδ.* et *ἐκδώσει.*

128) Codex: *εἰδότι.* — Lectiones Codicis not. 124—128 relatas quo iure emendaverim, sponte intelligitur.

129) De archiis provinciarum cf. Nov. 15 cap. 5 §. 2. — De *ab actis* cf. *Cramerus* in addit. ad *Brissonium.*

ιθ'. Περὶ ἐκδόσεως χαρτῶν[130]). κωνσταντίνου[131]).

Εἴ τις ἐπὶ χώρας πράξει τι παρὰ τῷ ἄρχοντι, ὁ δὲ τὸ λεκτὸν ἐπιθεὶς εἴσω ιε' ἡμερῶν [μὴ][132]) ἐκδώσει τῷ δεομένῳ τὰ καθαρά, καὶ τοῦτο δῆλον γένηται τῷ ἐκδίκῳ, παῤῥησίαν ἔχειν αὐτὸν ἀντέχεσθαι τούτου, καὶ ε' χρυσίου λίτρας ἐπιτίμιον διδόναι τὸν ἡγούμενον. εἰ δὲ καὶ ὁ ἔκδικος μὴ συστήσηται πρᾶξιν[133]), τῷ δεηθέντι[134]) τῆς ἐκδόσεως καὶ μὴ τυχόντι δύο χρυσίου λίτρας καταθήσει ποινήν.

XIX. De editione chartarum. Constantini.

Si quis in provincia gesta confecerit apud praesidem, isque, postquam „Lectum" subscripserit, intra XV dies petenti τα καθαρα non ediderit, et hoc defensori innotuerit, hic licentiam habeat huius rei defendendae, et praeses mulctam V auri librarum praestet. Si vero etiam defensor gesta non confecerit, petenti editionem nec accipienti II auri librarum poenam solvet.

κ'. Περὶ συστάσεως γένους. παρνασίου[135]).

Εἴ τις ἀπαιτήσοι πίστιν γένους τὸν μέχρι γ' βαθμῶν[136]) συγγενῆ[137]), μετὰ τὴν ἀπόδειξιν τοῦ γένους τὰς ἐπὶ τῇ ζητήσει ταύτῃ προσγενομένας[138]) αὐτῷ ζημίας καταθήσει[139]).

XX. De probatione generis. Parnasii.

Si quis fidem generis exegerit a cognato tertii usque gradus, post probationem generis damnum, quod ille propter hanc quaestionem sustinuerit, resarcibit.

κα'. Περὶ ψευδομαρτυρίας. βασιλείου[140]).

Εἰ δέ τις[141]) παράγοι[142]) ψευδεῖς μάρτυρας[143]), ὁ μὲν ἐνάγων ἐκπίπτει τῆς περὶ τὸ κεφάλαιον δι' ὃ παρήχθησαν δίκης οἱ μάρτυρες, ὁ δὲ φεύγων πάσης καὶ αὐτὸς ἐκπίπτει δικαιολογίας καὶ καταδικάζεται ἐπὶ[144]) τῷ αὐτῷ κεφαλαίῳ[145]).

XXI. De falso testimonio. Basilii.

Si quis falsos testes produxerit, actor quidem in ea re, propter quam testes producti sunt, causa cadit: reus autem omnibus vel ipse allegationibus excidit et circa eandem rem condemnatur.

κβ'. Περὶ γραμμάτων[146]) πίστεως[147]). λεοντίου[148]).

Εἴ τις προΐσχοιτο γράμματα ἢ γαμετῆς ἢ γονέως τοῦ πρὸς αὐτὸν δικαζομένου ἢ τινων ἑτέρων, ὧν ἐκεῖνος κληρονομεῖ εἴτε πρωτοτύπως εἴτε δι' ἑτέρων μέσων προσώπων, μὴ πρότερον ἀπαιτεῖσθαι ταῦτα πιστώσασθαι, πρὶν ὅρκον ὑπόσχοι ὁ[149]) τὴν τούτων πίστιν ἐπιζητῶν, ὡς οὐχ ὑπερθέσεως χάριν τοῦτο ἐπιζητεῖ, ἀλλὰ διὰ τῶν

XXII. De literarum fide. Leontii.

Si quis protulerit literas vel uxoris vel parentis eius, qui cum ipso litigat, vel aliorum, quorum ille heres est sive principaliter sive per intermediam personam, non prius cogatur eas probare, quam iuramentum praestiterit is, qui de earum fide quaerit, qnod non dilationis causa hoc exigit, sed propter

---

130) In indice Marciano habetur hoc edictum no. XV.
131) De *Constantino* Pr. Pr. vide §. 19 not. 20.
132) Hoc *μή* in Codice deest. Index Marcianus: *ὅτι ὁ ἄρχων μὴ ἐκδοὺς κ. τ. λ.* Hinc ego, sententia loci exigente, *μή* supplevi.
133) Codex: *πρᾶξιν.* — Loquitur de actis super contumacia praesidis, ni fallor, conficiendis.
134) Codex: *τὸ δηθεν τῇ* pro *τῷ δεηθέντι*, ut erat reponendum.
135) Index Marcianus huius edicti rubricam affert no. XVIII. Idem edictum, ut hoc loco legitur, habetur etiam in Bodleiano 3399 fol. 140. — *Parnasium* non inveni. Praefectus Praetorio Orientis fuisse videtur Anastasii, Iustini Iustinianive temporibus, quum ab huius aetatis Praefectis reliqua edicta tantum non omnia profecta sint. Incidere cum crediderim in annos 492—495. 499—501. 501. 503. 504. 507—509. 514—516, sicuti etiam Armenium, Leonem, Leontium, Severianum et Servum, quos his temporibus, incertis tamen annis Praefectos Praetorio fuisse constat.
136) Bodl. 3399: *τριῶν βαθμῶν*, et ita quoque Cod. Marcianus 579. Malim tamen *τρίτου βαθμοῦ.*
137) Codex: *τῷ — συγγενεῖ*, quod emendavi ex Bodl. 3399.
138) Sic etiam Marcian. 579. — Bodl. 3399: *προσγινομένας.*
139) Cf. l. 15 C. *de testibus* 4, 20.
140) In Indice Marciano (§. 19) est Ed. XVI. Ex hac nostra collectione migravit hoc edictum in Bodl. 3399 fol. 105 sq. et Marcian. 172 (182). *Witte Zeitschr. f. gesch. RW.* VIII p. 215 Novellam Basilii Macedonis esse putavit. Sed est edictum Praefecti Praetorio *Basilii*, cuius nominis Praefectus occurrit a. 490, quo anno Zeno imperator mortuus est. Cf. l. 2 C. *si nuptiae ex rescripto* 5, 8 et l. 1. C. *de privatis carcerib.* 9 5.
141) Bodl. 3399: *Εἴ τις.*
142) Idem: *παραγάγοι.*
143) Codex post *μάρτυρας* addit *μαρτυρίας*, quod auctoritate Codicis Bodl. 3399 expunxi.
144) Bodlei: *ἐν.*
145) Fortasse hoc edictum quodammodo coniungendum est cum l. 13 C. *de testibus*, 4, 20.
146) Codex: *πραγμάτων.* Sed supra index *γραμμάτων* habet, atque etiam Codex Bodlei. 3399, qui hoc edictum praestat fol. 5.
147) Rubricam huius edicti exhibet etiam Index Marcianus no. XVII.
148) *Leontius* Pr. Pr. sub Anastasio fuit, incertum, quo anno. Cf. not. 135 et Lyd. de magistratib. III, 17. In c. Summa §. 2 laudatur „vir sublimissimus ex praefecto praetorio, consularis atque patricius Leontius."
149) In Bodl. 3399 articulus *ὁ* deest. — De iuramento calumniae, sive, ut alii volunt, diffessionis, de quo hoc loco sermo est, videatur Nov. 49 cap. 3.

προσόντων αὐτῷ δικαιωμάτων ἐλθών, καὶ [μετὰ][150] πάσης τῆς ἐνδεχομένης ἀκριβείας οὐκ εὐπορεῖ[151]) γραμμάτων ἑτέρων προκομιδῆς[152]) οὗ[153]) τῶν δικαίων μεταποιεῖσθαί φησιν.

allegationes sibi competentes ad hoc permotus, et quod omni, qua fieri potest, diligentia non valet proferre alias literas eius, cuius iura sibi competere asserit.

κγ'. Περὶ προικὸς καὶ περὶ ἐναγωγῆς ἀκινήτων πραγμάτων[154]) ψῆφος σεργίου[155]).

Εἰ φήσοι μὴ λαβεῖν προῖκα ὁ ἀνήρ, χρὴ δεικνύειν αὐτόν, ὡς κατὰ καιρὸν μὴ[156]) κομίσασθαι αὐτὴν παρὰ τῆς γυναικὸς κατεμέμψατο. ἐκείνης δὲ κατὰ τὴν[157]) διαθήκην εἰπούσης, ὡς οὐ παραδέδωκε τὴν προῖκα, τῷ μὲν οὐ[158]) μεμψαμένῳ τὴν περὶ τῆς προικὸς ἀναργυρίαν συγγνώμης μεταδοτέον[159]), αὐτὸ[160]) μέντοι καὶ τῆς ἐπιδόσεως ἔργον χρῆναι ζητηθῆναι, ἀγομένων, εἰ δεήσοι, καὶ τῶν τὰ προικιμαῖα χωρία γεωργούντων, ἐφ' ᾧ τε αὐτοὺς εἰπεῖν, εἰ γεγόνασιν[161]) ὑπὸ τὴν τοῦ ἀνδρὸς κατοχήν. καὶ ἐὰν εἴπωσιν ἐκεῖνοι, μὴ ἐξεῖναι λοιπὸν τῷ ἀνδρὶ διὰ[162]) τὸ μὴ κατέχειν νῦν[163]) τὰ πράγματα τὴν θείαν ἀποσείεσθαι[164]) νομοθεσίαν· ἡ μὲν γὰρ παράδοσις καὶ κατοχὴ τὸν νόμον εἰσάγει, ὁ δὲ ἀνήρ, εἴ τι[165]) ἑκὼν εἰς ἑτέρους μετέστησεν, ἔτι κατέχειν ἂν εἰκότως δοκοίη, εἰ δὲ[166]) ἄκων ὑπό τινων ἀφῃρέθη, τὴν ὑπὲρ τούτων ἀγωγὴν ἐπὶ τοὺς ἀφελομένους κέκτηται. εἰ δέ γε κατὰ μηδένα χρόνον ἐπιλαβόμενον τῶν πραγμάτων ἡ ἐξέτασις ἐπιδείξοι[167]), αἵρεσις αὐτῷ δίδοται, ἢ ἀντιλαμβανομένῳ τῆς τούτων ἐκνικήσεως ὑπομένειν τὴν θείαν νομοθεσίαν, οἷα πάντων ὄντων παρ' αὐτῷ σκοπουμένην[168]), ἐφ' ᾧ, εἰ φανῇ τι[169]) πλέον ἔχων ὧν ἡ θεία νομοθεσία συγχωρεῖ, τὴν ἐπὶ τούτῳ ἀγωγὴν[170]) ἐγχωρῆσαι τῷ ἐνάγοντι· ἢ ἀπαγορεύοντι τῷ περὶ αὐτῶν λόγῳ τῶν ἐπὶ τούτῳ δικαίων ἐγχώρησιν εἰς τὸν διώκοντα ποιεῖσθαι. ἐπὶ μόνοις δὲ τοῖς ὑπολειπομένοις καὶ οὖσι παρ' αὐτῷ πράγμασι χώραν δοῦναι τῇ θείᾳ νομοθεσίᾳ, ὥστε, εἴ τι πλέον ἐν αὐτοῖς φανῇ τῶν ὑπὸ τῆς τελευτησάσης καταλειφθέντων, τοῦτο παρ' αὐτοῦ κατὰ τὸν νομον ἀποδοθήσεται[171]).

XXIII. De dote et de actione super rebus immobilibus decretum Sergii.

Si vir dotem se non accepisse dicat, probare eum oportet, quod suo tempore eam se a muliere non accepisse conquestus sit. Illa vero si in testamento dixerit, se dotem non tradidisse, viro quidem, qui non numeratae dotis querelam haud instituit, veniam dandam esse, ipsum vero illationis factum examinari debere, ducendis, si opus sit, etiam his, qui praedia dotalia colunt, ut dicant, an fuerint sub viri detentione. Et si illi hoc affirmaverint, non licere amplius viro propterea, quod nunc res non teneat sacram legislationem a se repellere; traditio enim et, detentio legem inducit, et si vir sponte quid ad alios transtulit, id adhuc tenere recte videbitur; sin invitus a quibusdam spoliatus est, earum rerum nomine actionem adversus spoliatores habet. Quodsi vero examinatio ostendat, eum nullo tempore res apprehendisse, electio ei datur, aut suscepta earum vindicatione subire sacram legislationem, sic quidem accipiendam, quasi omnia penes eum essent, ita ut, si plus habere visus sit, quam sacra legislatio concedit, actionem de hoc actori cedat, aut si renuntiet earum vindicationi, iurium circa hoc competentium cessionem in actorem facere. In his autem solum rebus, quae supersunt et penes eum sunt, locum dandum esse sacrae legislationi, ita ut, si quid plus in iis esse appareat, quam a defuncta relictum est, hoc ab ipso secundum legem reddi debeat.

κδ'. Ἴδικτον ζωτικοῦ[172]) περὶ τῶν ὁμοδούλων[173]).

Τινῶν[174]) μὲν ἀπὸ τῶν ὁμοκήνσων ἡ ζήτησις ἐπὶ

XXIV. Edictum Zotici de conservis.

Quorundam causa a contributariis ad conserva

150) Totus hic locus mihi quidem corruptus esse videtur: interim, ut ne omni prorsus sensu careret, ante *πάσης* supplevi *μετά*, quod tam in nostro quam in Bodl. 3399 deest.

151) Pro *οὐκ εὐπορεῖ* Bodl. 3399 habet *οὐ περί*.

152) Bodl. 3399: *προσκομιδῆς*. — Nimirum de literis proferendis sermo esse videtur, ex quibus comparatio institui possit.

153) Codex atque etiam Bodl. 3399 *οὐ* scribunt.

154) Rubricam huius edicti exhibet index Marcianus no. XIX. Epitome autem, quae hoc loco legitur, habetur etiam in Bodlei. 3399 fol. 5 sq. Ibi tamen *πραγμάτων ἀκινήτων* est pro *ἀκ. πρ.*

155) *Sergius* Pr. Pr. Or. fuit sub Anastasio a. 517. Cf. l. 24 C. *de advoc. div. ind.* 2, 7. l. 6 C. *de natur. lib.* 5, 27. Lydus de magistratib. II, 21. III, 20.

156) Hoc *μή* deest in Bodlei. 3399.

157) Articulum *τήν* Bodlei. 3399 non habet. Rectius, ni fallor.

158) Codex et Bodl. 3399 *οὖν* pro *οὐ* scribunt, quod omnino corrigendum erat, ut oratio procederet.

159) Codex: *μεταδοτίον*, quod ex Bodl. 3399 emendavi.

160) Codex et Bodl. 3399: *αὐτῷ*. Quod ferri non potest.

161) Bodl. 3399 *ἐγεγόνασιν* pro *εἰ γεγ.*

162) Sic Bodl. 3399. Codex *εἰς* habet.

163) Bodl. 3399: *νῦν κατέχειν*.

164) idem: *ἀποσείεσθαι*.

165) idem: *εἴτε*.

166) idem: *εἴτε*.

167) idem: *ἐπιδείξει*.

168) Codex: *σκοπούμενον*, quod auctoritate Bodl. 3399 in *σκοπουμένην* mutavi.

169) Bodl. 3399 perperam habet: *ἐφ' ᾧ ἐφάνη τί*.

170) In Codice deest; addidi ex Bodlei. 3399.

171) Bodl. 3399: *ἀποδοθῆναι*. — Totum hoc Sergii decretum non satis intelligo, quo pertineat. Sacra legislatio, ad quam respicit, Anastasii puta constitutio, deperiisse videtur.

172) De *Zotico* Pr. Pr. dixi §. 19 not. 98.

173) Est epitome Nov. 168, ad quam conferas quae notavimus §. 17. Videatur etiam supra Edict. I. — Rubricam huius edicti index Marcianus effert no. II.

174) Codex: *τίνων*.

τὰ ὁμόδουλα φέρεται καὶ οὕτως ἐπάγεται τοῖς ταῦτα κεκτημένοις, τινὰ δὲ ἀρχὴν περὶ[175]) τῶν ὁμοδούλων λαμβάνει καὶ φέρεται ἐπὶ τὰ ὁμόκηνσα[176]). ὅπως ἂν εἰς τὸν τῶν ὁμοδούλων περιέλθῃ τρόπον, οἰκίαν, ὅ καὶ ἦν DOD[177]), οὐκ ἀπογράφεσθαι[178]) οὐδὲ[179]) πολιτικὴν σίτησιν[180]) ἢ κῆπον οὐκ ἀπογεγραμμένον οὐδὲ ἄλλο παντελῶς οὐδέν, ᾧ μήτε γεϊκὸν τέλος ἢ ψυχικὸν προσγέγραπται. ὥστε μηδένα εὐλαβεῖσθαι ὑπὲρ ὁμοδούλων ἢ ὁμοκήνσων ἐπιβολῆς ἐπὶ οἰκίαν ἢ ἄρτοις ἢ ἑτέρῳ τινὶ μὴ ἐγγεγραμμένῳ τῷ κήνσῳ· εἰ δέ τις παραβῇ[181]) ταῦτα, διδότω ποινὴν ι′ χρυσίου λιτρῶν, καὶ ἐναγέσθω παρὰ τοῦ ἀδικηθέντος καὶ κληρονόμοι αὐτοῦ καὶ τὰ πράγματα αὐτοῦ ἐπὶ τῷ τὸ ἀζήμιον αὐτῷ περιποιῆσαι, τῶν ἀρχόντων καὶ τῆς τάξεως καὶ τῶν ἐκδίκων ταῦτα παραφυλαττόντων.

defertur, et ita horum possessoribus adiicitur, quaedam vero a conservis initium capiunt, et ad contributaria deducuntur. Ut in conservorum rationem transeat, aedificium, quod quidem domus (?) sit, in censum non referri, nec annonam civilem vel hortum nondum censui inscriptum, nec omnino aliud quicquam, cui nec glebalis aliqua functio nec animalis adscripta est. Proinde nemini metuendam esse propter conserva vel contributaria adiectionem ad domum vel panes vel aliud quicquam in censum non relatum. Quodsi quis haec transgressus fuerit, poenam X librarum auri solvat, et ei, qui laesus fuerit, teneatur ipse; heredesque eius et bona eius ad resarciendum damnum: et praesides et officium et defensores haec observent.

κε′. Ἴδικτον ζωτικοῦ[182]) περὶ τῶν ὑποδεχομένων ἀλλοτρίους γεωργούς[183]).

Μηδεὶς ἀλλότριον ὑποδεχέσθω γεωργόν[184]). εἰ δὲ ὑποδέξηται, ἀποδιδότω αὐτὸν τῷ χωρίῳ, ὃ[185]) καταλέλοιπε, καὶ εἴ τινα λόγον ἔχοι[186]) περὶ αὐτοῦ ἢ αὐτὸς ὁ[187]) ὑποδεξάμενος ἢ ὁ πρὸς τὸ χωρίον[188]) ἐπαναχθείς, τούτῳ[189]) κεχρήσθω παρὰ τῷ ἄρχοντι[190]). εἰ δὲ παραβῇ[191]), διδότω τῷ ταμιείῳ ιβ′ λίτρας ἀργύρου[192]), διπλασίας δὲ τῷ κυρίῳ τοῦ χωρίου[193]), καὶ οὕτως[194]) ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος ἀναγκαζόμενος ἀποδοῦναι τὸν γεωργὸν μετὰ τοῦ PECULIου καὶ πάσης ζημίας καὶ βλάβης[195]).

XXV. Edictum Zotici de his, qui suscipiunt alienos agricolas.

Nemo alienum suscipito agricolam. Si vero receperit, restituat eum terrae, quam reliquit, et si quam petitionem eius nomine habeat vel ipse, qui suscepit, vel is, qui ad terram reductus est, ea utatur apud praesidem. Sin autem haec transgressus fuerit, fisco solvat XII libras argenti, duplionem autem domino terrae, et vel sic a praeside compellatur restituere agricolam cum peculio et omni incommodo et damno.

κϛ′. Τοῦ αὐτοῦ[196]). περὶ συμβολαιογράφων[197]).

Ὥστε τοὺς συμβολαιογράφους τῇ καταβολῇ τοῦ χρυσίου[198]) προσμαρτυρεῖν καὶ τὸν χρόνον προστιθέναι, τῶν παραβαινόντων ἐπιτιμίῳ[199]) ὑποκειμένων[200]).

XXVI. Eiusdem. De tabellionibus.

Ut tabelliones auri solutionem attestentur et tempus adiiciant, temeratoribus poenam subituris.

---

175) Fortasse scribendum παρά. Nam παρὰ et περί in Codicibus MSS saepenumero confunduntur.

176) Codex: φέρεται ἐπὶ τὰ ὁμόκηνσα εἶναι. Verbum εἶναι omnino delendum. Fortasse non tam culpa librarii, quam potius negligentia epitomatoris in textum irrupit. Cf. supra not. 41.

177) Codex: dod, quod legendum est DOD. Sed hoc corruptum esse, nemo est, quin videat. Fortasse scribendum: DOMUS. Quamquam vel sic totus hic locus aegrotat.

178) Codex: ἀπογράφεται. Cf. not. 41.

179) Codex: οὐ δέ, quod facillime in οὐδέ mutari potest.

180) Codex: σίτεσιν.

181) Codex: παραβῇ.

182) De *Zotico* Pr. Pr. vide §. 19 not. 88.

183) In indice Marciano hoc edictum habetur no. XXV. Epitome eius, quae hoc loco extat, legitur etiam in Cod. Vindob. iurid. gr. 7 et Laurentiano LXXX, 6. (cf. §. 20). Ex illo variantes lectiones adnotabo; inscriptio ibi haec est: Ἴδικτον ζωτικοῦ περὶ τοῦ δεχομένου ἀλλότριον γεωργόν.

184) Vindob. γεωργὸν ὑποδεχ.

185) Cod. ᾧ. Vindob. autem sic habet: τῷ χωραφίῳ ὃ κατέλιπεν.

186) Vindob. καὶ εἴ τι ἄλλον ἔχει.

187) Deest in Vindob.

188) Vindob. χωράφιον.

189) Sic lego, quamquam Codex et Vindob. τοῦτο habeant.

190) Vindob. κεχρείσθω περὶ ἄρχοντος.

191) Idem: ὑπερβῇ.

192) Idem: ἀργυρίου.

193) Idem: χωραφίου.

194) Idem scribit οὗτος.

195) Idem denique ultima verba sic exhibet: μετὰ τοῦ πεκουλίου αὐτοῦ καὶ πᾶσαν ζημίαν καὶ βλάβην. — Caeterum de suscipientibus alienos agricolas cf. l. 6. 8. 12. 23 C. *de agricolis et censitis* 11, 48. Nov. 17 cap. 14.

196) I. e. *Zotici*; cf. not. 182.

197) Index Marcianus hoc edictum habet no. XXVI. Eiusdem epitome, quae hoc loco extat, legitur etiam in Cod. Bodl. 3399 fol. 74 sub hac inscriptione: Ζωτικοῦ περὶ συμβολαιογράφων κδ′. Qui numerus omnino mutandus est in κϛ′. Nam quum Bodleianus in omnibus edictis Praefectorum Praetorio, quae continet, ad verbum fere cum nostro consentiat, auctorem compilationis, quam Codex Bodleianus 3399 nobis servavit, alia collection τῶν ὑπαρχικῶν τύπων, quam quae nunc a nobis editur, usum esse nequaquam credibile est.

198) Bodlei. 3399: χρυσοῦ.

199) Codex et Bodlei. 3399: ἐπιτιμίαν.

200) Videatur ad hoc edictum Nov. 44 cap. 1.

κζ'. Περὶ τῶν ἐν εἱρκτῇ ἐμβαλλομένων, καὶ περὶ τῶν μετὰ διαδοχὴν ν' ἡμερῶν. ἀρχελάου[201]).

Ὥστε μηδένα ἐμβάλλειν τινὰς ἐν εἱρκτῇ, κἂν εἰ τύχοιεν ὄντες ὑπεύθυνοι καὶ ἀποροῦντες ἐγγυῶν, ἀλλὰ μᾶλλον τῷ ἄρχοντι προσαγγέλλειν ἢ τῷ ἐκδίκῳ, ὥστε αὐτοὺς γινώσκοντας τὸ πραττόμενον καὶ ζητεῖν τὸ πρᾶγμα καὶ μὴ συγχωρεῖν κατατρίβεσθαι τὸν κατακριθέντα[202]). Τοὺς δὲ ἄρχοντας αἰσχροῦ κέρδους ἀπέχεσθαι, καὶ μετὰ διαδοχὰς ν' ἡμέρας διατρίβειν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ, καθ' ἣν ἦρξαν[203]).

XXVII. De in carcerem coniectis, et de L diebus post successionem. Archelai.

[Cap. 1.] Ut nemo quosquam in carcerem conliciat, licet forte obnoxii sint et fideiussorem copiam non habeant, sed potius ad praesidem referat vel ad defensorem, ut ipsi re intellecta et in causam inquirant et non permittant atteri condemnatum. [2.] Ut autem praesides turpi lucro abstineant, et post successiones L dies in provincia, cui praefuerunt, commorentur.

κη'. Τοῦ αὐτοῦ[204]). περὶ τῶν ἐπὶ χρηματικαῖς αἰτίαις ἐμβαλλομένων εἰς εἱρκτήν[205]).

Εἴ τις πρὸς πολιτικὴν ἀγόμενος δίκην ἀπορεῖ ἐγγυῶν, μὴ περαιτέρω ι' ἡμερῶν προσάγεσθαι τῷ δικαστηρίῳ χωρὶς πάσης φυλαττόμενον ἀνάγκης. τὸν δὲ δικαστὴν ἀπαιτεῖν συστάσεις τὸν διώκοντα· ἀναβαλλομένου δὲ αὐτοῦ δῆλον μὲν τοῦτο ποιεῖν διὰ ψήφου, κελεύειν δὲ τὸν φεύγοντα ὁμολογίαν ἐνώμοτον[206]) ποιεῖν καὶ οὕτως ἀγωνίσασθαι. καὶ ἐὰν εἴσω [ι'][207]) ἡμερῶν πέρας ἡ δίκη λάβοι, εἶτα ἔγκλητος ἐπιδοθῇ, εἰ μὲν παρὰ τοῦ φεύγοντος, μενέτω ἐπὶ τῆς αὐτῆς φυλακῆς, εἰ δὲ παρὰ τοῦ διώκοντος, πάλιν ὁμολογία ἐνώμοτος[208]) γενέσθω[209]).

XXVIII. Eiusdem. De his, qui ob pecuniarias causas in carcerem coniiciuntur.

Si quis ad civile litigium in ius vocatus fideiussores non habeat, non ultra X dies in iudicio detineatur, sine omni tormento custodiendus. Iudex autem probationes ab actore exigat: et, si moram faciat, declaret hoc per decretum, et reum iuratoriam cautionem exponere iubeat et sic litigare. Et si intra [X] dies iudicium finem acceperit, deinde appellatio oblata sit, siquidem a reo, in eadem custodia maneat: sin ab actore, rursus iuratoria cautio praestetur.

κθ'. Τοῦ αὐτοῦ[210]). περὶ νομῆς καὶ παραδόσεως αὐτῆς[211]).

Εἴ τις νομὴν ἀκινήτων πραγμάτων ὡς προσήκουσαν αὐτῷ καὶ μηδένα ἔχουσαν ἐπειλημμένον αὐτῆς αἰτεῖ παραλαβεῖν, χρήσθω προστάξει πρὸς τὸν ἔκδικον τῆς πόλεως, ἐφ' ἧς τὸ πρᾶγμά ἐστιν, ὁ ἄρχων, καὶ πρὸς τοὺς τὰ πρῶτα φέροντας τῆς βουλῆς, ὥστε αὐτὸν δημοσίων παρόντων καὶ τῶν γειτόνων οὕτω τε πραττομένων ὑπομνημάτων δῆλον ποιῆσαι μεθ' ὅρκου δόσεως, ὡς οὐδεὶς τῶν πραγμάτων ἐπείληπται, καὶ τῶν ὑπομνημάτων εἰς αὐτὸν[212]) φερομένων τὴν αἰτίαν ἐξεταζέτω, ἣν ὁ λαβεῖν αἰτῶν προΐσχεται. καὶ εἰ μὲν δεσπότης εἶναι φανῇ καὶ μηδεὶς ἐπείληπται τῆς νομῆς, παραδιδόναι αὐτήν· εἰ δὲ ὑποθήκας προβάλλεται, κατὰ τὸ τῶν ὀφλημάτων παραδοθῆναι μέτρον· ἀδείας οὔσης τῷ πρότερον ἐπειλημμένῳ τῆς νομῆς εἴσω μηνῶν ἓξ ἐπανελθεῖν καὶ ὑποδέξασθαι τὴν δίκην, εἴγε τὴν ἐπὶ τούτῳ δι' ἐγγυῶν δόσεως παράσχῃ ἀσφάλειαν, τήν τε ζημίαν, ὅση γέγονε τῷ τῆς νομῆς ἐπιλαβομένῳ[213]). ἀποδεικνύναι[214]) πρότερον, ὅτι ταύτης ἐπείληπτο τῆς νομῆς, καὶ οὕτως

XXIX. Eiusdem. De possessione et traditione eius.

Si quis possessionem rerum immobilium quasi sibi competentem nec a quoquam detentam adipisci petat, praeses utatur commonitorio ad defensorem urbis, sub qua res est, et primores curiae, ut ille in praesentia publicarum personarum atque vicinorum et actis hoc modo conficiendis cum iuramenti praestatione manifestum faciat, neminem eas res detinere: et actis ad ipsum relatis causam inquirat, quam, qui possessionem adipisci vult, praetendit. Et siquidem dominus esse apparuerit nec quisquam possessionem apprehenderit, tunc eam tradat: sin hypothecas praetendit, eam tradat secundum debitorum modum; licentia autem sit ei, qui prius possessionem apprehendit, intra sex menses revertendi et iudicium suscipiendi, siquidem propterea fideiussoribus datis praestiterit cautionem et damnum, quod datum est ei, qui possessionem apprehendit, [resarciverit. Illum vero oportet] ostendere primum, se

---

201) Excitatur hoc edictum in indice Marciano no. XXVII. — De *Archelao* Pr. Pr. dixi §. 19 not. 311.

202) Cf. tit. C. *de privatis carceribus* 9, 5.

203) Videatur tit. C. *ut omnes iudices* 1, 49. Nov. 8 c. 9. Nov. 95 c. 1. Nov. 134 c. 23. 24.

204) I. e. *Archelai*; cf. not. 201.

205) In indice Marciano est Ed. XXVIII.

206) Codex: *ἐνόμωτον*.

207) Numerus in Codice deest: videtur autem de iisdem X diebus sermo esse, de quibus initio dictum est.

208) Codex: *ἐνόμωτος*.

209) Malim: *γινέσθω*. — Caeterum cf. cum hoc edicto Nov. 53 cap. 1.

210) I. e. *Archelai*; cf. not. 201. 204.

211) Index Marcianus hoc edictum habet no. XXIX.

212) Sc. praesidem. Codex *αὐτό* habet.

213) Nempe lacuna hoc loco est. Fortasse sic expleri potest: *ἐπιλαβομένῳ ἀποδῷ. ἐκεῖνον δὲ ἀποδεικνύναι*, ut a literis *ἀποδῷ* librarius ad literas *ἀποδεικν.* aberrasse dicatur.

214) Codex: *ἀποδεικνῦναι*.

ἀναλαμβάνειν αὐτὴν καὶ τοῖς οὖσιν αὐτῷ χρῆσθαι δικαίοις [215]).

λ'. Περὶ ἐξωμοσίας [216]) τῶν βουλομένων ὁδεῦσαι [217]).

Ἐάν τις ἐκβιβαστὴς τὸν βουλόμενον ὁδεῦσαι μεμφθέντα κατάσχῃ, ἐνώμοτον [218]) *ὁμολογίαν παρ' αὐτοῦ κομιζέσθω, ὅτι ιε' ἡμερῶν εἴσω τὴν αὐτοῦ καταλαμβάνων πόλιν* [219]) *τὴν ἐπὶ τῇ δίκῃ προσήκουσαν ἀσφάλειαν καταστήσει. εἰ δὲ ἐν γείτονι πόλει τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας* [220]), *τὴν ὡρισμένην προθεσμίαν διπλασιαζέτω.*

λα'. Περὶ ἀντεναγομένων [221]), καὶ περὶ τοῦ ἀκίνητον [222]) οὐσίαν ἐκεῖ συμβάλλεσθαί τινι, ἔνθα διάκειται [223]).

Ὥστε καὶ τὸν ἀντεναγόμενον [224]) *ἐγγύας διδόναι κατὰ τὴν ἀποτίμησιν τῶν δικῶν* [225]). *Τὸν δὲ ἔχοντα κτῆσιν ἀκίνητον ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ, καθ' ἣν ἐνάγεται, ἐξωμοσίᾳ* [226]) *καταπιστεύεσθαι, οὐ μὴν τὸν ἐνταῦθα* [227]) *ἐναγόμενον καὶ ἐν ἐπαρχίᾳ κεκτημένον τοῦτο* [228]) *καλῶς προΐσχεσθαι* [229]).

λβ'. Τοῦ αὐτοῦ [230]). περὶ δημοσίων, περὶ προστάξεων, καὶ περὶ τοῦ ἐντάττεσθαι τοῖς πραττομένοις πάντα τὰ δικαιώματα [231]).

Ὥστε τὸν τὰ δημόσια κομιζόμενον παραχρῆμα ποιεῖν ἀπόδειξιν, δηλοῦσαν το καταβληθὲν καὶ τοὺς χρόνους, ὑπὲρ ὧν δίδονται [232]), *καὶ τὰ τῶν χωρίων ὀνόματα καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ζυγοκεφάλων, καὶ ταῦτα συνωθεῖσθαι ποιεῖν ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος· τὸν δὲ ἀπειθοῦντα γ' χρυσίου λίτρας παρασχεῖν, πεμφθησομένας τῇ μεγίστῃ ἀρχῇ* [233]). *Ἐκεῖνα δὲ τὰ* COMMONITOPIA *παραδίδοσθαι πρὸς ἐκβιβασμὸν καὶ πληροῦσθαι διὰ τῶν ἐπὶ τούτῳ σκρινίων, ὅσα τὰς ψήφους τὰς ὑπὲρ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως ἐγγεγραμμένας ἔχει, τὰ δὲ λοιπὰ ἄκυρα εἶναι. Τὰ δὲ προκομιζόμενα ἐν ἀγῶσι δικαιώματα εἰς ὁλόκληρον ἐγγράφεσθαι· εἰ δὲ παραβαθῇ, τὸν μὲν τῆς σχολῆς ἡγούμενον ἀφαιρεῖσθαι τῆς ζώνης καὶ ε' χρυσίου λίτρας προστιμᾶσθαι καὶ ἔξω τῆς βασιλίδος πόλεως ἐπὶ ε' ἐνιαυτοὺς γίνεσθαι· τὸν δὲ γραφέα τῆς ζώνης ἀφαιρεῖσθαι καὶ τῆς χειρός. ταὐτοκρατεῖν* [234]) *καὶ ἐπὶ τῶν προσεδρευόντων τοῖς διαιτηταῖς τῆς βασιλίδος ταχυγράφων καὶ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις* [235]). *Μηδένα δὲ ἄγεσθαι ἐνταῦθα* [236]) *χωρὶς θείας κελεύσεως* [237]).

huius rei possessionem apprehendisse, et ita eam recipere et suis uti iuribus.

XXX. De iuratoria cautione ab iis praestanda, qui iter facere volunt.

Si quis executor eum, qui iter facere vult, tanquam reum detineat, iuratoriam cautionem ab eo exigat, quod intra XV dies civitatem suam ingressus competentem securitatem pro lite praestabit Quodsi in vicinam urbem eiusdem provinciae, dictam dilationem duplicet.

XXXI. De reconventis, et ut immobilis substantia cuique ibi computetur, ubi sita est.

[Cap. 1.] Ut etiam reconventus fideiussores det secundum aestimationem litis. [2.] Is, qui immobilem possessionem habet in provincia, in qua convenitur, iuratoria cautione obligetur, non autem is, qui hic convenitur et in provincia possessionem habet, hoc recte praetendet.

XXXII. Eiusdem. De tributis, de commonitoriis, et ut gestis omnia instrumenta inserantur.

[Cap. 1.] Ut tributorum exactor confestim apocham scribat, quae declaret quantitatem solutam et tempora, pro quibus solvuntur, et terrarum nomina et numerum Zygocephalorum, et ut haec facere compellatur a praeside; eo, qui non obedierit, III auri libris mulctando, quae summae potestati mitti debeant. [2.] Ea solum commonitoria ad executionem tradi et a scriniis, quae harum rerum curam habent, impleri, quae sententias super ea re latas in se conscriptas habent, reliqua vero irrita esse. [3.] Documenta in lite prolata integra describantur. Quodsi hoc neglectum fuerit, praepositus scholae cingulo privetur et V libris auri mulctetur, et extra urbem regiam quinque annos faciat; scriba autem cingulo privetur et manu. Idem obtineat in exceptoribus, qui iudicibus in urbe regia vel in provinciis assident. [4]. Ut nemo huc ducatur sine divina iussione.

215) De traditione possessionis videsis, quae observavimus not. 25.
216) Codex: *ἐξομωσίας*.
217) Hoc edictum *Archelaum* Pr. Pr. (cf. not. 201) auctorem habet, teste Indice Marciano, in quo est Ed. XXX.
218) Codex: *ἐνόμωτον*.
219) I. e. ut intra XV dies revertatur in urbem, ex qua proficiscitur. Vide enim rubricam, quam index Marcianus exhibet.
220) I. e. si in vicinam provinciam proficisci velit.
221) Codex: *ἀνταναγ*.
222) Malim: *τὴν ἀκιν*.
223) *Archelai* (cf. not. 217) hoc edictum est, ut testatur index Marcianus, in quo habetur no. XXXI.
224) Codex: *ἀνταναγ*.
225) Vide infra Ed. XXXIII cap. 5. *Martin Civilpr.* §. 299.
226) Codex: *ἐξομωσίᾳ*.
227) I. e. Constantinopoli.
228) Codex: *τό, τό* (sic).
229) Vide infra Ed. XXXIII cap. 6. l. 15 D. *qui satisdare* 2, 8.
230) I. e. *Archelai*. Cf. not. 223.
231) In indice Marciano est Ed. XXXII.
232) Ne mutes: subintelligenda sunt *τὰ δημόσια*.
233) Cf. Ed. XXXIII cap. 7 et l. 6. 10 C. *de susceptorib.* 10, 72. Nov. 17 cap. 8. Theodori Breviar. Nov. 17 §. 13.
234) Ita Codex. Malim: *ταὐτὸ κρατεῖν*.
235) Cf. Ed. XXXIII cap. 8.
236) I. e. Constantinopolin.
237) Cf. Ed. III cap. 4. Ed. IV cap. 1. Idem antea: *στολῇ*

λγ'. Τύπος βασιλείου[238]) περὶ[239]) ἐκκλήτων, καὶ τῶν κατὰ διάγνωσιν ι' ἡμερῶν.

Περὶ[240]) ζημίας τῆς δίκης.

Περὶ ἀντεναγομένων[241]) ἐχόντων ἀκίνητον κτῆσιν.

Περὶ ἀπολείψεως[242]) τοῦ αἰτιαθέντος.

Καὶ περὶ τοῦ μὴ ποιοῦντος ἀπόδειξιν ὧν κομίζονται δημοσίων[243]).

Περὶ ἐπιδόσεως[244]) νομῆς.

Περὶ ψηφισμάτων[245]).

Τοὺς βουλομένους παραλαβεῖν νομήν, εἴτε γνώμη τῶν κυρίων τῆς κτήσεως εἴτε καὶ ἀγνοούντων ἢ καὶ ἀπόντων ἐκείνων, κατὰ ψῆφον παρουσίᾳ δημοσίων παραλαμβάνειν μαρτυρούντων τῇ πρώτῃ τῆς νομῆς παραδόσει· ἀπόντων δὲ τούτων, κἂν γεωργοὶ φήσωσι δεχθῆναί τινα, μὴ ἀρκεῖν τοῦτο[246]). εἰ δὲ ἐν τῇ βασιλίδι παραδίδοται νομή, καὶ ταβουλλαρίους δύο παρεῖναι μαρτυροῦντας τῇ παραδόσει, καὶ ὡς οὐδεὶς ἀντεῖπεν[247]), καὶ λαμβάνειν αὐτοὺς ὑπὲρ μισθοῦ δ' κεράτια. εἰ δὲ ἔξω τῆς βασιλίδος διάκειται, νομίσματος τὸ τρίτον. ταὐτὸ δὲ κρατεῖν καὶ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις, τοῦ παραβαίνοντος ποινὴν ὑφορωμένου ε' χρυσίου λιτρῶν[248]). Ὥστε μαρτύρων παραγομένων μὴ δίδοσθαι εἰσέφεσιν[249]). Τὰς δὲ παραγωγὰς ὡς ἐπὶ τῶν ἄλλων διαγνώσεων κατὰ ι' ἡμέρας γίνεσθαι.

Ὅτι οὐ δεῖ περὶ τῶν τῆς δίκης δαπανημάτων ἐν τοῖς ἐγγυητικοῖς ἐντίθεσθαι γραμματείοις. Ὥστε καὶ τὸν ἀντεναγόμενον διδόναι ἐγγύας πρὸς τὴν ἀποτίμησιν τῆς δίκης[250]). Ὥστε τὸν ἐναγόμενον τότε μόνον ἐξωμοσίᾳ[251]) καταπιστεύεσθαι, ὅτε ἐνταῦθα, ἔνθα ἐνάγεται, κτῆσιν ἀκίνητον, οὐ μὴν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις, ἔχει. ταὐτὸ δέ, κἂν ἐν ἐπαρχίαις ἐνάγεται, [ἐὰν][252]) ἐνταῦθα κτῆσιν σχῇ[253]). Ὁ δὲ κομιζόμενος δημόσια καὶ ὑπερτιθέμενος ἀπόδειξιν παρασχεῖν, οἴκοθεν ἔχει τὴν κατηγορίαν[254]). Χρὴ δὲ παντα τὰ προκομιζόμενα δικαιώματα ἐν τοῖς ἐναγωνίοις εἰς ὁλόκληρον ἐμφανίζεσθαι, ἐπεὶ ποινὴν διδόναι καὶ τὸν ἄρχοντα καὶ ταχυγράφους[255]).

XXXIII. Forma Basilii de appellationibus et de X diebus cuiusque cognitionis.

De sumtibus litis.

De reconventis, qui immobilem possessionem habent.

De contumacia rei.

Et de eo, qui apochas tributorum illatorum non facit.

De traditione possessionis.

De sententiis.

[Cap. 1.] Qui possessionem apprehendere volunt, sive voluntate dominorum possessionis sive ignorantibus vel etiam absentibus illis, eam apprehendant ex decreto praesentibus publicis personis, quae primam possessionis traditionem attestentur; sin autem hi non adsint, si vel coloni aliquem dicant receptum esse, hoc non sufficiat. Quodsi in regia urbe traditur possessio, etiam tabularii duo adsint attestantes traditionem, et quod nemo ei contradixit: iique IV ceratiorum mercedem accipiant. Sin possessio extra urbem regiam sita est, tertiam partem aurei. Idem obtineat in provinciis: V librarum auri mulctam subituro eo, qui haec transgressus fuerit. [2.] Ut testibus productis non detur appellatio. [3.] Productiones vero ut in reliquis cognitionibus in decendiis fiant.

[4.] Quod non debeat de litis expensis in fideiussoriis quicquam inseri cautionibus. [5.] Ut etiam reconventus secundum aestimationem litis fideiussores det. [6.] Ut reus tum demum sub iuratoria cautione obligetur, si ibi, ubi convenitur, possessionem immobilem, non autem in provinciis habeat: idem vero est, licet in provinciis conveniatur, si ibi possessionem habeat. [7.] Tributorum exactor, si moram fecerit apochis dandis, de suo habet accusationem. [8.] Debent autem omnia instrumenta, quae in litibus proferuntur, integra insinuari: alioquin tam iudices quam exceptores poenam daturos esse.

---

238) De *Basilio* Pr. Pr. dixi not. 140. Sed index Marcianus hoc edictum, quod in illo est Ed. XXXIII, *Basilidi* Pr. Pr. tribuit, quod praestare videtur. De Basilide autem vide quae observavi §. 19 not. 37.

239) Videtur aliquid excidisse, veluti *περὶ νομῆς*, nimirum rubrica, quae respondeat capiti primo. Sed fortasse rubrica *περὶ ἐπιδόσεως νομῆς*, quae paulo post habetur, huc trahenda est, quasi in locum minus idoneum perperam detrusa. — Haec inscriptionis pars: *περὶ ἐκκλ. — ἡμερῶν* spectat ad cap. 2. 3 infra.

240) Codex: *παρά*, vulgari librariorum errore. — Haec rubrica pertinet ad cap. 4 huius edicti.

241) Codex, ut assolet: *ἀνταναγ.* — Huic rubricae respondet cap. 5 et 6 infra. Igitur fortasse legendum est: *καὶ ἐχόντων.*

242) Codex: *ἀπολήψεως*, quod nullo modo defendi potest. — Caeterum infra non invenitur locus, qui huic rubricae respondeat.

243) Haec rubrica spectat ad cap. 7, quod infra est.

244) Codex: *ἐκδόσεως*, quod vix ac ne vix quidem ferri poterat. — Caeterum haec rubrica, nisi forte perperam huc delapsa sit (cf. not. 239), non video quorsum pertineat.

245) Haec rubrica, quum vix ad cap. 8, quod infra habetur, trahi possit, ab hoc loco aliena esse videtur. — Corruptelam quandam his rubricis inesse (cf. not. 239. 242. 244), nemo est quin videat. Equidem hanc formam Basilii sive Basilidis, qualis in Codice nostro legitur, ex variis edictis Praefectorum Praetorio ita conflatam esse crediderim, ut nonnulla permixta alia omissa sint. Videsis, quae dixi supra §. 20. Coniectura mea vel eo probari videtur, quod singulae rubricae interrupto lineae tenore in Codice scribuntur, et quod idem infra a cap. 4 novae lineae initium facit.

246) Codex: *τούτῳ.*

247) Codex: *ἀντειπεῖν.*

248) De traditione possessionis vide, quae observavimus not. 25.

249) Codex: *εἰς ἔφεσιν.*

250) Cf. Ed. XXXI cap. 1.

251) Codex: *ἐξωμοσία.*

252) In Codice *ἐὰν* deest. Sed aut hoc addendum, aut *ἐναγόμενος* pro *ἐνάγεται* legendum erat.

253) Cf. Edict. XXXI cap. 2.

254) Cf. Edict. XXXII cap. 1.

255) Cf. Edict. XXXII cap. 3.

INDICES.

I. *Index rerum ac verborum.*

D.

E.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

Ξ.

P.

Q.

R.

S.

T.

Φ.

X.

Z.

II. *Index fontium iuris Romani*

atque Graeco-Romani.

Nota: „*Hab.*" indicantur loci *Ἀνεκδότων* nostrorum, ubi leges etc., de quibus agitur, ipsae sive integrae sive in epitomen contractae, extant sive habentur; nota: „*Cit.*" loci, ubi vel ab antiquis ICtis Graecis excitantur vel a nobis illustrantur.

Nota: „*Theod.*" significat Theodori Breviarium, „*RI*" Regulas Institutionum, „*Steph.*" Fragmenta Codicis a Stephano Antecessore *κατ' ἐπιτομήν* graece conversi, „*App.*" Appendicem Eclogae, „*An.*" Fragmenta Epitomae Novellarum ab Anonymo confectae, „*Fr. inc.*" Fragmenta Novellarum ex variorum commentariis, denique „*Ed.*" Edicta Praefectorum Praetorio.

Numeri, quibus tituli ac constitutiones Codicis laudantur, in *Beckii* et *Herrmanni* editionibus potissimum quaerendi sunt, quoniam a numeris editionum vulgatarum passim recedunt. Caeterum index constitutionum Codicis, quem dabimus, supplemento esse potest *Bieneri* et *Wittii* disquisitionibus de legibus restitutis Codicis.

A. *Institutiones.*

B. *Digesta.*

C. *Codex.*

D. Novellae.

E. *Basilicorum scholia.* [Cf. p. LVII sqq.]

1. In Heimbachiana Basilicorum editione:

2. In Fabrotiana Basilicorum editione:

III. *Index auctorum recentiorum,*

qui in hoc volumine aut castigantur aut illustrantur.

IV. *Corrigenda et Addenda.*

Errores typographici in hoc volumine aliquando occurrunt. Nonnulli oculos meos effugerunt quum plagulas ad corrigendum mihi demandatos perlustrarem: alii vero, quos equidem notaveram, a typotheta aut prorsus non expuncti aut perperam emendati sunt. Accentus autem quod nonnunquam in Graecis deficiunt, id nec correctoris nec typothetae culpa, sed ipsorum typorum vitio factum est.

Quae hactenus corrigenda vidi, haec sunt:

p. XI lin. 12, pro: Symeonis lege: Symeonis.
p. XIV lin. 6 a fine: πανυπερτίμου.
p. XX lin. 9, lege: fidem faciet.
p. XXI lin. 11, lege: condito, et not. col. 1 lin. 4 a fine, lege: bibliotheca.
p. XXII col. 1 lin. 14, lege: τῶν.
p. XXIII lin. 17, dele signum,,.
p. XXIV lin. 29, lege: probabiliter.
— lin. 41, lege: ICto.
p. XXVI lin. 31, lege: p. 94 schol. d.
p. XXVII lin. 13, lege: Novellarum collectionem.
p. XXX lin. 4, post Breviario comma delendum est.
p. XXXII lin. ult. textus, lege: dicendi.
p. XXXIII lin. 28, lege: a Theodoro.
p. XXXV lin. 25, lege: programmate.
— lin. penult. textus, lege: ὡς γὰρ ἐπάγει ἡ.
p. XLI lin. 1, lege: in scholium t.
p. XLIV lin. 23, lege: ἀνάγνωθι.
— lin. 35, lege: comma post Theodoro dele.
— lin. 36, lege: ICtorum.
p. XLVII not. 2, lege: in scholiis.
p. XLVIII not. 7 initio, lege: Nicaenus.
p. 6 not. 30, parentheseos signum delendum est.
p. 7 col. 1 lin. 2 a fine, lege: μὲν οὐκ.
p. 8 col. 1 lin. penult., lege: δέ.
p. 11 col. 1 lin. 28, lege: ἐκπίπτουσι.
— — lin. 32, lege: λέγουσα.
— — lin. 33, lege: ἔχειν.
p. 12 col. 1 lin. 11, pro νγ', lege: γ', et in latina versione 3 pro 53.
p. 15 col. 2 lin. 4 a fine textus, dele verba: et similiter Nov. CXXXVII.
p. 16 col. 1 lin. ult. textus, lege: βελισαρίου.
p. 23 col. 2 lin. 25, lege: dationes pro donationes.
p. 26 col. 2 lin. 14, initio adde numerum 8.
p. 28 col. 1 lin. 5, pro ιζ' videtur esse legendum ιζ'.
p. 35 col. 2 lin. 15, lege: XCVII.
p. 46 col. 2 lin. 24, lege: Praetor.
p. 49 not. col. 1 lin. 1, lege: λβ'.
p. 55 col. 2 lin. 19, initio pone numerum 3.
p. 69 col. 2 lin. 9, lege: Legas.
p. 100 col. 1 lin. 4 a fine textus, lege: ΜΟΔΕΡΑΤῳ.
p. 104 not. 2 et 3 transponendae sunt, atque illa numero 3, haec numero 2 insignienda.
p. 109 col. 1 lin. 5 a fine textus, lege: ΕΧΗΚΕΚΔΑΤεύσει.
p. 119 col. 1 lin. 16 et 19 perperam impressum est ϙθ' pro ϙδ', et priori loco etiam in versione latina LXIV pro XCIV.
p. 125 col. 1 lin. 15 pro νβ' legendum esse videtur κβ' et consequenter etiam in latina versione 22 pro 52.
p. 142 col. 2 lin. 3, lege: tit. 3.
p. 153 col. 1 lin. 16, lege: συναινέσεως.
p. 158 col. 1 lin. 20, lege: αὐτοῦ.
p. 160 col. 1 lin. 24, lege: ἀΔΕΦΕΝΔευτον.
p. 164 col. 1 lin. 12, legendum est βι. ια' pro βι. α', atque etiam in versione latina lib. XI pro lib. I.
p. 185 col. 1 lin. 13, lege: ἀπομάμμη.
p. 193 col. 1 lin. 7 a fine textus, lege: οὐσίᾳ] 114). Nota 113 et 114, quae ad hanc paginam pertinent, perperam in pag. 194 transpositae sunt.
p. 195 lin. 16 a fine, lege: τεχθέντες.
p. 200 lin. 1. 2. 3. 6. 8 in numeris, qui ad notas ablegant, perturbatio est. Numeri reponendi sunt hi deinceps: 20. 21. 22. 23. 24 et rursus 23.
p. 201 lin. 13 a fine textus, dele comma in fine lineae.
p. 202 lin. 23 pro *Novellarum*, lege: *Novellae*.
p. 203 lin. 1 lege: fecerunt.
p. 206 lin. 24 dele *ex* ante *ipsis*.
p. 221 col. 1 lin. 7, lege: ἀργυροπρατῶν.
p. 232 lin. 6 a fine textus, dele τὸ suo.
Ibid. not. col. 2 lin. 1, lege: *Stockmannus* ad *Bachium*, et lin. 6, lege: elegantiae.
p. 235 not. col. 2 lin. 6, lege: I. 5 C. Inst.
p. 237 lin. 9, lege: sub auspiciis.
Ibid. lin. 28, numerus 67), qui est post verbum: *imperatorum*, delendus et paulo ante post verbum: *fuisse* reponendus est.
p. 241 lin. 2 textus a fine, lege: dicit.
p. 243 lin. 1, lege: est pro tes.
p. 256 in notis col. 2 lin. 3, lege: περί.
p. 257 lin. 4, lege: diximus.
p. 280 col. 1 lin. 18, lege: ἄσπορος 19) ἀλυπίον etc.

Lipsiae, typis excudit Friedericus Nies.